This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

LELAND STANFORD JUNIOR UNIVERSITY
ORGANIZED 1891
STANFORD UNIVERSITY
LIBRARIES



ANJOUKORI OKMÁNYTÁR.

ÖTÖDIK KÖTET.

(1347—1352.)

B932
M63
suppl.
STANFORD UNIVERSITY
LIBRARIES
STACKS
OCT 29 1970

CODEX DIPLOM. HUNGARICUS ANDEGAVENSIS.

ANJOUKORI
OKMÁNYTÁR.

MIADJA

A MAGYAR TUD. AKADÉMIA

TORTÉNELMI BIZOTTSÁGA.

[redacted]

[redacted] IMRE

M. TRAD. LET. TRO.

ÖTÖDIK KÖTET

ANJOUKORI OKMÁNYTÁR.

ÖTÖDIK KÖTET.

(1347—1352.)

MONUMENTA HUNGARIAE HISTORICA.

MAGYAR
TÖRTÉNELMI EMLÉKEK.

KIADJA

A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADÉMIA

TÖRTÉNELMI BIZOTTSÁGA.

ELSŐ OSZTÁLY.

OKMÁNYTÁRAK.

BUDAPEST.

A M. TUD. AKADÉMIA KÖNYVKIADÓ-HIVATALA.

(AZ AKADÉMIA ÉPÜLETÉBEN.)

1887.

CODEX DIPLOM. HUNGARICUS ANDEGAVENSIS.

ANJOUKORI OKMÁNYTÁR.

A MAGYAR TUD. AKADÉMIA

TÖRTÉNELMI BIZOTTSÁGA MEGBIZÁSÁBÓL

SZERKESZTETTE

NAGY IMRE

M. AKAD. REND. TAG.

ÖTÖDIK KÖTET.

1347 - 1352.

BUDAPEST.

KIADJA A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADÉMIA.

AZ AKADÉMIA ÉPÜLETÉBEN.

1887.

DB932
M63
suppl.
v. 5

Budapest, 1887. Az Athenaeum r. társ. könyvnyomdája.

Okmánytárunk ötödik kötetében a XIV-dik század első feléből való oklevelek közlését befejeztük; hazánkban az Anjouk dicsteljes korszaka eme század második felében kezdődik. I. Lajos király az olaszországi hadjáratot 1350-ben győzelmesen befejezvén, országlása mindegyre erősbült, s birodalmának határait három tenger mosta; a nagy nevet ekkor érdemelte ki.

Míg Olaszországban távol volt, fivére István 1349-ben mint Erdély herczege, Sáros és Szepes földének ura, 1350—1352-ig mint Slavonia, Horvát- és Dalmátországok herczege folyt be a közigazgatás és törvénykezés körül felmerült ügyekbe.

Ez időszakban Giletfi Miklós folytatja nádori hivatalát, az 1349-ik év közepéig Nagymartoni Pál, majd ennek elhaltával Szécseni Tamás viselték az országbírói tisztet, tárnok volt a Héder nemzetségből való Olivér; 1347. és 1348-ban Miklós az Alsó-Lendvai Bánffyak őse, 1349. és 1350-ben Ugali Pál, Nagymartoni Pál országbiró alatt ítélőmester, igazgatták mint bánok Slavonia és Horvátország ügyeit, 1351-ben ismét Alsó-Lendvai Miklós volt a bán Slavoniában, és egy másik Miklós Horvátországban, majd 1352-ben Istvánt találjuk mint szlavon és horvát bánt megnevezve.

Erdélyi vajdák valának 1347—1350-ig Laczkfi István, 1351. évben Tamás, ki mint ilyen eddigelé nem volt ismeretes, s nem tévesztendő össze Szécseni Tamással, ki I. Károly király alatt volt erdélyi vajda, 1351-ben pedig

országbíró (l. a 265. sz. a. oklevelet). 1351. dec. 6-án már Kont Miklóssal találkozunk mint erdélyi vajdával, ő ekkor kezdte meg mint zászlós úr szolgálatait; okmánytárunkban elsőben 1348. aug. 9-én kelt oklevélben van róla emlékezet, 1349-ben aprilis 26-án, majd nov. 26-án, mint Bars, Vas, Sopron, Pozsony és Varasd vármegyék főispánja kitűnő érdemeiért királyi adományokban részesül, az utóbbi oklevélben felsorolván a király Kont Miklós ama hű szolgálatait, melyeket az olaszok legyőzésében s a nápolyi tartomány meghódításában tanusított.

Kötetünkben az oklevelek nagyobb része ismét az Országos Levéltárból került ki, közlünk többet a N. Muzeum gyüjteményeiből és az Akadémia könyvtárából is, a többit külömböző magánlevéltárak szolgáltatták: ilyenek a Bárczay, herczeg Batthyány, Békássy, gróf Berényi, Csicsery, Dancs, herczeg Esterházy, gróf Festetics, gróf Forgács, Görgey, Hamvay, Inkey, Kapy, Keménegerszegi Kemén, Kisfaludy, Máriássy, Melczer, Ostffy, gróf Rhédey, báró Révay, Rumy, Sóvári Sóós, Szinnyei Merse, Vargha, Zerdahelyi családok levéltárai, melyeknek tulajdonosai az oklevelek szíves közléseért fogadják ismételt köszönetemet.

Végre hálásan emlékszem meg Nagy Gyula úrnak a kiadás körül, Kovács Nándor úrnak pedig az oklevelek pontos másolásában tanusított fáradozásaikról, egyszersmind Deák Farkas, Fehérpataky László, Kammerer Ernő és Schönherr Gyula uraknak is köszönetemet nyilvánítom, hogy oklevélmásolataikat közlés végett átengedni szívesek valának.

A Történelmi Bizottság az okmánytár folytatását továbbra is elhatározván, a VI. kötet is majdan sajtó alá kerülend.

Nagy Imre
akadémiai rendes tag.

1.

1347. jan. 18. A garam-szentbenedeki convent bizonyságlevele, hogy a kis-sarlói Pál fia István s Kürthi János és András között fönforgott ügyben ez utóbbiak a választott bírák ítéletét nem fogadták el.

Nos conventus monasterii sancti Benedicti iuxta fluvium Goron damus pro memoria, quod cum secundum continenciam priorum literarum nostrarum memorialium Stephano filio Pauli de Kyussarlou ab una, Johanne filio Nicolai et Andrea de Kyurth . . pro Andrea Ladislao et Farkasio filiis eiusdem Nicolai parte ab altera, mediante nobili viro Thoma filio Beud de Malas coram nobis . . constitutis, propositum per eosdem . . exstitisset . . quod in causis inter ipsos motis . . composicione proborum et nobilium virorum interveniente, se arbitrio submisissent . . eo modo, quod in octavis beati Andree apostoli proxime preteritis, quelibet pars quatuor probos et nobiles viros ad possessionem Wezekyn adducere debuisset nostro testimonio presente, et quitquid ipsi probi et nobiles viri inter ipsas partes arbitrati exstitissent, sub penis in prioribus literis nostris expressis acceptare debuissent. Et cum ipsis octavis beati Andree apostoli occurrentibus probi et nobiles viri unacum fratre Andrea nostro testimonio ad ipsam possessionem Wezekyn adducti, propter gravissimam infirmitatem Johannis filii Nicolai arbitrium facere non potuissent, ideo predictum arbitrium sub statu et vigore priorum literarum nostrarum ad peticionem supradictorum . . virorum adductorum, Stephanus filius Pauli unacum ipsis ad octavas festi Epiphaniarum domini immediate subsequentes prorogassent tali modo, quod probi et nobiles viri ad antedictum arbitrium in villam Wezekyn ubi ecclesia beati Johannis Baptiste habetur, adducendi sive adducti, unacum nostro testimonio ab ipso arbitrio surgere nec recedere

possent, nisi arbitrio determinato, nec ullo modo ad prolixiorem terminum aliqua parcium sepedictum arbitrium valeret prorogare, sub penis .. in prioribus nostris literis expressis, sicut predictus frater Andreas homo noster ab ipso arbitrio reversus nobis omnia .. recitavit. Tandem ipsis octavis Epiphaniarum festi domini occurrentibus, prenotatus Stephanus filius Pauli de Kyussarlou nostram accedens presenciam, nostrum hominem ad superius expressum arbitrium faciendum pro testimonio postulavit, cuius postulacionibus acquiescentes, fratrem Nicolaum sacerdotem unum ex nobis duximus destinandum, qui .. nobis retulit .. quod probi et nobiles viri ad supranominatum arbitrium in villam Wezekyn ubi ecclesia beati Johannis Baptiste habetur, adducti, in ipsis octavis festi Epiphaniarum domini et subsequentibus diebus deum habendo pre oculis, in arbitrio consedentes, quitquid arbitrati inter ipsas partes exstitissent, Andreas de Kyurth procuratur predictorum Andree Ladizlai et Farkasii filiorum Nicolai acceptare noluisset, unacum Johanne seniore filio eiusdem Nicolai, sed Stephanus filius Pauli pro parte sua omnia acceptasset. Datum feria quinta proxima post prenotatas octavas festi Epiphaniarum domini, anno eiusdem M^{mo} CCC^{mo} XL^{mo} septimo.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

2.

1347. Buda, jan. 25. I. Lajos király Barnagi László panaszára Giczi János Bakony vármegyei alispán és a királynő barlagi népei ellen a tihanyi conventet vizsgálatra küldi ki.

Ludovicus .. rex .. conventui Tychuniensi .. dicit nobis Ladislaus de Barlag .. quod feria secunda proxima post festum Epiphaniarum domini .. Johannes de Gech vicecomes comitatus Bokoniensis unacum universis iobagionibus seu populis scilicet reginalibus de Barlag, potencialiter manibus armatis super domum suam propriam veniendo, hostia domorum suorum confringendo, universa bona sua mobilia et immobilia in curia et domibus suis inventa et reperta, scilicet tam equos quam

boves et alias quaslibet res suas . . abstulissent; quare . . mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Onch de Pechel vel Ladislaus filius Thome de eadem . . homo noster . . de premissis sciat et inquirat omnimodam veritatem . . Datum Bude, in festo Conversionis beati Pauli apostoli, anno domini M^mo^ CCC^mo^ XLmo septimo.

A tihanyi conventnek ugyanazon évi jelentéséből, melynek eredetije megvan a hg. Eszterházy cs. kismartoni ltárában, 47. B. 14.

3.

1347. jan. 30. Pál országbíró bizonyságlevele arról, hogy Balkáni János fiainak ellenfelei a kitüzött határnapon az országbíró előtt nem jelentek meg.

Nos comes Paulus iudex curie . . memorie commendamus, quod nobis in octavis diei Strennarum in sede nostra iudiciaria sedentibus et causales processus quorumlibet litigancium in statera equitatis dimecientibus, Ladislaus et Fabianus filii Johannis de Balkan . . quasdam literas religiosi conventus ecclesie sancti Stephani protomartiris de promontorio Waradiensi . . in festo beate Katherine virginis nunc proxime preterito emanatas, nobis presentarunt hunc tenorem continentes . . Lodovico . . regi . . Johannes prepositus et conventus monasterii sancti Stephani protomartiris de promontorio Waradiensi . . noverit vestra excellencia, quod cum iuxta mandatum vestrum . . alias literas vestras pro Ladislao et Fabiano filiis Johannis de Balkan datas et confectas, per . . fratrem Ladislaum custodem monasterii nostri unum ex nobis, Jacobo et Paulo magistris filiis Douse comitibus de Zabouch transmisissemus, tandem idem frater Ladislaus . . dixit, quod tercia feria proxima ante festum beati Clementis pape et martiris proxime preterita, predictas literas vestras prenominatis Jacobo et Paulo magistris filiis Douse in villa Kallou in sede ipsorum iudiciaria exhibuisset, quibus visis et perlectis, perceptisque tenoribus earumdem, easdem literas vestras, manda-

tisque vestre regie maiestatis se obtemperantes acceptassent, cum nullis causarum articulis in ipsa congregacione contra eosdem Ladislaum et Fabianum movendis indicassent, sed universas causas contra ipsos inibi emergendas ad vestre regie maiestatis presenciam transmisissent decernendas, octavas diei Strennarum nunc venturas eisdem pro termino comparendi assignando. Quiquidem Ladislaus et Fabianus filii Johannis de Balkan ab eisdem octavis diei Strennarum viginti duobus diebus continuis, nemine alio iuxta predictarum literarum conventus prenotati continenciam in aliquarum causarum articulis contra ipsos nostri comparente in presencia, steterunt in termino coram nobis . . Datum Bude, vigesimo tercio die octavarum diei Strennarum predictarum, anno domini M° CCC^mo XL^mo septimo.

Papíron, hátlapján pecsét töredékével ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1537. 9. dipl. lt. 3963. Közli : Kovács Nándor.

4.

1347. Buda, febr. 2. I. Lajos király Szemelnye nevü birtok elfoglalásától Bebek Istvánt és Györgyöt, Heves vármegye ispánjait, tiltja.

Ludovicus .. Stephano et Georgio dictis Bubek comitibus de Heveswyuar et castellanis de Makauicha . . noveritis quod Gregorius et Michael filii Demetrii, Demetrius, Nicolaus et Ladislaus filii Simonis, Johannes filius Johannis, Georgius et Beke filii Johannis filii eiusdem Johannis, super possessione Scemelnye ostenderunt nobis privilegium Bele regis, et conquesti fuerunt in hunc modum, ut vos ipsam possessionem occupare et populos seu iobagiones ad eandem congregare velletis ; cum igitur nos nemini iniuriam, sed cuilibet iusticiam fieri velimus, volumus et fidelitati vestre firmiter et districte precipiendo mandamus, quatenus illud quoad ius ipsorum nobilium pertinet, occupare non audeatis, et si diceretis quod iuste ipsam possessionem occupare vultis, tunc super hoc coram domina regina genitrice nostra compareatis et eciam ipsi no-

biles compareant; et per dominam reginam genitricem nostram et prelatos ac barones nostros discuciatur et terminetur factum possessionis eiusdem. Datum Bude, in festo Purificacionis virginis gloriose, anno domini M° CCC^mo XL^mo septimo.

Hátlapján gyűrűs pecsét töredékeivel; a pecsét fölött »relacio Jacobi Cinkus« olvasható. Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1536. 110. dipl. lt. 3882. Közli: Kovács N.

5.

1347. Buda, febr. 2. Pál országbíró ítélete Magyari Péter fia László mint hamis oklevél készítő ellen, melyben Jánoki Miklós Pozsony vármegyei javait Merhard pozsonyi polgár zálogos birtokában meghagyatni rendeli.

Nos comes Paulus iudex curie . . significamus . . quod cum domina regina Hungarie Merhardum civem iuratum Posoniensem, Ladislaum filium Petri de Magyar et Nicolaum filium Dominici de Januk super obligacione et statucione quarundam possessionum Januk et Januk vocatarum ac aliarum in aliis literis nostris statucionalibus nominatarum, super quibus contencio et litis materia inter ipsos habebatur, mediantibus suis literis per suum et capituli Posoniensis homines ad octavas festi Nativitatis beati Johannis Baptiste nunc proxime . . preteritas in reginalem suam presenciam legitime fecisset evocari, ipsiusque cause determinacionem nostro iudicio transmisisset decidendam, tandem ipsis octavis festi Nativitatis beati Johannis Baptiste occurrentibus, prefatis Merhardo, Ladislao filio Petri et Nicolao filio Dominici de Januk coram nobis personaliter comparentibus, idem Merhardus quasdam literas dicti capituli Posoniensis patentes, in octavis festi beati Georgii martiris sub anno domini M° CCC^mo XL° tercio confectas nobis presentarat continentes, quod Nicolaus filius Dominici filii Petri de Januk personaliter coram eodem capitulo Posoniensi constitutus . . universas possessiones et partes suas possessionarias ubilibet seu in quolibet loco comitatu vel districtu . . existentes, specialiter tamen possessiones Januk

superiorem et inferiorem in Cholloukuz, item possessionem Kurmusd in Palyazou, necnon possessionem Tolueyfelde dictam, in qua esset ecclesia in honorem beate Marie virginis lapidea, has igitur omnes cum . . utilitatibus ac pertinenciis earumdem . . provido viro comiti Merhardo Streuz vitrico et socero suo civi Posoniensi . . pro quadringentis et sexaginta marcis monete viennensis denariorum singulis decem pensis computatis . . titulo pignoris possidendas et utendas, nihilominus tamen sibi suppetente, quandocunque vellet et posset pro eadem summa pecunie redimendas . . dimisisset et . . collocasset; quibus exhibitis, idem Ladislaus filius Petri . . respondebat in hunc modum, quod ipse possessiones mediantibus literis capitulorum Strigoniensis et Jauriensis ecclesiarum ad eum pertinerent, quas in termino per nos sibi dando posset exhibere. Unde nos commiseramus, quod idem Ladislaus filius Petri predictas literas dictorum capitulorum Strigoniensis et Jauriensis in quindenis eiusdem diei, quo predictus dominus noster rex de suo exercitu versus partes maritimas anno proxime preterito moto redeundo, in Wyssegrad locum pristine mansionis sue perveniret, exhibere contra annotatum Merhardum, similiter ipsas literas patentes dicti capituli Posoniensis et alias si quas haberet producere debeat et teneretur coram nobis, ut his exhibitis primo de dictis possessionibus et postmodum de aliis articulis causarum quarumlibet inter predictos Merhardum, Ladislaum filium Petri et Nicolaum filium Dominici habitis, iudicium et iusticiam finalemque decisionem facere valeremus . . Et cum exhibiciones predictarum literarum a predicto termino iuxta aliarum literarum nostrarum continenciam ad octavas festi beati Martini confessoris . . prorogate exstitissent, tandem ipsis octavis festi beati Martini confessoris advenientibus, Georgius filius Stephani pro ipso Merhardo . . ab una, et Petrus pro eodem Ladislao filio Petri ex altera, ac Nicolaus filius Hermanni pro predicto Nicolao filio Dominici . . ex tercia partibus ad nostram iudiciariam accedentes presenciam, primo procuratore dicti Merhardi preexhibitas patentes literas iamdicti capituli Posoniensis iuxta nostram iudiciariam commissionem coram nobis in specie reexhibente, idem Petrus procurator ipsius Ladislai filii Petri in persona eiusdem Ladislai quasdam privilegiales literas pre-

dicti capituli Strigoniensis, feria tercia proxima ante festum Nativitatis beati Johannis Baptiste anno proxime transacto preterita confectas, tenorem aliarum literarum privilegialium eiusdem capituli Strigoniensis per Petrum subcustodem eiusdem Strigoniensis ecclesie, ad literalem requisicionem domini Nicolai palatini ipsi capitulo Strigoniensi per personalem eiusdem Ladislai demonstracionem factam, in ipsius Strigoniensis ecclesie conservatorio habita diligenti requisicione reinventarum, secundo die mensis Maji modo simili anno nunc preterito transacta emanatarum continentes, nobis presentarat, in quarum serie habebatur isto modo, quod nobilis vir Nicolaus filius Dominici filii Petri de Januk de comitatu Posoniensi ab una, et magister Ladislaus filius Petri filii Ivanka de Magyar de eodem comitatu parte ab altera ad ipsius capituli ecclesie Strigoniensis accedentes presenciam, idem Nicolaus dixisset eidem capitulo in hunc modum, quod Ladislaus proximus suus in prosecucione cuiusdam cause sue quam habuisset cum quibusdam nobilibus vicinis suis, videlicet Johanne et Nicolao filiis Farkasii ac David et Andrea filiis Thabor in presencia Nicolai palatini, pro ipso trecentas marcas in promtis denariis expendisset, et insuper usque ad centum marcas eidem palatino in sui expedicionem persolvisset, que omnia sibi restituere ex suis facultatibus non valeret, et quia idem Ladislaus ipsum ad predicte pecunie quantitatis solucionem urgere et compellere conabatur, ideo non habens se ab eodem debito liberare, universas possessiones suas tam iure hereditario quam titulo emcionis et quocunque alio modo ipsum contingentes, et specialiter possessionem suam Januk vocatam et Kurmusd ac Tolvay et Chandal, necnon Kuzey in dicto comitatu habitas, cum eorum iuribus et utilitatibus . . pro predictis quadringentis marcis et eciam racione proximitatis eidem Ladislao perpetuo iure in filios filiorum . . perpetuasset coram dicto capitulo Strigoniensi, absque preiudicio iuris alieni. Ipsum itaque capitulum Strigoniense . . tenorem dicti privilegii . . rescribi faciendo, eidem Ladislao sub eorum sigillo pendenti duxisset concedendum; ipsum vero privilegium pro testimonio in eorum sacristia conservassent maiorem ad cautelam. In quarum contrarium Nicolaus filius Hermanni procurator prenominati

Nicolai filii Dominici similiter quasdam privilegiales literas memorati capituli Strigoniensis in festo beatorum Philippi et Jacobi apostolorum modo simili anno proxime preterito confectas, nostro iudiciario examini demonstrarat, per quarum series edocebamur sub hoc forma, quod Ladislaus filius Petri filii Ivanka de Magyar de comitatu Posoniensi in ipsius capituli Strigoniensis presencia . . comparendo, retulisset ipsi capitulo in hunc modum, quod quia Nicolaus filius Dominici filii Petri de Januk de dicto comitatu proximus suus, universas possessiones suas, et specialiter Januk vocatas in dicto Posoniensi comitatu existentes, eidem Ladislao .. contulisset, ob hoc idem Ladislaus obligasset se . . quod memoratus Nicolaus et sui posteri .. possessiones eo modo .. possiderent, quomodo usque tunc usus exstitisset easdem, nullam contrarietatem nullamque obieccionem . . eidem Nicolao ullo unquam tempore facto vel consilio inferret . . sed quomodocunque eidem Nicolao de ipsis possessionibus in vita vel in morte disponere placeret, de licencia et permissione eiusdem Ladislai tunc facta, liberam haberet faciendi facultatem, et si necesse fieret vendendi . . de eisdem possessionibus ipsi Nicolao et suis posteris . . eandem tribueret facultatem, si vero aliqualiter racione premissorum ipsi Nicolao vel suis heredibus . . idem Ladislaus aliud faciendo se opponeret, tunc donacio ipsarum possessionum per alias ipsius capituli Strigoniensis literas ipsi Ladislao facta eo facto revocaretur, nec pecuniam quadringentarum marcarum reddere teneretur nisi in tercia parte; ad que idem Ladislaus se coram eodem capitulo Strigoniensi sponte obligasset. E converso enim procurator predicti Ladislai filii Petri quasdam duas privilegiales literas de ipsius ecclesie Jauriensis capitulo loquentes, unam secundo idus Maji anno incarnacionis dominice M° CCC^mo XL^mo primo preterito satis nove sigillacionis indicium in cera sui sigilli apparentem, et aliam decimo kalendas Junii modo premisso anno nunc proxime transacto emanatas et alphabeto intercisas curarat nobis demonstrare, in quarum unius prius scilicet exhibite tenore reperiebatur evidenter contineri, quod Nicolaus filius Dominici filii Petri de Januk comitatus Posoniensis coram eodem capitulo Jauriensi personaliter constitutus confessus exstitisset . . quod ipse

quibusdam arduis necessitatibus ipsum graviter urgentibus compulsus, specialiter autem quia in presencia magnifici viri domini palatini ordine iudiciario nimium esset pregravatus, possessiones suas videlicet duas villas, utrasque Januk, Chandol, Kurmusd, Kuze et Tolvoy vocatas, in eodem comitatu Posoniensi existentes, cum omnibus earumdem utilitatibus . . Ladislao filio Petri filii Ivanka personaliter coram predicto capitulo Jauriensi astanti et suis heredibus . . pro quadringentis marcis latorum denariorum viennensium, qualibet marca cum decem pensis computata . . tradidisset et vendidisset coram capitulo Jauriensi prenotato, iure perpetuo . . possidendas . . in alterius vero litere privilegialis continencia denotabatur manifeste, quod Nicolao filio Dominici filii Petri de Januk comitatus Posoniensis ab una parte, et Ladislao filo Petri filii Ivanka de Magyar ab altera coram predicto capitulo Jauriensi personaliter constitutis, per eundem Nicolaum propositum exstitisset . . quod quia ipse Ladislaus dictum Nicolaum in omnibus suis negociis et agendis totis viribus promovisset res et personam exponendo pro eodem, ideo ipse Nicolaus possessiones suas videlicet Januk superiorem et inferiorem, item Chandal, Kurmusd, Kuzey et Toluoy vocatas, eidem Ladislao pro quadringentis marcis iam dudum vendidisset perpetuo possidendas; retulisset eciam idem Nicolaus, quod ipse Ladislaus tunc de novo sibi sexaginta marcas in quadam sua necessitate donasset, ideo ipse vendicionem de dictis possessionibus ipsi Ladislao factam magis ratificare volens assumsisset, quod literas seu instrumenta universa super ipsis possessionibus confecta, quamprimum ad suam manum rehabere posset, ad manus eiusdem Ladislai assignaret; si vero aliquas literas specialiter autem literas capituli ecclesie Strigoniensis, quarum vigore in dictis possessionibus modo premisso venditis vel in aliis possessionibus eiusdem Ladislai ius aliquod se habere crederet, dolose reservaret, cassas .. reliquisset ac viribus . . carituras; assumsisset eciam idem Nicolaus ipsum Ladislaum ab omnibus impetitoribus racione dictarum possessionum semper et ubique . . expedire. Quarum literarum perlectis continenciis, quia Nicolaus filius Hermanni procurator prememorati Nicolai filii Dominici preexhibitas duas literas de predicto capitulo Jau-

riensi loquentes privilegiales, non ex scitu voluntate et consensu eiusdem Nicolai filii Dominici nec ad eius confessionem personalem emanatas fuisse, nec eundem Nicolaum filium Dominici ad premissam confessionem et possessionariam vendicionem aliquo unquam tempore ad ipsum capitulum Jauriense et eius medium accessisse, imo qua ex procuracione eedem litere dicti capituli Jauriensis privilegiales forent emanate, ipsum Nicolaum filium Dominici penitus ignorasse coram nobis verbis contrariosis instanter allegarat, et ex eo inter partes iudicium finale facere non poteramus; ideo baronum et nobilium regni iuridico inducti consilio commiseramus decernentes, ut prenominatus Nicolaus filius Dominici de Januk in die festi beati Thome apostoli nunc proxime preterito ad ipsum capitulum Jauriense et in eius medium . . accederet et ipso Ladislao filio Petri . . inibi existente, preallegatis duabus literis privilegialibus de ipso capitulo Jauriensi loquentibus sub capite sigilli nostri in trapellum inclusis et per Nicolaum dictum Ogh vel Beder de Nadesd altero absente hominem regium ipsi capitulo Jauriensi exhibitis, ipsumque capitulum Jauriense, homines qui tunc de eodem presentes fuerunt, ad nostram literalem requisicionem insimul et in unum conveniendo, perlectis primo earumdem literarum privilegialium continenciis, sigillo, literis, carta et aliis circumstanciis earumdem, deum et eius iusticiam pre oculis ferentes, abiecto cuiuslibet falsitatis scrupulo, diligenter et conscienciose examinatis, de ipsius Nicolai filii Dominici noticia personali omnimoda securitate recepta considerarent et scrutarentur diligenti colloquio inter ipsos habito, super eo, utrum eedem litere privilegiales de vero eorum sigillo sint et ex manibus communitatis ipsius capituli Jauriensis rite et legitime emanate existerent, predictusque Nicolaus filius Dominici in ipsius capituli Jauriensis presencia ad premissam confessionem et possessionariam vendicionem faciendam personaliter comparuerit et premissa sic sicuti in premissis habetur confessus sine variacione aliquali exstiterit, vel ne, nullius partis favore allecti, sicut recordari potuisset capitulum Jauriense supradictum, ad fidelitatem eorum deo et sacre corone regie debitam, regie maiestati ad presentes octavas diei Strenarum . . rescriberet veritatem capitulum Jauriense antedictum;

in quo eciam termino predicte partes tres ad distinccionem premisse cause et eius finalem adiudicacionem personaliter et non per aliquem procuratorem iuxta nostram et baronum regni iudiciariam commissionem, earumdemque parcium procuratorum voluntariam assumcionem coram nobis comparere tenerentur. Demum ipsis octavis diei Strennarum occurrentibus, Albertus filius Merhardi antedicti pro eodem patre suo . . et prefatus Nicolaus filius Dominici de Januk personaliter, pretacto Ladislao filio Petri filii Ivanka per ipsos Albertum filium et procuratorem iamdicti Merhardi ac Nicolaum filium Dominici viginti duobus diebus continuis et ultra legitime coram nobis exspectato, nostro postergato iudicio non veniente nec mittente, ad nostram accedentes presenciam, literas preannotati capituli Jauriensis regie rescriptas serenitati nobis demonstrarunt, in quibus haberi conspeximus isto modo: ut ipsum capitulum Jauriense super premissis excellencie regie . . respondissent, quod ipsi in die et termino prenotato ad sonitum campane universaliter in unum et collegialiter convenientes, ipsis literis nostris causalibus primo seriose perlectis et intellectis, et deinde prescriptis literis privilegialibus de ipso capitulo Jauriensi loquentibus diligenter circumspectis, primo et principaliter ipsarum literarum sigilla appensa, in quantitate quia minora sigillo eorum diligenti examinacione eisdem per ipsos in presencia Nicolai dicti Ogh hominis regii apposita apparuissent, secundo quia ipse litere nullius scriptorum eorum prioris et moderni notariorum fuisse perhiberentur, tercio *quia per idus et kalendas sive nonas mensium et annos incarnacionis* prout ibi comperissent *in datis literarum suarum ad eorum memoriam non fuissent usi facere emanari,* quarto quia nullus commetaneorum aut vicinorum possessionum cum predicto Nicolao filio Dominici in tam grandi facto sive vendicione comparuisse astrueretur, quinto quia ipsum Nicolaum filium Dominici in huiusmodi vendicione nullus ipsorum personaliter vel per procuratorem comparuisse recordebatur, sexto quia cartas in eorum conservatorio nullatenus valuissent invenire requirendo, septimo quia cera prime sigillacionis recencior et novior quam secunde apparuisset, octavo quia maxime occulta signa eorum sigilli nullomodo ipsis impressionibus sive sigillis

vidissent contineri penitus discrepare, imo per omnia non bono vel modo legitimo emanatas, sed falsa et iniusta suggestione confectas fore fuissent arbitrati et procuratas, pretactus vero Ladislaus filius Petri in dicto termino per se vel suum procuratorem, licet in civitate eorum Jauriensi fuisset et de eadem fuge presidio nulla necessitate urgente recessisset, coram ipso capitulo Jauriensi non curasset tamen comparere, adhuc prenominatus Albertus filius et procurator predicti Merhardi quasdam tres literas dictorum capitulorum Jauriensis et Posoniensis ecclesiarum ac conventus sancti Martini de sacro monte Pannonie inquisicionales, sub una verborum forma confectas, nostro iudiciario examini presentavit, in quarum serie expresse habebatur, quod homines regii ad subsequentis negocii execucionem deputati, presentibus testimoniis capitulorum et conventus supradictorum, talem de infrascriptis die dominico proximo post festum beate Margarethe virginis nunc preteritum in provincia Challoukuz vocata, videlicet in minori comitatu Posoniensi a nobilibus et communibus dicte provincie et villarum hominibus, specialiter in villa Magyar et Ogya vocatis diligenti investigacione prehabita palam et occulte .. scivissent veritatem, quod pretactus Ladislaus filius Petri de eadem Magyar, feria secunda proxima post festum sancte Trinitatis anno proxime transacto preterita, ad possessionem ipsius Merhardi Januk vocatam in predicto comitatu Posoniensi existentem potencialiter veniendo, die clara quinquaginta equas equaciales, exceptis poledris earumdem tunc anni presentis, quinquaginta pecudes, duodecim boves, octo equos domitos cum eorum frenis et sellis, centum oves et ducentos porcos ipsius comitis Merhardi, alia plura damna eidem irrogando, recepi fecisset et abduci, que scilicet pecora cum equaciis et equis prenotatis, quamplures ex predictis nobilibus et communibus hominibus per prefatum Ladislaum depelli et eciam aliqua ex eisdem vendi se vidisse retulissent; insuper idem Nicolaus filius Dominici modo simili quasdam tres literas eorumdem capitulorum et conventus similiter inquisitoriales curavit nobis demonstrare, per quarum series informabamur sub hac forma, quod regii et dictorum capitulorum ac conventus homines in predicto die dominico post festum beate

Margarethe virginis in eadem provincia Challoukuz a nobilibus et aliis communibus dicte provincie et villarum hominibus, specialiter in predicta villa Magyar et Ogya diligenti investigacione prehabita, palam occulte, ubicunque decuisset et expediens fuisset, talem de subsequentibus scivissent veritatem, quod pretactus Ladislaus filius Petri de Magyar feria secunda proxima post predictum festum sancte Trinitatis ad prefatam possessionem ipsius Nicolai Januk vocatam in predicto comitatu Posoniensi existentem potencialiter veniendo, die clara triginta duas equas equaciales, exceptis poledris earumdem anni tunc presentis, sex equos domitos cum eorum frenis et sellis, viginti pecudes, centum oves et porcos eiusdem Nicolai depellendo, aliaque quamplurima damna irrogando, abduci fecisset, quas scilicet equas equaciales cum equis necnon pecudibus quamplures ex predictis nobilibus et communibus hominibus prefatum Ladislaum depelli, et eciam aliqua ex eisdem vendise vidisse retulissent. Verum quia prelibatus Ladislaus filius Petri sue prave cogitacionis desiderium in mentis sue secreto conceptum, in emanacionibus dictorum falsorum instrumentorum, dei timore postposito, omni sui conaminis studio laborando in opus producere non verens, ad dictarum possessionum perennalem perniciem et eorumdem comitis Merhardi ac Nicolai filii Dominici vindictam capitalem processisse, preexhibitarum literarum tenoribus reperiebatur, et nedum pretactorum octo vicinorum premissorum rubigine, verum eciam unius eorum predicte litere privilegiales sub nomine literarum privilegialium dicti capituli Jauriensis per ipsum Ladislaum in forma litis in nostro et baronum regni conspectu exhibite, que ut pretetigerimus per ipsum capitulum Jauriense diligenter examinate, esse non fuerant reperte, vicio falsitatis de iure poterant offuscari, ideo ipsum Ladislaum filium Petri in nostram presenciam ad dicte cause decisionem finalem redire non curantem et in sue culpabilitatis indicium a facie iuris et iusticie se penitus absentantem, amissis suis iuribus possessionariis et bonis ubique in regno existentibus universis, et in duabus partibus nostris iudiciariis, in tercia vero parte predictorum comitis Merhardi et Nicolai filii Dominici offensam et lesionem paciencium manibus applicatis, quandocunque, ubicunque et

apud quemcunque per ipsos comitem Merhardum et Nicolaum filium Dominici inveniri poterit, baronum et regni nobilium nobiscum in iudicio consedencium iuridico inducti consilio, falsorum instrumentorum exhibitoris pena sentencialiter feriri committentes et vindicta, universas possessiones et possessionarias porciones predicti Nicolai filii Dominici, et specialiter utrasque Januk, Kurmusd et Toluoyfelde vocatas, modo quo supra per ipsum Nicolaum filium Dominici prememorato comiti Merhardo mediantibus literis dicti capituli Posoniensis patentibus pro quadringentis et sexaginta marcis impignoratas, cum omnibus suis utilitatibus .. ipsi comiti Merhardo quousque eedem ab ipso comite Merhardo per prenominatum Nicolaum filium Dominici in eisdem quadringentis et sexaginta marcis iuxta seriem predictarum literarum capituli Posoniensis patencium redimi poterunt, iudiciaria auctoritate commisimus relinquentes nomine impignoraticio prenotato possidere . . Datum Bude, vigesimo sexto die octavarum diei Strennarum predictarum, anno domini M° CCC^mo XL^mo septimo.

A pecsét zöld és piros selyemszálakon függ, eredetije az Orsz. Lt. kincst. oszt. Mon. Poson. 12. 2. dipl. oszt. 3809. Közli: Kovács N.

6.

1347. Buda, febr. 20. Miklós nádor előtt a Gútkeled nemzetségbeli Bereczk és György fiai s ezek utódai, a Báthory család ősei, ősi és szerzett javaikon megosztoznak.

Nos Nicolaus . . palatinus et iudex comanorum . . significamus . . quod cum Johannes filius Georgii de Rakamaz in congregacione generali . . Wyllermi palatini et iudicis comanorum bone memorie predecessoris nostri, universitati nobilium de Zabolch et de Bereg comitatuum sub anno domini Millesimo CCC^mo tricesimo quarto, feria tercia proxima ante festum beate Marie Magdalene prope villam Zahun celebrata exsurgendo, contra magistrum Johannem filium Briccii personaliter astantem, super facto possessionarie divisionis per

formam iudiciariam agere voluisset, idemque magister Johannes se absque suis fratribus et proximis super ipso facto possessionarie divisionis non posse respondere allegando, terminum ulteriorem sibi et suis fratribus coram eodem domino Wyllermo palatino comparendi postulasset assignari; ipse vero dominus Wyllermus palatinus eandem causam ad octavas festi Omnium Sanctorum tunc venturas in Budam Veterem eo modo prorogasset, quod idem Johannes filius Georgii cum Michaele fratre suo uterino personaliter coram ipso astare et accionem eorum prosequi deberent contra magistrum Johannem filium Briccii et suos fratres in facto divisionum possessionum premissarum; ab eisdemque octavis festi Omnium Sanctorum prelibatus dominus Wyllermus palatinus ipsam causam de mandato domini nostri regis ad quindenas residencie exercitus regalis tunc habiti, et dehinc eo quod Petrus et Benedictus filii Leukus filii Briccii fratris ipsius magistri Johannis uterini propriis ipsorum in personis coram eodem domino Wyllermo palatino comparentes, literas domini nostri regis patentes eidem presentassent, per quas ipse dominus noster rex eidem domino Wyllermo palatino et quibuslibet iudicibus regni sui firmissimis dedisset in preceptis, ut nullus iudicum regni sui, ipsos, usque dum ad legitimam etatem pervenerint, iudicare aut iudicio eorum astare compellere presummeret, et dicti filii Leukus in tenerrima etate exstitissent constituti, ac Johannes literatus pro dicto magistro Johanne filio Briccii .. astando, ipsum magistrum Johannem dominum suum in ipsa causa absque interessencia predictorum filiorum Leukus non posse respondere allegasset, ad undecimam revolucionem annualem quindenarum festi Epiphaniarum domini iuxta continenciam literarum suarum duxisset prorogandam; tandem ipsa undecima revolucione annuali quindenarum festi Epiphaniarum domini predictarum in anno domini M^mo CCC^mo XLmo quinto transactarum occurrente, prelibato domino Wyllermo palatino nutu divine pietatis ante predictum terminum viam universe carnis ingresso, nobisque honore palatinatus adepto, quia prelibatus Benedictus filius Leukus coram nobis personaliter comparendo adhuc in tenera etate constitutus fore apparuerat, ipse vero Petrus frater eiusdem similiter in tenera etate existens ultra

Nicolai filii Dominici similiter quasdam privilegiales literas memorati capituli Strigoniensis in festo beatorum Philippi et Jacobi apostolorum modo simili anno proxime preterito confectas, nostro iudiciario examini demonstrarat, per quarum series edocebamur sub hoc forma, quod Ladislaus filius Petri filii Ivanka de Magyar de comitatu Posoniensi in ipsius capituli Strigoniensis presencia . . comparendo, retulisset ipsi capitulo in hunc modum, quod quia Nicolaus filius Dominici filii Petri de Januk de dicto comitatu proximus suus, universas possessiones suas, et specialiter Januk vocatas in dicto Posoniensi comitatu existentes, eidem Ladislao . . contulisset, ob hoc idem Ladislaus obligasset se . . quod memoratus Nicolaus et sui posteri . . possessiones eo modo . . possiderent, quomodo usque tunc usus exstitisset easdem, nullam contrarietatem nullamque obieccionem . . eidem Nicolao ullo unquam tempore facto vel consilio inferret . . sed quomodocunque eidem Nicolao de ipsis possessionibus in vita vel in morte disponere placeret, de licencia et permissione eiusdem Ladislai tunc facta, liberam haberet faciendi facultatem, et si necesse fieret vendendi . . de eisdem possessionibus ipsi Nicolao et suis posteris . . eandem tribueret facultatem, si vero aliqualiter racione premissorum ipsi Nicolao vel suis heredibus . . idem Ladislaus aliud faciendo se opponeret, tunc donacio ipsarum possessionum per alias ipsius capituli Strigoniensis literas ipsi Ladislao facta eo facto revocaretur, nec pecuniam quadringentarum marcarum reddere teneretur nisi in tercia parte; ad que idem Ladislaus se coram eodem capitulo Strigoniensi sponte obligasset. E converso enim procurator predicti Ladislai filii Petri quasdam duas privilegiales literas de ipsius ecclesie Jauriensis capitulo loquentes, unam secundo idus Maji anno incarnacionis dominice M° CCC^mo XL^mo primo preterito satis nove sigillacionis indicium in cera sui sigilli apparentem, et aliam decimo kalendas Junii modo premisso anno nunc proxime transacto emanatas et alphabeto intercisas curarat nobis demonstrare, in quarum unius prius scilicet exhibite tenore reperiebatur evidenter contineri, quod Nicolaus filius Dominici filii Petri de Januk comitatus Posoniensis coram eodem capitulo Jauriensi personaliter constitutus confessus exstitisset . . quod ipse

racione iuris patronatus monasterii antedicti hereditario iure contingentis similiter tercia pars, possessionis vero hereditarie Rakamaz vocate in comitatu de Zabolch habite modo premisso tercia pars, cum omnibus suis utilitatibus iuxta priorem divisionem dictis filiis Georgii et per eos ipsis heredibus cessissent atque devenissent perpetuo possidende; et in facto ipsius possessionis Rakamaz iuxta formam primarie divisionis contenti exstitissent; item possessionum acquisiticiarum partem ipsorum in comitatu Zathmariensi existencium, Enchench Chegze et Illu nuncupatarum, secundum quod ipsa divisio in prima divisione facta exstitisset inter ipsos, recta dimidietas ipsis filiis Georgii, alia vero medietas dictis filiis Briccii et filiis Leukus cum omnibus earumdem utilitatibus devenissent similiter perpetuo possidende in filios suorum filiorum et heredes atque successores. Preterea quantumcunque in possessione Purdvan in comitatu Supruniensi existenti in porcionem dictorum filiorum Georgii deveniret, illius medietas eisdem filiis Georgii, alia vero dimidietas ipsis magistris Johanni et Nicolao filiis Briccii, Benedicto et Petro filiis Leukus cessissent modo supradicto perpetuo possidende. Ceterum quia dicti filii Georgii in quadam parte dicte prioris divisionis contenti non fuissent, pro eo iidem magistri Johannes et Nicolaus filii Briccii, Benedictus et Petrus filii Leukus quandam possessionem ipsorum acquisiticiam Zanyzlav vocatam in dicto comitatu Zathmariensi existentem, in toto et cum omnibus ipsius instrumentis, quibus mediantibus ipsi eandem possedissent, eisdem filiis Georgii dedissent et contulissent eo modo, quod usque vitam ipsius magistri Johannis filii Briccii et non ultra, qualiscunque causa aut litigionarie quescionis materia in facto ipsius possessionis Zanyzlaw contra ipsos filios Georgii vel eorum heredes per quoscunque oriretur, communi labore et expensa prosequerentur et eandem possessionem ab impetitoribus defendere tenerentur. Possessionis vero Leta vocate in comitatu de Zabolch existentis medietatem eosdem filios Briccii et Leukus contingentem in duas partes coequales divisissent; cuius medietas ipsis filiis Georgii, alia vero eiusdem dimidietas predictis filiis Briccii et Leukus porciones devenissent. Post decessum autem dicti magistri Johannis filii Briccii annotatam possessionem Zanyzlaw

dicti filii Georgii et eorum successores absque dicto Nicolao filio Briccii et filiis Leukus ac heredibus ipsorum magistrorum Johannis et Nicolai ac filiorum Leukus, propriis eorum laboribus et expensis, vigoribus dictorum instrumentorum eis datorum conservarent eo modo, quod si in lite dicta possessio Zanyzlaw a dictis filiis Georgii temporis in processu iusto iudiciario ordine per quempiam optineretur, et vigore dictorum instrumentorum in facto ipsius possessionis Zanyzlaw confectorum prescripti filii Georgii conservare et defendere non valerent, extunc dicta porcio eorumdem filiorum Briccii et Leukus in annotata dimidietate possessionis Leta per presentem divisionem eis devoluta, ipsis filiis Georgii et eorum successoribus devolveretur pro possessione Zanyzlaw annotata perpetuo possidenda. Omnes autem alie possessionarie divisiones inter eos facte et habite, irrevocabili stabilitate perpetuo perdurarent. Item possessionis Korwl vocate in annotato comitatu Zathmariensi circa aliam possessionem similiter Korwl nuncupatam a parte meridionali existentis, quam dicti filii Briccii a serenissimo quondam principe domino Karolo pridem rege Hungarie illustri domino nostro acquisivissent, ut dixerunt, due partes ipsis magistris Johanni et Nicolao filiis Briccii, Benedicto et Petro filiis Leukus devenissent, tercia vero pars dictis filiis Georgii cessisset similiter in filios suorum filiorum et heredum per heredes perpetuo possidenda. Quas quidem possessiones et possessionarias porciones in presentibus nominatim declaratas, prelibati filii Georgii pro plenaria et omnimoda divisione in suas porciones recipientes acceptarunt, nil iuris, nil proprietatis, nihilque quescionis vel litigii ipsi filii Georgii sibimet ipsis vel eorum heredibus . . titulo premisse possessionarie divisionis in ceteris possessionibus quovis nomine vocitatis, vel qualicunque titulo habitis et optentis, intra terminos regni Hungarie qualicunque titulo ipsos contingentibus, prout inferius expressius declaratur, amodo in posterum reservantes. Sicque ius patronatus monasterii ipsorum in honore sancti Petri apostoli in Sarwar in comitatu Zathmariensi constructi, castrum ipsorum, universe possessiones et possessionarie porciones eorum quocunque nomine vocitate e[illegible] intra metas regni Hungarie in quocunque comitatu habil[illegible]

et existentes, tam scilicet hereditarie et acquisiticie comitis Briccii predicti et filiorum eiusdem ac filiorum Leukus prenotatorum, quam emticie, impignoraticie et quovis alio iusto titulo ad eos devolute, specialiter vero possessiones Batur in Zathmariensi, Powch, Tymar, Nyreghaz et Bewdmonustra vocate in Zabolch comitatibus habite, penitus et in toto cum quibuslibet earumdem utilitatibus, prememoratis magistris Johanni et Nicolao filiis Briccii, Benedicto et Petro filiis Leukus ac eorum heredibus . . perpetuo . . possidende pervenissent eo modo, ut nulla parcium vel earumdem heredes . . presentem divisionem per annotatas partes sponte factam et coram nobis recitatam, temporis in processu aliquo quesito colore posset retractare, sed presens divisio inter ipsos et eorum heredes . . perpetuo . . permaneret . . Ceterum amodo et deinceps quecunque parcium vel eiusdem heredes . . tam a regia maiestate quam ab aliis . . quascunque possessiones . . acquirere et optinere possent, parcium altera . . nullam de (eisdem) requirere sibi posset porcionem, sed super omnibus premissis . . partes prenotate et eorum heredes . . perpetue taciturnitatis silencium congauderent . . . Datum Bude, duodecimo die octavarum festi Purificacionis virginis gloriose predictarum, anno domini M^mo CCC^mo XL^mo septimo.

Függő pecséttel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 718. 3. dipl. oszt. 3884. Ugyanott ezen osztálylevél 1347. máj. 3-ról a váradi káptalan által kiadott privilegialis alakban is megvan. N. R. A. 841. 12. dipl. ltoszt. 3901. Közli: Kovács N.

7.

1347. Buda, febr. 21. I. Lajos király Kistapolcsáni Miklósnak Hrussó vár tartományában a Tapolnicha nevü folyóban aranymosást enged.

Nos Ludovicus . . rex . . significamus . . quod magister Nicolaus filius Jule de Kystopolchan dilectus et fidelis aule nostre miles . . nobis significare curavit, quod in tenutis castri nostri Hurusou nominati et eciam dicte possessionis sue Kystapolchan in fluvio Tapolnycha nominato per lavatores aurum

inveniretur; supplicans exinde nostre maiestati, ut sibi et magistris Gregorio carnali et Andree filio Andree patrueli fratribus suis in tenutis dicti castri nostri Hurusou et possessionis eorum Kystapolchan nominate antedicte, dictum aurum in iamdicto fluvio Tapolnycha acquirendi et laborandi facultatem concedere dignaremur. Nos itaque huiusmodi supplicacionibus iamdicti magistri Nicolai filii Jule benigniter exauditis, duximus committendum, annuentes literas nostras per presentes, ut ipse magister Nicolaus et fratres sui predicti iamdictum aurum ubique in tenutis iamdicti castri nostri Hurusou et possessionis eorumdem Kystapolchan antedicte in dicto fluvio Tapolnycha acquirere et laborari facere possint et debeant absque impedimento et molescia aliquali; volumus tamen ut idem magister Nicolaus et fratres sui predicti de ipso auro per eos aquirendo nobis de nostris urburis et proventibus regalibus secundum modum et antiquam consvetudinem aliorum montanorum respondere et satisfacere debeant et teneantur. Datum Bude, feria quarta proxima post dominicam Invocavit, anno domini M° CCC° XL^mo septimo.

A lehullott pecsét helyén e szavak olvashatók: Relacio Andree filii Iwan de Kallou adhuc de exercitu redeuntis in Tapolcha. Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 113. 12. dipl. oszt. 3885. Közölve néhai Vincze Gábor másolatából.

8.

1347. febr. 28. Az egri káptalan előtt az Ursur nemzetségből való Wechkelen fia János fiai, az ugyan ezen nemzetségből származott Tiboldnak és fiainak a rajtuk elkövetett kártételek megtérítése fejében három Borsod vármegyei birtokot örökjoggal adnak.

Nos capitulum ecclesie Agriensis significamus .. Quod magistro Tyboldo filio Tyboldy de genere Eruswr pro se et pro Ladislao, Johanne et Michaele filiis suis ex una, et Laurencio ac Nicolao filiis Johannis filii Wechkelen de eodem genere parte ab altera coram nobis personaliter constitutis

per eundem magistrum Tyboldum sua et dictorum filiorum suorum in personis vive vocis ministerio propositum exstitit et relatum, quod quia iidem filii Johannis iuxta ordinacionem .. proborum virorum .. pro damnis et nocumentis sibi et dictis filiis suis irrogatis et infraspecificatis porciones ipsorum possessionarias in porcione Dorugma, que de porcione condam Johannis filii Chepani proximi ipsorum iam defuncti eisdem filiis Johannis cedere debuisset et in porcione Jacobi filii Laurencii Kaach, quam filii Johannis a dicto Tyboldo in condigna estimacione redimere debuissent, videlicet terciam partem ipsius porcionis Kaach, ac in porcione Kelemenylese nuncupata, que quinta pars eiusdem fore dignoscitur, in comitatu Borsodiensi ut dicitur existentibus habitas, cum omnibus .. pertinenciis earumdem trium porcionum suarum sibi et prelibatis filiis suis perennaliter possidendas contulissent; obhoc ipse et dicti filii sui super eisdem tribus porcionibus possessionariis sufficienter contenti, annotatos Laurencium et Nicolaum super omnibus iniuriosis factis, utpote combusciónibus possessionum suarum, interfeccionibus equaciarum, ablacionis (így) equorum et aliorum rerum suarum .. per predictos filios Johannis et ad ipsos pertinentes sibi hactenus inimicicíose irrogatis et perpetratis, reddidissent et reliquissent expeditos .. Qui quidem eciam filii Johannis prelibatas tres porciones suas .. coram nobis assignaverunt in ius et proprietatem memorati Tyboldi et filiorum suorum ac eorumdem heredum perennaliter possidendas .. Insuper autem eedem partes .. omnes literas suas iudiciales .. hactenus contra sese confectas .. cassatas .. reliquerunt coram nobis .. Datum in quindenis diei Cinerum, anno domini M° CCC° XXXX septimo.

Hátlapján pecsét nyomaival. Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 381. 5. dipl. oszt. 3886. Közli: Kovács N. V. ö. Fejér Gy. i. m. IX. 1. 529. l. és IX. 6. 30.

9.

1347. mart. 1. Az egri káptalan előtt Dobi Dorog fia Lőrincz fia István, Dózsa nádor fiaival kibékül, és Téglás nevü Szabolcs vármegyei s Túr-Sámson nevü Bihar vármegyei birtokokat ötven márkáért ezeknek átengedi.

Nos capitulum ecclesie Agriensis significamus . . quod magistro Stephano filio Laurencii filii Dorogh de Doby unacum Dorogh filio suo pro se et pro Petro ut dicebant adolescente altero filio et fratre ipsorum . . ex una, et magistro Paulo filio quondam Douse palatini similiter pro se et pro magistro Jacobo fratre suo uterino . . parte ab altera coram nobis personaliter constitutis, per eosdem magistrum Stephanum et Dorogh filium suum . propositum exstitit . . quod licet ex causis diversis que inter ipsos contigissent usquemodo, specialiterque racione possessionis Teglas vocate et porcionis possessionarie Tursamson nuncupate a multis temporibus retroactis hucusque lis et contencio mota fuisset inter ipsos et exorta, et pro quibus eciam ipsi in presencia . . Nicolai . . palatini diucius in causa processissent; tandem tamen ut omnis litis . . materia de medio ipsorum radicitus evelleretur . . interveniente eciam ordinacione . . proborum virorum nobilium proximorum et comprovincialium suorum, taliter inter se concordassent . . quod predicti magistri Stephanus et Dorogh ac Petrus filii sui, predictam possessionem Teglas totalem in comitatu de Zabolch, annotatamque porcionem possessionariam Tursamson in comitatu Bihoriensi existentes, que quidem porcio Tursamson ab olim hactenus apud manus predecessorum eorumdem Jacobi et Pauli magistrorum et per consequens sub dominio ipsorum habita exstitisset . . per eosdem salvis iuribus Corrardi et Keled filiorum Nicolai filii eiusdem Dorogh in eadem permanentibus, cum omnibus . . pertinenciis earumdem, omni liti et accioni ipsorum . . prius renunciantes, remisissent reliquissent et prorsus ac per omnia perpetuassent . . pretactis Jacobo et Paulo magistris ac eorum heredibus possidendas . . tali obligacione interposita . . quod si ipsi . . memoratos Jacobum et Paulum magistros ac ipsorum heredes a dicto Petro filio et

fratre ipsorum defendere et in iuribus earumdem possessionum observare non possent . . extunc ipsi vel eorum heredes similes et equivalentes possessiones in suas porciones cedentes, pocius quam ad litem devenirent, in specie dare et perpetuare tenerentur Jacobo et Paulo magistris et eorum heredibus supra dictis. E converso autem prenominati Jacobus et Paulus magistri pro huiuscemodi resignacione dictarum possessionum et perpetuacione, assumserunt solvere . . quinquaginta marcas grossorum vel denariorum partim in promta pecunia partim vero in estimacione condigna in terminis infrascriptis, in loco per dictum dominum palatinum iudicem ipsorum ordinarium ad id deputando, videlicet viginti quinque marcas solvent in octavis festi sancti Jacobi apostoli iam venturi, et residuas viginti quinque marcas in octavis festi Omnium Sanctorum subsequentibus, Stephano Dorogh et Petro supradictis, quod si primum terminum omitterent in solvendo, cum iudicio, si vero secundum terminum preterirent, cum duplo solvere tenerentur magistro Stephano et filiis suis prenotatis. Ad que premissa . . eedem presentes partes se et dictos absentes fratres . . spontanea coram nobis obligarunt voluntate. Et ut presens pax eternari posset inter partes . . ipse partes omnes literas suas . . sub qualicunque forma verborum usque hodiernum diem datarum presencium contra se se quoquomodo confectas et emanatas, absque porcione iudicis ipsorum ordinarii, cassatas . . reliquissent, specialiterque prelibati magister Stephanus et Dorogh filius suus literalia ipsorum instrumenta super eisdem duabus possessionibus sic resignatis coram nobis reliquerunt viribus penitus carituras. Prefatum autem dominum palatinum iudicem ipsorum ordinarium in tribus partibus iidem filii Douse palatini et in quarta parte annotatus magister Stephanus complacere assumserunt pacis in iudicio. Datum in crastino quindenarum diei Cinerum, anno domini M^mo CCC^mo XL^mo septimo.

Miklós nádornak 1347. évi mart. 4-én »magister Stephanus filius Laurencii de Doby et magister Paulus et Jacobus filii Dowse condam palatini« számára kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1537. 2. dipl. oszt. 3888. Ugyanott megvan az egri káptalannak 1347. mart. 1-én kelt levele, mely szerint Dózsa nádor fiai Jakab és Pál, s ennek fiai, László Miklós és Gergely egy részről, más

részről pedig Dobi Dorog fia Lőrincz fia István és ennek fiai Dorog és Péter, Dob Dada Tamási és Túrsámson birtokok felosztása dolgában megegyeztek. N. R. A. 1508. 49. dipl. oszt. 3889. Közli: Kovács N.

10.

1347. Buda, mart. 2. I. Lajos király a Somogy vármegyei Gyog nevü birtokon megtelepülők jogait és kötelezettségeit megszabja.

Ludovicus . . rex . . significamus . . quod cum nos possessionem nostram Gyogh vocatam in comitatu Simigiensi existentem, populosam efficere et multitudine populorum decorare intendamus, volumus quod quicunque libere condicionis homines ad ipsam possessionem nostram causa commorandi venire voluerint, libere veniant et secure commorentur sub nostra proteccione et tutela speciali, quatuor annorum libertate infrascripta a die adventus ipsorum pacifice et quiete fruituri in eadem; transactis autem ipsis quatuor annis, non plus nisi septem grossos per unius anni circulum pro debitis eorum dare et solvere, ac tribus diebus nobis laborare teneantur; volumus eciam, ut in nullis locis tributorum a iobagionibus seu populis ad dictam possessionem nostram venire volentibus tributum aliquod exigatur. Igitur volumus et universis prelatis baronibus comitibus castellanis nobilibus et aliis quibuslicet hominibus iobagiones habentibus firmis damus in preceptis, quatenus iobagiones vestros ad dictam possessionem nostram causa commorandi venire volentes, habita licencia iustoque terragio et debitis persolutis, absque aliquo impedimento libere abire permittatis, nec in locis tributorum vestrorum a populis ad dictam possessionem nostram venire volentibus tributum aliquod exigatis, vel exigi faciatis; secus non facturi. Et hec volumus in foris et locis publicis palam facere proclamari. Datum Bude, feria sexta proxima post dominicam Reminiscere, anno domini Millesimo CCC° XL^mo septimo.

Hátlapján a királyi nagy pecsét nyomaival, a hol, ugy mint az oklevél belső alsó szélén e szavak olvashatók: Relacio Beke comitis udvarnicorum. Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Monial. V. Bud. 27. 12. dipl. oszt. 3890. Közli: Kovács N.

11.

1347. mart. 3. A somogyvári convent előtt Kapoli Pethö, Sydo és Gwke fiai, Egyházas-Kapol Nagy-Kapol és Orbouch nevü birtokokban egymás illetöségeit körülirják és meghatározzák.

Nos conventus monasterii sancti Egidii de Simigio memorie commendamus . . quod iuxta continenciam literarum . . Pauli iudicis curie . . inter Stephanum filium Pethew de Kapwl ex una, item inter Johannem et Andream filios Sydow, Nicolaum Dominicum Michaelem Blasium et Andream filios Gwke de eadem Kapwl parte ab altera, per quatuor probos homines quorum duos una parcium et alios duos altera parcium adducere tenebantur, sabbato proximo ante diem medii Quadragesime scilicet ferie quarte, coram nobis arbitrium fieri debuisset; ipso die occurrente, predictus Stephanus filius Pethew pro se personaliter, item ex predictis filiis Sydow idem Andreas, et ex dictis filiis Gwke predictus Nicolaus pro se personaliter pro aliis vero ipsorum fratribus cum nostris literis procuratoriis comparuerunt et suos arbitros . . adduxerunt. Tandem . . componentibus eisdem probis viris . . universis causis et earum articulis quovismodo inter se invicem . . motis . . plene sopitis . . ad perpetue pacis se dixerunt devenisse unionem, reddentes se in premissis . . expeditos . . Preterea predicti Andreas filius Sydow et Nicolaus filius Gwke suis personaliter, in personis vero predictorum aliorum fratrum ipsorum premissa procuratoria auctoritate mediante, quandam unam silvam vulgariter Gerthyanerdow vocatam in territorio possessionis Orbouch vocate habitam, iuxta quam a parte orientali fossam vulgariter hurh vocatam dixerunt adiacere et subtus eandem unum fenetum per diem falcature duorum hominum sufficiens, item duo iugera terrarum fimatarum iuxta idem fenetum et sub eadem silva adiacencia, item quasdam terras arabiles inter magnam villam Kopwl et eandem possessionem Orbouch adiacentes, cuius terre prima meta incipit a dumo nucum a parte Eghazaskapwl a plaga occidentali, finem (igy) ad eandem partem occidentalem et orientalem facientes usque magnam viam, per quam itur de villa Kapwl in villam Zych,

quas idem Stephanus nomine sui iuris hereditarii ab ipsis recaptivasset cum terris subtus eandem magnam viam a parte orientali usque pratum a villa Kapul incipiendo usque terram ecclesie sancti Martini de villa Chaba adiacentibus, eidem Stephano filio Pethew coram nobis benivole assummenti et eius heredibus dederunt et applicaverunt iure perpetuo possidere tenere pariter et habere; ceterum prelibatus Stephanus filius Pethew unam vineam in territorio possessionis Noghkapul vocate habitam in dimidio iuger terre plantatam, vulgariter Bolugh-Janus-zoley vocatam, item tria iugera terrarum arabilium iuxta eandem vineam a plaga meridionali adiacencia, prenominatis filiis Sydow et filiis Gwke ac eorum heredibus modo premisso dedit seu restituit . . perpetuo possidere . . Datum sabbato supradicto, anno domini M° CCC° XL^mo septimō.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije Iharos-Berényben, az Inkey cs. ltárában, A. O. 12.

12.

1347. mart. 12. Az egri káptalan előtt Szentkirályi Mois fia Miklós négy leányának és nejének leánynegyedi és hitbéri illetőségét meghatározza, s a fönmaradt részt Szentkirályi László fiai örökbirtokába juttatja.

. . capitulum ecclesie Agriensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod cum iuxta continenciam literarum magistri Johannis filii Alexandri filii Celen nunc comitis de Gumur et quatuor iudicum nobilium de eodem composicionalium et obligatoriarum, comes Nicolaus filius Moyus de Senthkyral cum Nicolao filio Bolugh et Thoma filio Laurencii generis suis ex una, et Paulus ac Johannes filii Ladislai nobiles de eadem Senthkyral parte ab altera coram nobis in dominica Letare comparere et quandam composicionem inter ipsos habitam et infra specificandam literis nostris mediantibus roborare debuissent, adveniente ipso termino, predictis partibus hinc et inde personaliter coram nobis comparentibus, per eosdem filios Ladislai . . propositum exstitit.

quod quia annotatus comes Nicolaus filius Moyus patruelis ipsorum de possessionibus et porcionibus suis possessionariis ubilibet existentibus et quoquomodo vocitatis debito iure nature et de regni consvetudine quatuor filiabus suis Margaretha Elizabeth Clara et Barbara alio nomine Bonch vocatis quarta filiali, ac domine consorti sue filie Andree filii Zemeke de Chyz Elizabeth vocate dote et rebus parafernalibus teneri dignosceretur, et quia eciam idem comes Nicolaus . . unacum ipsis super hoc diucius tractando unam particulum terre de porcione sua in eadem possessione Senthkyral in eodem comitatu Gwmuriensi existenti decisam et metis similiter infra declarandis undique circumdatam, pro totali expedicione prefatarum dotis et rerum parafernalium ac quarte filialis prenominatis quatuor filiabus suis et ipsarum heredibus perpetuo . . possidendam contulisset, residuas vero porciones suas possessionarias ubilibet existentes idem comes Nicolaus post mortem suam ipsis reliquisset . . ideo ipsi ob favorem et dileccionem proximitatis earumdem quatuor nobilium dominarum, super facto donacionis et perpetuacionis prescripte particule terre ipsis dominabus quo supra date . . plenum consensum prebuissent . . imo sepedicti filii Ladislai eandem particulam terre, sic sicut predictus comes Nicolaus, coram nobis perpetuaverunt dictis nobilibus dominabus et ipsarum heredibus, testimonio presencium literarum nostrarum et auctoritate; obligantes se iidem filii Ladislai et heredes suos, quod ipsi memoratas nobiles dominas et earum heredes in dominio ipsius particule terre, excepta porcione Simonis filii Jacobi, que intra metas dicte particule terre includeretur . . contra quospiam indemniter conservarent, quod si temporis in processu easdem conservare non possent . . extunc de porcione ipsorum possessionaria in eadem Senthkyral habita equivalentem particulam terre cum suis utilitatibus . . dare et assignare tenerentur quatuor nobilibus dominabus et earum heredibus supradictis. E converso autem si pretactus comes Nicolaus usque ad diem obitus sui dictas residuas porciones suas vel aliquas ex eisdem . . alienare niteretur, extunc sepedicti Nicolaus filius Bolugh et Thomas filius Laurencii in succubitu duelli facti potencialis adversus eosdem filios Ladislai et heredes suos convincerentur

eo facto, pro eo, quia dicte residue porciones ipsius comitis Nicolai, eo mortuo quo supra in ius et proprietatem remanere deberent filiorum Ladislai supradictorum. Ordinatum eciam exstitit per partes supradictas, quod si deo sic volente iidem Paulus et Johannes filii Ladislai absque heredum solacio decederent, extunc porciones ipsorum possessionarie similiter ubilibet existentes, annotatis quatuor nobilibus dominabus et heredibus ipsarum remanerent; ex adverso autem si dicte domine absque utriusque sexus heredibus debitum persolverent carnis universe, extunc memorata particula terre nunc ipsis quo supra data, rursus in ius et proprietatem pretactorum filiorum Ladislai et suorum heredum devolveretur possidenda. Ad que premissa . . eedem partes se, et dicti comes Nicolaus filius Moyus et Nicolaus filius Bolugh ac Thomas filius Laurencii annotatas nobiles dominas faciendum et tolerandum spontanea coram nobis obligarunt voluntate. Et ut presens ordinacio robur perpetue firmitatis inter ipsos obtinere valeret, eedem partes omnes literas suas . . iudiciales, specialiterque annotati Nicolaus filius Bolugh, Thomas et Simon filii Laurencii literas suas super aliquibus aliis porcionibus possessionariis antea emanatas ubicunque in preiudicium eorumdem filiorum Ladislai obtentas, cassatas . . reliquissent . . Mete autem quibus ipsa particula terre ut premissum est circumdatur et ab aliis porcionibus possessionariis separatur, prout eedem partes retulerunt et sicut eciam nos in literis eorumdem comitis et quatuor iudicum nobilium de Gwmwr contineri vidimus, hoc ordine protenduntur: prima enim meta incipit prope sanctuarium ecclesie sancti regis Stephani in eadem possessione fundate in uno antiquo ponte super quodam lacu habito, a quo egrediendo transit versus plagam orientalem et iungit unum fonticulum vulgo seed nuncupatum, et deinde versus eandem plagam orientalem currendo cadit in quendam rivulum Louchpotak nuncupatum, in quo rivulo supra versus possessionem Lochi currendo annectit quasdam arbores tremuleas vulgo feyrnyar vocatas in eodem fluvio existentes, de quibus supra currendo venit ad duas metas terreas prope eundem rivulum erectas ubi cadit in quandam viam in capite vallis Halaguszas vocate, et in eadem via ad dictam plagam in unum ber-

ascendendo iungit alias duas metas terreas in vertice eiusdem berch erectas, in qua quidem via versus possessionem Maley transeundo venit usque ad caput cuiusdam alvei Zegrechepatak nuncupatum, ubi iungit duas metas terreas, unde in eodem alveo Zegrechepatak revertitur ad plagam meridionalem, et currendo exit de eadem ad plagam occidentalem ad duas metas terreas, de quibus ad eandem plagam eundo ascendit ad quoddam berch superius locum Garatus ubi sunt due mete terree, a quibus in eodem berch infra currendo venit prope ad metas porcionis filiorum Rednoldi et iuxta easdem transeundo cadit in quandam stratam publicam versus villam Nemethy ducentem, et in ipsa via ad plagam septemtrionalem currendo venit ad priores metas ubi inceperat et ibi terminantur . . Datum feria secunda proxima post ipsam dominicam Letare, anno domini M^{mo} CCC^{mo}XL^{mo} septimo; presentibus tamen Nicolao preposito, Johanne lectore, altero Johanne custode dominis, item Johanne de Borsud, David de Zaboch, Johanne de Patha, Petro de Heves, Dominico de Borswa, Andrea de Pankatha, et Johanne de Zemlyn archidiaconis . . regnante Ludovico . . rege . . Chanadino Strigoniensi, Stephano Cholocensi archiepiscopis, et . . Nicolao . . episcopo Agriensi existentibus.

Ugyancsak az egri káptalannak 1356. febr. 29-én »Nicolaus filius Bolugh et Thomas filius Laurencii de Senthkyral de comitatu Gwmuriensi« kérelmére »presentibus Ladislao preposito, Emerico lectore et Konya custode dominis, item Dominico de Borswa, Andrea de Zemlyn, Nicolao de Zaboch, Alexandro de Patha, Benedicto de Pankatha, Ladislao de Borsud, Michaele de Heves archidiaconis . . regnante . . Lodovico . . rege . . Nicolao archiepiscopo Strigoniensi, Colocensi vero sede vacante, et . . N (icolao) . . episcopo ecclesie Agriensis existentibus« kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 694. 24. dipl. oszt. 3891. Közli: Kovács N.

13.

1347. Terebes, mart. 13. Zemplén vármegye közgyülésén Péter és László csicsvai nemesek, Michk bán fiát Lorándot bepanaszolják, hogy ez Lona nevü birtokukat fölégettette.

Nos Michael et Jacobus filii Frank, vice magistrorum Nicolai et Pauli filiorum Lack comites de Zemlyn, et quatuor iudices nobilium de eodem, damus pro memoria, quod cum feria tercia proxima post festum beati Gregorii pape congregacionem generalem cum universis nobilibus in villa Therebes celebravimus, de medio surgentes magister Petrus filius Ladislai et Ladislaus filius Johannis nobiles de Chichua, dixerunt, quod sabbato proximo anno in presenti ante festum beati Gregorii pape magister Lorandus filius Mich quondam bani ad possessionem ipsorum Lona vocatam veniendo cum potencia, existentem inter fluvios Thopul et Budrug, cum igne cremando devastasset; iurati assessores cum nobilibus affirmarunt. Datum die predicto in congregacione quam in persona Lodovici regis celebravimus in villa Therebes. Anno domini M^mo^ CCC^mo^ XL^mo^ septimo. Lorandus filius bani trina vice requisitus non venit nec misit (personam) responsalem.

Zárlatán négy pecsét töredékeivel. Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 259. 43. dipl. oszt. 3892. Közli: Kovács N.

14.

1347. mart. 14. A szepesi káptalan előtt Sebesi Sinka fia Péter tiltakozása Sóvári Soós Péter és László ellen, kik a Rudnuk és Bistre nevü folyók között fekvő birtokokba magukat beiktatták.

Nos capitulum ecclesie beati Martini de Scepus damus pro memoria, quod magister Petrus filius Synka de Sebes ad nostram personaliter accedens presenciam, coram nobis deposuit (igy) in hunc modum, quod cum mediantibus literis comitis Pauli iudicis curie regie magistri Petrus et Ladislaus dicti Sous de Sowar possessiones inter fluvios Rudnuk et Bistre

vocatas adiacentes, contradiccione magistri Denk et quorumlibet non obstante, feria sexta et sabbato proxime preteritis per hominem regium et nostrum testimonium sibi statui sub certarum metarum limitacionibus in eisdem literis expressis procurassent, idem magister Petrus eosdem homines regium et nostrum a statucione possessionum suarum sub metis dicte possessionis sue Sebes habitarum et ad ipsum spectancium, et eosdem magistros Petrum et Ladislaum ab occupacione earumdem facie ad faciem in facie earumdem possessionum prohibuisset . . coram nobis. Datum feria quarta proxima post dominicam Letare, anno domini M° CCC° XL° septimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

15.

1347. Torda, mart. 21. István erdélyi vajda I. Lajos királynak jelenti, hogy Pogány István szolgája a kolosmonostori apátságnak Kajántó nevü birtokából egy részt elfoglalt.

. . Lodovico . . regi . . Stephanus voyvoda Transilvanus et comes de Zonuk . . noverit vestra excellencia literas vestre serenitatis . . recepisse in hec verba: Lodovicus . . rex . . Stephano voyvode Transilvano et comiti de Zonuk . . dicit nobis . . frater Jordanus abbas monasterii beate Marie virginis de Clusmonustra, quod Deme famulus Stephani dicti Pagan quandam particulam terre Tyburchtelke vocatam in comitatu de Clus existentem, intra metas et limites possessionis ipsius monasterii habitam, Kayantho vocate, asserens sibi idem Deme eandem particulam terre per maiestatem domini Karoli regis Hungarie patris nostri . . nomine terre hominis sine herede decedentis collatam exstitisse, occupasset et detineret occupatam; super quo . . damus in mandatis, quatenus in congregacione vestra generali proxime celebranda ab omnibus nobilibus et ignobilibus comprovincialibus et specialiter a vicinis metaneis predicte possessionis Kayantho, super eo, utrum particula terre ad dictum monasterium pertineat, et si eandem particulam terre premisso modo occupa-

verit nec ne, sciatis et inquiratis omnimodam veritatem, et post hec, prout exinde vobis veritas constiterit, nostre maiestati fideliter rescribatis. Datum Bude, feria sexta proxima ante dominicam Invocavit, anno domini M^mo^ CCC^mo^ XL^mo^ septimo. Vestre igitur excellencie mandatis obedire cupientes ut tenemur, in congregacione nostra generali universitati nobilium partis Transilvane in quindenis diei medie Quadragesime publica promulgacione facta Torde celebrata, a iuratis septem comitatuum et iudicibus nobilium ac ab universis nobilibus et ignobilibus et specialiter a vicinis et commetaneis predicte particule terre diligenter inquirendo . . talem potuimus rei scire veritatem, quod sepedicta particula terre esset et haberetur intra veras metas et limites supradicte possessionis Kayantho nominate ipsius monasterii de Cusmonustra (így) et nunquam circa alicuius alterius manus fuisset, nec occupata, sed semper pertinuisset et adhuc deberet pertinere ad monasterium prenotatum, et quod Deme famulus magistri Stephani dicti Pagan propria sua auctoritate et mediante potencia iamdicti domini sui potencialiter commoraturus intrasset et minus iuste occupasset et adhuc detineret occupatam, in preiudicium sepedicti monasterii non modicum et gravamen; prout hec omnia ad nostram requisicionem iurati septem comitatuum nostri assessores et iudices nobilium, ac alii universi nobiles partis Transilvane, et specialiter vicini et commetanei prelibate possessionis Kayantho ac particule terre Tyburchtelke vocate, ad fidem eorum deo debitam consona voce affirmarunt. Datum in predicta Torda, quarto die congregacionis nostre, anno prenotato.

A váradi káptalannak 1372. mart. 25-én »frater Hemericus abbas monasterii sancti Johannis diocesis Waradiensis, vice et nomine . . Ottonis abbatis monasterii beate Marie virginis de Clusmonustra« kérelmére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. dipl. oszt. 26753. Közli: Kovács N.

16.

1347. Buda, mart. 23. I. Lajos király Malonyán nevű Bars vármegyei birtokot Kistapolcsányi Gyula fiának Miklósnak adományozza, ki a Zách Felicián merénylete alkalmával a királyi család megvédelmezésében magát kitüntette.

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod magister Nicolaus filius Jule de Kysthapolchan aule nostre miles fidelis ad serenitatis nostre accedendo presenciam, fidelitates suas et fidelium serviciorum suorum preclara merita, primum Karolo quondam regi Hungarie precelso laudande memorie, nostro genitori karissimo, ipso sceptra regiminis regni Hungarie gubernante, et demum eodem . . de hoc seculo sublato nobisque solium regiminis iamdicti regni Hungarie et . . Andrea fratre nostro karissimo regnorum Jerusalem et Sicilie feliciter transcendentibus, in diversis utrorumque nostrorum serviciis cum omni fervore fidelitatis votivaque sollicitudine exhibitas et impensa proponens et declarans, quandam possessionem Molonyan vocatam in comitatu Borsiensi adiacentem, asserens ipsam quondam Kepey et Bothou notoriorum nostrorum infidelium fuisse, et ob notam infidelitatis eorumdem ad nostras manus regias devolutam exstitisse, a nobis sibi, exceptis et exclusis omnibus aliis fratribus suis, dari postulavit. Nos igitur consideratis et pariter circumspectis serviciis et fidelitatibus eiusdem magistri Nicolai primum per eundem data (így) domino Karolo regi patri, ac prenominato quondam domino Andree dictorum regnorum Jerusalem et Sicilie regi precelso laudande memorie fratri nostris karissimis, et per consequens nobis in diversis serviciis eorumdem et nostris, et specialiter inter cetera sue fidelitatis obsequia tempore quo Felicianus quondam de genere Zah ex precogitate sue nequicie et furoris libidine in cruorem iamdicti domini Karoli regis genitoris nostri enormiter furibundo corde sitire ex consensu et consilio eorumdem Kepey sponsi scilicet sui et Bathou fratris eiusdem non formidasset, in defensione iamdicti patris nostri et dicti domini Andree regis ac nostram, contra acies acutissimi gladii eiusdem Felichiani se viriliter exponendo, cum enormi et letali

vulneris in suum caput suscepcione exhibitis et impensis, predictam possessionem Molonyan in dicto comitatu Borsiensi adiacentem, sub suis veris metis et antiquis, ac cum omnibus suis . . pertinenciis cuiusvis nominis vocabulo vocitatis, in superficie eiusdem existentibus, eidem magistro Nicolao, exceptis et exclusis omnibus aliis fratribus suis tam uterinis patruelibus vel aliis quibuslibet, imo nec alicuius temporis curriculo dividendam seu participandam cum eisdem vel aliquo eorumdem, nisi eiusdem magistri Nicolai liberali placuerit voluntati, perpetuo et irrevocabiliter in filios filiorum eiusdem magistri Nicolai de consensu serenissime principisse domine regine genitricis nostre karissime, prelatorumque et baronum nostrorum consilio prematuro, omni eo iure quo ad nostram pertinere dinoscitur collacionem . . donavimus . . eidem magistro Nicolao per se possidendam . . volumus eciam et committimus, ut idem magister Nicolaus super facto divisionis prescripte possessionis Molonyan contra quoslibet suos fratres et proximos in nullius iudicis presencia astare teneatur, nec quisquam iudicum ipsum super hoc contra formam huiusmodi nostre gracie suo iudicatui astare compellere quovismodo presummat, nisi possessionem eandem ipse cum aliquibus eorum fratribus vel proximis inter se bona sua dividere voluerit voluntate. Datum Bude, feria sexta proxima post Dominicam Judica, anno domini M° CCC° XL^mo septimo.

Hátlapján a királyi nagy pecsét nyomaival, melynek helyén »relacio Gatundorph« szavak olvashatók. Eredetije az orsz. lt. kimest. oszt. N. R. A. 167. 1. dipl. lt. 3679. Közli: Kovács N.

17.

1347. Buda, mart. 28. Pál országbíró Csetneki Kun Miklós és társa kérésére a szepesi káptalant vizsgálatra küldi ki a végett, vajjon igaz-e az, hogy Csetneki Péter a csetneki határon kivül bizonyos részt elfoglalt és azon jobbágyokat akar neki egtelepíteni.

. . capitulo ecclesie Scepsiensis comes Paulus iudex curie . . dicitur nobis in personis Nicolai dicti Kun filii Benedict

lterius Nicolai filii Ladislai de Chythnuk, quod Petrus s eiusdem Benedicti, super terris eorum usualibus extra am villam Chythnuk existentibus, nondum adhuc inter ipsos isis, iobagiones descendi et congregari facere niteretur, in iudicium eorumdem Nicolai dicti Kun et alterius Nicolai filii dislai non modicum et gravamen. Quocirca amiciciam vestram esentibus petimus . . quatenus vestrum mittatis hominem pro stimonio fidedignum, quo presente Paulus de Bethlenfalva vel ulus de Molah aut Beke de Melethe aliis absentibus homo mini regis, ad dicte possessionis Chythnuk faciem accedat, et ndem Petrum filium Benedicti a congregacione dictorum ioba. onum in eadem facienda prohibeat verbo regie maiestatis. - t post hec seriem ipsius prohibicionis domino regi . . fideliter scribatis. Datum Bude, feria quarta proxima post Dominicam amispalmarum, anno domini M° CCC° XL^mo septimo.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. zt. N. R. A. 1537. 4. dipl. lt. 3896. Közli: Kovács N.

18.

47. apr. 6. A kalocsai káptalan bizonyságlevele Szentlászló vő birtoknak Szentlászlai Rém és Mihály fiai közt egy részről, s részről pedig Töttös kir. főajtónállómester és pilisi főispán között történt felosztásáról.

Nos capitulum ecclesie Colocensis . . significamus . . od Thomas filius Reem de Sancto Ladislao pro se, ac Thome i Michaelis de dicto Sancto Ladislao sui proximi in persona, am . . Johanne de Gerelie socio et concanonico nostro per nos e transmisso (.....) infrascripta confessi ab una, parte vero altera Jacobus famulus magistri Teutos magistri ianitorum mini regis comitisque Pilisiensis in persona eiusdem domini ad nostram personaliter accedendo presenciam, idem Thoas filius Reem confessus est . . quod ipse et prefatus Thomas ns Michaelis presente dicto nostro testimonio, sabbato proo ante dominicam Ramispalmarum proxime preteritoandam porcionem possessionariam ipsius magistri Teuteus nticiam in dicto Sancto Ladislao *habitam*, in comitatu Budru-

giensi existentem. a porcionibus possessionariis ipsorum eodem Sancto Ladislao prehabitis. termino preassignato p metas novas accumulatas separassent et distinxissent. Quaru quidem porcionum possessionariarum prehabitarum nove me sic distinguntur: quod iuxta quandam viam que ducit s Kairand a parte aquilonis incipiendo hinc et hinc direc (így) essent due mete terree. quarum una a parte orienta separaret pro magistro Teuteus. alia vero a parte occidenta Thome et alteri Thome prenotatis. dehinc autem ad parte meridionalem per eandem viam descendendo prope prior metas essent due mete terre. quarum una a parte orienta magistro Teuteus, alia vero a parte occidentali Thome et alte Thome antedictis, adhuc per eandem viam ad eandem plaga meridionalem declinando pervenitur ad tres arbores piri. si quibus essent due mete terree, quarum una a parte orienta sepedicto magistro Teuteus, alia vero ab occidente Thome alteri Thome supradictis. abhinc vero per medium ipsius vi Sancti Ladislai inflectitur et vadit iuxta ecclesiam san Ladislai extra cimeterium eiusdem, ubi sunt due mete terr quarum una ab oriente memorato magistro Teuteus se raret et distingeret, alia vero Thome et alteri Thome tedictis, cum patronatu dicte ecclesie sancti Ladislai simili inter se ipsos, videlicet ipsum magistrum Teuteus. T mam et alterum Thomam prenominatos communiter dis nendo . . Datum feria sexta proxima ante octavas Pasche. a domini M° CCC° XL^mo septimo.

A pécsi káptalannak 1457. april 5-én »Laurencius Thamas di de Zenthlazlo« kérelmére kiadott átiratából, melynek eredetije meg az orsz. lt. kincst. oszt. 8. 1. dipl. lt. 3898. Közli: Kovács N.

19.

1347. Eger, apr. 11. János borsodi főesperes és püspöki vica a Zuhai Sándor fia Péter- és Verezi Kövér Miklós fia Já közti ügyet elhalasztja.

Nos magister Johannes archidiaconus Borsodiensis vi riusque . . Nicolai . . episcopi Agriensis in spiritualibus ge

ralis, damus pro memoria, quod nos publicacionem testium per comitem Petrum filium Alexandri de Zuha, contra Johannem filium Nicolai dicti Kuer de Verez in crastina octavarum Pasche domini coram nobis productorum, quorum nomina et asserciones in registro nostro capite sigilli nostri consignato continentur, de voluntate dictarum parcium ad crastinum octavarum sancti Georgii martiris iam venturarum, sine crastinacione per eundem dominum nostrum episcopum et nos tunc publicandam et causam parcium sentenciandam ac fine debito terminandam prorogamus, presencium testimonio. Datum Agrie, feria quarta proxima post dictas octavas Pasche domini, anno eiusdem M° CCC° XL^mo septimo.

Papíron, zárlatán ép pecséttel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt N. R. A. 69. 14. dipl. lt. 3899. Közli: Kovács N.

20.

1347. apr. 11. A budai káptalan jelentése I. Lajos királyhoz Modor város határjárásáról.

Ludovico . . regi . . capitulum Budensis ecclesie . . literas vestre celsitudinis honore quo decuit recepimus in hec verba: Ludovicus . . rex . . capitulo ecclesie Budensis . . cum nos metas possessionis nostre Modor vocate in comitatu Posoniensi existentis reambulari, novasque iuxta veteres erigi et sic ab aliorum possessionibus separari velimus, volumus et fidelitati vestre firmiter precipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Jacobus filius Petri aule nostre iuvenis, de aula nostra ad hoc specialiter transmissus, ad faciem dicte possessionis nostre . . accedendo, reambulet ipsam . . reambulatamque . . relinquat eandem populis nostris de eadem ad utendum contradiccione quorumlibet . . non obstante; committendo, ut si aliqui quidquam iuris sperarent se habere in eadem, exequantur in presencia nostre maiestatis. Et tandem tocius facti seriem nobis . . rescribatis. Datum Bude, feria sexta proxima post dominicam Judica, anno domini M° CCC^mo XL^mo septimo.

Nos igitur .. cum predicto Jacobo filio Petri .. homine vestro, nostrum hominem .. Petrum socium et concanonicum nostrum ad premissa vestra precepta prosequenda pro testimonio duximus destinandum, qui .. retulerunt, quod secunda feria et tercia feria proximis post dominicam Ramispalmarum proxime preteritam ad faciem predicte possessionis vestre Modor vocate in comitatu Posoniensi existentis, vicinis et commetaneis eiusdem universis legitime convocatis et presentibus accessissent, et ipsam per suas veras metas et antiquas, novas metas iuxta veteres in locis necessariis erigendo, ut infra dicetur, reambulassent, reambulatamque et ab aliorum possessionibus distinctam et separatam, populis vestris de eadem Modor iuxta preceptum vestrum contradiccione alicuius non obstante, reliquissent ad utendum. Commisissent eciam, ut si aliqui quidquam iuris sperarent se habere de eadem, exequantur in presencia vestre maiestatis. Cuius quidem possessionis mete, ut iidem homines vester et noster retulerunt, hoc ordine distingerentur: prima meta inciperet super unum montem qui vocatur Kuesszeg, ubi esset quedam vallis et in eadem valle esset quedam via magna, per quam iretur de villa Dombo ad quandam silvam, et circa eandem viam unam metam terream de novo erexissent a parte aquilonali, que meta distingeret quandam silvam que vocatur Fenewerdow, a silva castri quod castrum vocatur Veresku; deinde transiret infra per eundem montem per magnum spacium, et versus partem orientalem veniret ad unam metam antiquam, circa quam aliam metam de novo erexissent; deinde iret ad eandem partem orientalem ad aliam metam terream antiquam, circa quam aliam metam terream de novo erexissent; deinde procedendo infra ad eandem partem orientalem, veniret ad unam metam de novo erectam; inde ad eandem partem orientalem unam aliam metam de novo erexissent; deinde transeundo flecteretur ad partem meridionalem et transiret unam magnam viam, que via transiret de villa Modor ad villam Dumbow, circa quam viam esset una meta antiqua, circa quam aliam metam terream de novo erexissent, que meta distingeret predictam possessionem Modor de villa Dumbo et de villa Kysfolu vocatis, ubi determinate essent mete inter possessionem Modor et inter possessionem Dombo; et ibi inciperet currere

inter ipsam possessionem Modor et possessionem Kysfolu, transeundo quoddam pratum ad longum spacium versus eandem partem meridionalem, et veniret ad quandam metam antiquam terream, et circa eandem unam aliam metam terream de novo erexissent, et ibi terminarentur mete inter predictas possessiones Modor et Kysfolu; deinde incipiunt mete inter ipsam possessionem Modor et inter possessionem Vysta; inde transeundo ad eandem partem meridionalem prope unum rivulum, qui rivulus transit de villa Modor ad villam Vysta, et ibi essent due mete terree antique, et circa easdem aliam metam terream de novo erexissent; deinde transeundo rivulum ad eandem partem meridionalem currendo ad modicum spacium veniret ad duas metas antiquas, circa quas aliam metam de novo erexissent; deinde ad eandem partem meridionalem per quandam planiciem veniret ad quandam metam antiquam, circa quam aliam de novo erexissent, deinde transeundo ad eandem partem meridionalem eundo per longum spacium veniret ad quandam magnam viam, per quam viam iretur de villa Modor ad civitatem Tirnaviensem, et ibi circa ipsam viam unam metam de novo erexissent; deinde transeundo ad eandem plagam meridionalem eundo per longum spacium, perveniret ad unam viam, per quam iretur de villa Modor ad villam Bahun et veniret ad unam metam antiquam, circa quam aliam metam terream de novo erexissent, et ibi separaretur de possessione Visita, et ibidem incipiunt distincciones metarum possessionum Modor et Bahun vocatarum; inde iret ad eandem partem meridionalem ad unam vallem, que vocatur Halalwolg, et ibi unam metam terream de novo erexissent, et ibi terminantur mete possessionis Bahun, et ab eadem meta incipiunt distincciones metarum possessionum Modor et Chanuk vocatarum; et ibi flecteretur ad partem occidentalem et ibi erexissent unam metam terream de novo; deinde curreret ad eandem partem occidentalem per planiciem, veniret ad unam metam antiquam et iuxta eandem aliam metam de novo erexissent; deinde transiret ad eandem partem occidentalem, veniret ad quandam magnam viam, que veniret de villa Modor ad villam Chanuk, circa quam viam esset una meta antiqua, et iuxta eandem aliam metam terream de novo erexissent; deinde iret ad eandem partem

occidentalem, transeundo unum fluvium, qui mearet de villa Modor ad villam Chanuk, circa quem fluvium unam metam terream de novo erexissent; deinde transeundo ad eandem partem occidentalem venit ad unam viam, que veniret de Chukarfalua ad villam Chanuk ubi esset una meta antiqua, iuxta quam aliam metam terream de novo erexissent; deinde transeundo ad eandem partem occidentalem, veniret ad quandam metam antiquam iuxta quam aliam metam terream de novo erexissent; deinde currendo ad eandem partem occidentalem, veniret ad quandam metam antiquam iuxta quam aliam metam de novo erexissent; deinde ad eandem partem eundo, veniret ad tres metas antiquas, que separarent possessiones Chanuk, Bozyn et Modor ab invicem, iuxta quas unam metam terream de novo erexissent; et inde flecteretur ad partem aquilonalem, veniret ad unam metam antiquam, circa quam aliam metam de novo erexissent; inde procedendo ad eandem partem aquilonalem, veniret ad unam metam antiquam, iuxta quam unam aliam metam de novo erexissent, et ibi separaretur dicta possessio Modur a possessionibus Bozyn et Chukarfolva vocatis; deinde transeundo ad eandem partem aquilonalem, veniret ad unam metam antiquam iuxta quam aliam metam de novo erexissent; deinde flecteretur ad partem occidentalem, veniret ad unam metam antiquam, circa quam aliam metam de novo erexissent; deinde procedendo ad eandem partem occidentalem, eundo per magnum spacium per unum pratum ubi erexissent unam metam de novo; deinde ad eandem partem occidentalem veniret ad unam metam antiquam, iuxta quam aliam metam de novo erexissent; inde similiter ad partem occidentalem super quendam montem, et ibi esset quedam vallis, que vocatur Jarovolg, que distingeret possessionem Modor a possessione Terene, et ibi terminarentur omnes mete possessionis Modor distinguentes ipsam ab omnibus possessionibus aliorum circumquaque existencium. Datum quarta feria proxima post octavas festi Pasche domini, anno eiusdem prenotato.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 406. 49. dipl. lt. 3897. Közli: Kovács N.

21.

1347. apr. 21. A székesfehérvári káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy a pécsi püspök és a margit-szigeti apáczák közt folyt birtokper egyezséggel kiegyenlíttetett s hogy a felek birtokai között a határ megjáratott.

.. Nicolao .. palatino et iudici comanorum .. Albensis ecclesie capitulum .. noverit amicabilis magnificencia vestra, quod cum iuxta continenciam et formam literarum vestrarum maiori sigillo vestro consignatarum, adiudicativam sentenciam vestram exprimencium, inter religiosas dominas sanctimoniales claustri beate Marie virginis de Insula Leporum ab una, et .. capitulum ecclesie Quinqueecclesiensis parte ab altera confectarum et emanatarum, cum Ladislao filio Posa nobili de Beren homine magnificencie vestre pro parte predictarum sanctimonialium, et Nicolao nobili de Bogdan alio homine magnificencie vestre pro parte predicti .. capituli, homines nostros seu testimonia nostra feria sexta proxima post octavas festi Pasche domini proxime preteritas ad faciem terre litigiose predictarum parcium inter possessiones Harazty et Vermes predictarum sanctimonialium, et Kwherich et Lusuk capituli annotati habite et existentis, ad reambulandum eandem terram litigiosam, iuxta tenorem literarum patencium Albensis et Bachiensis ecclesiarum capitulis (így) et conventus Pechwaradiensis, et ad dandum et videndum iuramentalem deposicionem super una meta terre litigiose, duobus canonicis dicte ecclesie Quinqueecclesiensis, vel in maiori dignitate prefulgentibus, cum uno commetaneo propinquiori vel remociori ac aliis hominibus nobilibus vigesimo quarto se inclusis, cum predictis hominibus magnificencie vestre homines seu testimonia nostra ut premisimus transmittere debuissemus; ipso termino occurrente, cum predicto Ladislao filio Posa homine vestro pro parte predictarum sanctimonialium, magistrum Sabestianum, item cum Nicolao de Bogdan alio homine vestro pro parte dicti capituli magistrum Aadam presbiterum, socios et concanonicos ac homines seu testimonia nostra pro ipsis partibus pro testimoniis nostris duximus transmittendos. Qui postmodum .. retule-

runt, quod ipsi in dicta feria sexta proxima in vestris literis contenta, primo convocatis commetaneis et vicinis dicte terre litigiose, ad faciem eiusdem accessissent et eandem presentibus ipsis commetaneis et vicinis, et presentibus religioso viro fratre Ladislao converso ordinis fratrum predicatorum, legitimo procuratore predictarum sanctimonialium . . pro eisdem sanctimonialibus, et presente discreto viro magistro Nicolao canonico et decano ecclesie Quinquecclesiensis legitimo procuratore pro eodem capitulo . . inibidem personaliter adherentibus, iuxta tenores trium literarum patencium predictarum, per eundem magistrum Nicolaum inibidem in specie exhibitarum, per metas in eisdem literis contentas eandem terram litigiosam reambulassent, factaque reambulacione, dum super una meta terre litigiose iuxta adiudicativam sentenciam vestram duo canonici cum commetaneo propinquiori et aliis nobilibus hominibus vigesimo quarto se inclusis, iuxta regni consvetudinem, prout moris est iurare super terram, iuramentum sacramentalis deposicionis deponere voluissent et iam in actu deposicionis fuissent, probi et nobiles viri quamplures inibidem personaliter adherentes, eosdem iurare non permisissent, sed sepedictas partes tamquam zelatores pacis, super ipsa litigiosa particula terre ad infrascriptam pacis et perpetue concordie unionem . . coram ipsis deduxissent et deduxerunt; ita videlicet, quod centum et septuaginta iugera terre cum regali mensura mensurando inter metas in tenoribus dictarum trium literarum contentas, ut inviolabilis pax et concordia ut est pretactum inter ipsas partes iugiter perseverare possit et perseveret, sepefatis sanctimonialibus de Insula Leporum ad predictas possessiones earumdem superius memoratas applicando, iure . . irrevocabili . statuissent pluries annotatis perpetuo possidenda, . . et dicta centum et septuaginta iugera terre per predictum capitulum ipsis sanctimonialibus tradita et assignata, infrascriptis signis metalibus ipsas quatuor possessiones pretitulatas ab invicem distinxissent . . perpetue duraturis: prima meta ipsas quatuor possessiones superius nominatas ab invicem separans incipit circa unam aquam paludosam Malaka vocatam, cuius aque paludose unus finis protendit se usque ad Hydvyg, alter vero usque ad Kwhyrich, circa quam aquam paludosam erexissent

duas novas metas terreas; inde parvum progrediendo ad aquilonem, erexissent aliam novam metam terream, et ab eadem versus plagam occidentalem pergendo, erexissent novam metam terream, et ab eadem reflectendo ad aquilonem, parvum spacium eundo, erexissent novam metam terream, et de eadem flectendo ad occidentalem plagam, parvum eundo, erexissent novam metam cursualem; inde directe eundo per aliquod spacium versus plagam occidentalem, erexissent novam metam terream, et per eandem plagam in aliquo spacio eundo, erexissent novam metam terream cursualem, et de eadem ad eandem plagam tendendo, erexissent aliam novam metam terream, et de eadem per eandem plagam pergendo ad aliam metam terream, abhinc directe eundo ad aliam metam terream, inde reflectendo ad partem meridionalem ad aliam metam terream, inde directe eundo ad partem occidentalem ad aliam metam terream, deinde ad aliam et ad eandem directe eundo ad aliam metam terream, abhinc reflectitur ad septemtrionalem ad aliam metam terream, et de eadem reflectendo ad partem occidentalem ad aliam metam terream, de qua iterum ad aliam metam terream, et de eadem iterum ad aliam metam terream cursualem, et de eadem versus plagam occidentalem pergendo ad duas metas terreas circa Megemalaka erectas, de quibus versus plagam septembrionalem per eandem Megemalaka pervenit usque ad terram Chan et ibi terminatur. Datum sabbato proximo ante festum beati Georgii martiris, anno domini M° CCC^mo XL^mo septimo.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. cst. Monial. V. Bud. 4. 15. dipl. lt. 3900. Kivül: Metalis de Ormankez. Közli: Kovács N.

22.

1347. apr. 24. A nyitrai káptalan előtt a Peech nemzetségből való Aladár fia Tamás (az Apponyi cs. öse), újvári, berencsi és csejthei várnagy, Széplak nevü birtokát Mihály fiának Demeternek és társának átengedi.

...es literarum capituli (Nitriensis) in festo beati Georgii ...domini Millesimo trecentesimo quadragesimo

septimo editarum declarabat: quod nobilis vir magister Thomas filius Aladarii de genere Peech castellanus de Wyuar de Berench et de Chehthe ab una, et Demetrius filius Michaelis filii Martini pro Ladislao fratre suo . . item Georgius filius Stephani filii Michaelis de Chaba pro se personaliter et pro Thoma fratre suo uterino . . item Demetrius et Georgius pro Demetrio filio Nicolai filii Farkasii de comitatu Wrbaz . . parte ab altera, ad ipsius capituli Nitriensis accedentes presenciam, idem magister Thomas filius Aladarii ex racionibus in eisdem literis conscriptis . . possessionem Zeplak cum omnibus suis .. pertinenciis . . eisdem nobilibus et per eos suis heredibus .. eo iure, quo ad ipsos dinosceretur pertinere, iure perpetuo possidendam remisisset.

Garai Miklós nádornak 1404. jan. 5-kén kelt ítéletéből, melyet ismét Zsigmond király 1406. mart. 28-án »Johannes filius Georgii de Warbek« kérelmére írt. át; ennek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt N. R. A. 107. 17. dipl. lt. 8859. Közli: Kovács N.

23.

1347. Győr mellett, apr. 30. Miklós nádor által tartott közgyülésen Győr vármegye tisztviselői jelentik, hogy Nagymartoni Pál országbíró, Ikrén nevü birtokán vámot szedetett.

Nos Nicolaus . . palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium Jauriensis et Komaroniensis comitatuum, feria secunda proxima post festum beati Georgii martiris prope civitatem Jauriensem celebrata, comes Matheus officialis . . capituli ecclesie Jauriensis . . pro eodem capitulo de medio aliorum exsurgendo dixit eo modo, quod super villa comitis Pauli iudicis curie regie Ireny vocata, tributum quod exigere non fuisset constitutum nunc exigeretur, petens idem comes Matheus procurator dicti capituli Jauriensis in persona eiusdem capituli cum instancia, ut nos super eo, utrum tributum super predicta villa Ireny ab antiquo iuste vel iniuste exactum fuisset vel exigere consvetum nec ne, vicecomites, iudices nobilium et iuratos assessores comitatuum predictorum ad fidem eorum et fidelitatem domino nostro regi sueque sacre

corone regie pro communi iusticia observandam, tacto vivifice crucis ligno prestitam haberemus requisitos; tandem vicecomes, iudices nobilium et iurati assessores ad eandem fidem et fidelitatem tempore potencie super predicta possessione Icreny ipsam tributariam exaccionem se scire factam exstitisse concordi testificacione affirmarunt. Datum die et loco prenotatis, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo septimo.

Garai Miklós nádornak 1419. jun. 9-én kelt »magister Stephanus de Kanisa et Johannes filius condam Nicolai de eadem Kanisa« számára kibocsátott ítéletéből, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1017. 33. dipl. lt. 10754. Közli: Kovács N.

24.

1347. Gömör, máj. 7. Gömör vármegye alispánja és szolgabírái előtt Szentkirályi Simon és fia, birtokrészüket Szentkirályi Miklósnak és Tamásnak zálogba adják.

Nos magister Andreas magistri Johannis vice comes provincie Gumuriensis ac quatuor iudices nobilium provincie memorate . . declaramus . . quod Simon filius Jacobi nobilis de Scentkiral ac Nicolaus filius eiusdem ex una, parte vero ab altera Nicolaus filius Bolug ac Thomas filius Laurencii nobiles de eodem Scentkiral, personaliter coram nobis constituti, per eosdem Simonem et Nicolaum relatum . . exstitit . . quod unam particulam possessionariam ipsorum, inter particulas possessionarias predictorum Nicolai et Thome inclusam . . cum omnibus utilitatibus suis . . in eadem Scentkiral existentem, a die datarum presencium incipiens usque ad terciam revolucionem eiusdem termini annualem, pro duabus marcis grossorum plene persolutorum, predictis Nicolao er Thome pignori obligassent . . eo modo, ut si in ipso tercio termino super ipsis duabus marcis et non minus redimere possent bene quidem, alioquin liberam haberent facultatem quando possent. Datum in villa Gumur, feria secunda proxima ante festum Ascensionis domini, anno domini M° CCC° XL^mo septimo.

Hátlapján öt gyürüs pecsét nyomaival. Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 694. 8. dipl. lt. 3904. Közli: Kovács N.

25.

1347. máj. 8. Az egri káptalan a Battyányi Zalouch unokája Péter- és Ujfalvi Lukács között folyt perben a nádor ítéletét végrehajtja, és Szalók-Sámson Thét és Ujfalu nevü birtokokba Ujfalvi Lukácsot határjárás mellett beiktatja.

.. capitulum ecclesie Agriensis.. ad universorum noticiam.. volumus pervenire. quod cum nos iuxta continenciam literarum privilegialium et petitoriarum.. Nicolai.. palatini. que nos in pluribus partibus tangere dinoscuntur, duos viros idoneos videlicet magistrum Alexandrum clericum chori nostri pro parte magistri Petri filii Michaelis filii Zalouch de Bathyan. et dominum Johannem sacerdotem magistrum altaris sancti Mathei apostoli de eadem ecclesia nostra pro parte magistri Lucachii filii Gabrielis de Wyfalu, cum Demetrio filio Oliveri de Bagdan et Nicolao filio Petenye de Thereche hominibus ipsius domini palatini. ad videndum reambulacionem statucionem et metarum ereccionem possessionum Theth et Zalouch-Samson vocatarum in comitatibus de Zabouch et de Byhor existencium. quas idem magister Petrus predicto magistro Luchasio sub penis et obligacionibus in dictis literis privilegialibus ipsius domini palatini quas et nos fide vidimus oculata insertis statuere, ac eciam ad videndum resignacionem cuiusdam possessionis Dobos vocate in comitatu Zathmariensi ut dicitur existentis. quam pretactus Luchasius filius Gabrielis iuxta continenciam earumdem literarum ipsius domini palatini iudicis parcium ordinarii annotato magistro Petro resignare, necnon eciam ad videndum erecciones metarum prefate possessionis Wyfalu in eodem comitatu Zabouch ut refertur adiacentis, quas ambe partes communiter erigere in terminis infrascriptis debuissent, legitimis et congruis postulacionibus dicti domini palatini ac iusticie annuentes pro testimoniis assemus; tandem predicti.. palatini et nostri homines reversi, presentibus et audientibus ambabus partibus sonaliter coram nobis comparentibus, nobis.. retule- modo: quod ipsi primo feria tercia proxima post Palmarum .. accessissent ad faciem posses-

sionis Theth prenotate et eandem vicinis et commetaneis.. convocatis, per suas veras metas et antiquas similiter infra declarandas, novas in locis necessariis iuxta veteres erigendo, cum suis.. pertinenciis ac frugibus in horreo..... proprio habitis, que ipsius magistri Petri et alterius Petri dicti Bachy officialis (.....) ac satis seu frugibus adhuc in campis existentibus, necnon uno aratro cum octo bobus, item uno libro missalis, calice viatico et indumentis sacerdotalibus ad capellam in honore beate virginis constructam pertinentibus, unacum prelibato magistro Petro sub federe cuiusdam permutacionis seu concambii statuissent memorato magistro Luchasio et suis heredibus perpetuo possidendam; mete autem eiusdem possessionis Teth.., hoc ordine protenduntur: prima eius meta incipit a plagis orientali et meridionali in uno loco in illis partibus Ladafaya vocato, ubi sunt quatuor mete capitales, possessionibus Apog Ibron Leuelek et Theth distingentes, iuxta quas ipsi pro maiori cautela unam novam erexissent; a quibus versus occidentem egrediendo et per quoddam pratum transeundo iungit unam metam terream antiquam super quodam domb existentem, iuxta quod ipsi aliam novam metam erexissent, de quibus ad eandem plagam currendo transit quendam locum paludosum, et venit ad aliud domb, in quo ipsi iuxta antiquam metam novam erexissent; abindeque similiter ad eandem plagam per modicum spacium currendo, annectit unam antiquam metam iuxta viam positam, ubi ipsi circa eandem aliam novam erexissent; unde adhuc ad eandem plagam similiter per modicum spacium currendo, venit ad unam metam antiquam iuxta quandam stratam publicam de ipsa villa Apag in eandem villam Theth ducentem positam, ubi ipsi aliam novam erexissent; a quibus directe ad prefatam plagam currendo et quoddam stagnum Ladastou vocatum saliendo, annectit unam metam antiquam et aliam novam per ipsos erectam; de quibus semper ad dictam plagam directe currendo, pervenit ad unam antiquam metam rursus in quodam domb positam, circa quam ipsi novam erexissent; abindeque ad eandem plagam currendo, iungit quasdam angulares metas ipsis duabus possessionibus Apag er Theth distingentes, ubi ipsi unam novam metam erexissent; et ibi reflectitur ad plagam septemtrionalem,

et parumper currendo pervenit ad duas metas antiquas angulares possessionibus Theth et Seneu distingentes, ubi ipsi terciam novam erexissent; unde ad eandem plagam transeundo, venit ad unam metam antiquam et aliam renovatam in quodam parvo domb existentes, et ab eisdem ad dictam plagam currendo ac quandam piscinam girando, iungit unam antiquam metam in angulacione eiusdem piscine existentem, iuxta quam ipsi aliam novam erexissent; abindeque versus eandem plagam eundo ascendit ad quoddam berch et iungit tres metas capitales possessionibus Theth Seneu et Bogdan separantes, ubi regirat ad plagam orientalem. et de eodem berch infra currendo pervenit ad unam metam antiquam iuxta quandam viam existentem, circa quam ipsi novam erexissent, ubi eciam dicte mete separant a terra Euze possessionem Theth supradictam; et deinde ad predictam plagam orientalem satis per longum spacium currendo, annectit duas metas terreas in quodam berch erectas, a quibus directe ad ipsam plagam orientalem currendo pervenit ad duas metas terreas, novam et antiquam, iuxta quandam viam erectas, a quibus versus eandem plagam currendo transit quandam paludem Kurespatak vocatam et iungit duas metas, antiquam et novam, in quodam virgulto erectas et possessiones Theth et Fyad distingentes, ubi reflectitur ad dictam plagam meridionalem. et parumper currendo annectit duas metas, antiquam et novam, iuxta quandam viam in ipsam villam Theth ducentem; a quibus directe ad eandem plagam meridionalem currendo, venit ad tres metas capitales, possessionibus Theth Fyad et Ibron distingentes, unde ad eandem plagam eundo ascendit ad quoddam berch in cuius vertice sunt due mete terree, una antiqua et alia nova; deindeque iuxta quoddam stagnum Apathtoua vocatum ad eandem plagam meridionalem per continuas metas in largo spacio currendo, revertitur ad priores metas, ubi inceperat, ubi mete ipsius possessionis Theth terminantur. Qua quidem possessione sic statuta, feria quarta proxima post dictum festum Pasche domini cum eisdem partibus accessissent ad faciem predicte possessionis Zalouchsamson nuncupate, et eandem vicinorum et cometaneorum ipsius universorum legitimis convocacionibus et eisdem presentibus, specialiterque coram nobilibus

viris Jacobo et Paulo magistris filiis condam Douse palatini, similiter per suas veras metas et antiquas infra declarandas, novas iuxta veteres ubi necesse fuisset erigendo, reambulassent, reambulatamque et a vicinariis possessionibus perfecte distinctam et separatam, cum suis pertinenciis ac ecclesia lapidea in honore sancti Adalberti martiris in eadem constructa, cum predicto magistro Petro statuissent Luchasio et suis heredibus supradictis, nemine penitus contradictore apparente. Mete vero iamdicte possessionis Samson, quibus ipsa a vicinariis possessionibus quo supra distingitur et separatur, sicuti iidem domini palatini et nostri homines nobis expresserunt, taliter protenduntur: prima enim meta incipit a plagis orientali et meridionali in quodam domb supra quoddam stagnum Mihalrekezy vocatum, in quo quidem domb ipsi tres metas erexissent, ipsum vero stagnum inter metas possessionis Fanchyka ut dicitur existentem, magister Luchasius dictus Pety et pretactus Luchasius filius Gabrielis pro se et pro iobagionibus suis ad communem usum reliquissent, dicte autem tres mete possessionibus Debrecench, Zalouchsamson et Fanchyka distingerent, a quibus versus plagam occidentalem procedendo venit ad unam metam terream in quodam domb erectam, de qua versus eandem plagam directe currendo, ascendit quoddam berch, in cuius vertice sunt due mete terree de novo erecte; abindeque ad eandem plagam eundo intrat terras arabiles et pervenit ad duas metas terreas iuxta quendam alveum seu locum paludosum de novo erectas; unde adhuc ad ipsam plagam eundo, directe ascendit quoddam berch, in cuius vertice sunt due mete terree semper de novo erecte, de quibus ad eandem plagam currendo et qandam vallem transeundo, ascendit ad aliud berch, in cuius vertice sunt due mete terree, a quibus reflectitur ad plagam septemtrionalem, et ascendit currendo ad quoddam berch, ubi sunt due mete terree, ubi eciam mete ipsius possessionis Samson sequestrantur a metis ipsius possessionis Debrecench; abindeque in eodem berch versus dictam plagam septemtrionalem eundo, annectit alias duas metas terreas noviter erectas, possessiones Samson et Apathfaya distingentes; a quibus ad eandem plagam currendo, venit ad duas metas terreas iuxta quandam viam per ipsos erectas, unde ad ipsam

plagam currendo, iungit similiter duas metas terreas supe
quodam domb erectas; ibi reflectitur ad plagam orientis, e
transeundo quandam vallem ascendit ad quoddam berch, i
cuius vertice sunt tres mete terree de novo erecte et possessi
nibus Zalouchsamson, Thursamson et Apathfaya distingentes
a quibus versus eandem plagam pergendo, annectit duas meta
terreas in planicie erectas, unde adhuc ad eandem plagam pe
longum spacium currendo, pervenit ad unum fossatum ar
vocatum, iuxta quod sunt tres mete de novo erecte, que sepa
rant possessiones Zalouchsamson, Thursamson et Aroktele
vocatis; ubi reflectitur ad dictam plagam meridionalem et i
rippa eiusdem magni fossati infra per largum spacium currend
in quodam loco sequestratur ab eodem, et transeundo quan
dam viam de villa Halap in Debrecench ducentem, an
nectit tres metas terreas similiter de novo erectas, possessi
nibus Samson Fanchyka et Wylok distingentes; abindeque s
eandem plagam pergendo, ascendit ad quoddam berch,
iungit unam metam terream sub quadam arbore ilicis posita
unde declinat contra post plagam meridionalem et curren
iungit duas metas terreas in quodam berch positas, a quib
super eodem berch contra ad occidentem currendo et per co
tinuas metas transeundo, venit ad priores metas ubi inceper
et ibi mete ipsius possessionis Zalouchsamson terminantu
Ipsa siquidem possessione Samson taliter statuta, similiter cu
eisdem partibus feria quarta proxima post octavas dicti fe
Resurreccionis domini accessissent ad faciem possessionis Dob
prenotate, quam annotatus magister Luchasius presentibus
videntibus quibusdam vicinis et commetaneis suis, cum suis
pertinenciis ac eo iure eaque plenitudine qua dicta possess
per ipsum hactenus habita exstitisset et possessa, et (iux
tenorem) privilegii ipsius domini palatini statuisset et re
gnasset eidem magistro Petro et suis (heredibus) perennalit
possidendam . . similiter nemine contradictore existente; un
ipsi feria quarta proxima post quindenas eiusdem festi Resu
reccionis domini transivissent ad faciem dicte possessio
Wyfalu et eandem universorum vicinorum et commetaneor
ipsius et in loco . . . . . et in aliis publicis locis legitimis con
cacionibus factis et eisdem presentibus, per suas veras me

et antiquas infra declarandas, similiter novas iuxta veteres in locis opportunis erigendo, et per demonstracionem utriusque partis reambulassent, reambulatamque et a vicinariis possessionibus distinctam, unacum eodem magistro Petro actore cum suis .. pertinenciis .. statuissent magistro Luchasio et suis heredibus supradictis perpetuo possidendam, nemine contradictore apparente. Mete autem quibus ipsa possessio Wyfalu a vicinariis possessionibus distingitur .. taliter protenduntur: prima enim meta incipit a plaga occidentali iuxta fluvium Thicie in silva, ubi sub quadam arbore ilicis est una meta terrea, eandem eciam arborem pro meta reliquissent; a qua ad plagam orientalem egrediendo, venit ad aliam metam terream in quodam loco qui vulgo in illis partibus Gyresgerend vocatur, sub alia arbore ilicis positam et erectam; de qua ad eandem plagam in ipsa silva currendo, annectit unam arborem tremuleam in exitu dicte silve habitam, sub qua est una meta terrea, unde ad ipsam plagam eundo et quoddam pratum transeundo, iungit similiter unam metam terream super quodam domb erectam; abindeque semper ad dictam plagam currendo, pervenit simili modo ad unam metam terream inter unam viam et quendam locum rupti castri existentem; abindeque rursus ad dictam plagam currendo ipsumque locum castri in quandam piscinam Morothua vocatam girando et inter limites eiusdem possessionis Wyfalu relinquendo, pervenit ad quoddam domb prope eandem possessionem existens, supra quod est una meta terrea; de quo quidem loco ad eandem plagam egrediendo intrat in quoddam pratum, in ipsoque prato per continuas metas largo modo currendo venit ad quoddam berch in illis partibus Kapushalm vocatum, in cuius vertice sunt due mete terree; a quibus adhuc ad eandem plagam supra berch per continuas metas per largum spacium currendo, iungit loca terrarum arabilium, ubi reflectitur ad plagam meridionalem et per magnum spacium currendo venit ad duas metas terreas in quodam berch iuxta stratam publicam ad villam Kallou ducentem positas; a quibus reflectitur ad plagam occidentalem, et per largum spacium currendo iungit duas metas terreas, novam et antiquam, in quodam berch positas; unde directe ad eandem plagam per terras arabiles currendo, annectit duas

metas terreas sub quadam arbore piri existentes, a quibus ad eandem plagam per pratum currendo, exit rursus ad terras arabiles et venit ad unam metam lapideam, iuxta quam ipsi novam metam erexissent; denique ad ipsam plagam per pratum currendo, ascendit ad quoddam berch in quo est una meta terrea antiqua et alia nova, a quibus ad eandem plagam eundo iungit dictum fluvium Ticie, in cuius ripa sunt due mete terree, una antiqua et alia nova; ubi ipsum fluvium Thycie transeundo, in alia ripa sua sunt similiter due mete terree, de quibus ad eandem plagam occidentalem per longum spacium currendo, ad quendam alveum in illis partibus Zatou vocatum transeundo, venit ad quoddam stagnum Vechekw nuncupatum, et per loca paludosa iuxta metas terre Ozlar currendo, venit ad quinque metas terreas in quodam homok positas, possessionibus Wyfalu Ozlar Diche et Nogfalu distingentes; ubi reflectitur ad plagam septemtrionalem et currendo per loca arida in illis partibus Gerend vocata, iungit metas terre Nogfalu, et ibi reflectitur ad plagam orientalem, et currendo venit ad duo stagna Nogkundrech et Kyskundrech nuncupata, quod quidem stagnum Kyskundrech remanet inter limites eiusdem possessionis Wyfalu; et per eadem stagna currendo, intrat iterato in dictum fluvium Ticie, quem transeundo venit ad priorem metam ubi inceperat et ibi terminatur. In cuius rei testimonium . . presentes contulimus sigilli nostri autentici et pendentis munimine roboratas ac alphabeto intercisas; presentibus tamen Nicolao preposito, Johanne lectore, Jacobo cantore, Johanne custode dominis, item Johanne de Borsod, David de Zabouch, Petro de Heues, Dominico de Borsua, Andrea de Pankatha, Johanne de Zemlem archidiaconis . . Datum in quindenis sancti Georgii martiris, anno domini M° CCC^mo XL° septimo; regnante Ludovico . . rege . . Chanadino Strigoniensi, Stephano Colochensi archiepiscopis, et . . N(icolao) episcopo Agriense existentibus.

A függő pecsét elveszett. Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1716. 5. dipl. lt. 3905. Ugyanott megvan János királyi titkos kanczellárnak 1347. mart. 18-án kelt bizonyságlevele a felek egyezkedéséről. dipl. lt. 3894. Közli: Kovács N.

26.

1347. Buda, máj. 12. Pál országbíró előtt Sóvári László és Péter, az Aba nemzetségből való Demeter tárnokkal, majd ennek elhalta után utódjával Nekchei Denkkel, az ennek Lipócz nevű Sáros vármegyei birtokával ütköző, a Bisztre és Rennek folyók közti birtok miatt hosszabb ideig perben állván, végre Nekchei Denk a pertől elállott s az országbíró ítélete következtében a Sóváriak a szepesi káptalan által a határ megjárása után a vitás terület birtokába beiktattattak.

Nos comes Paulus iudex curie .. Lodovici .. regis .. memorie commendamus .. quod cum in octavis festi beati regis Stephani nunc proxime preteritis in sede nostra iudiciaria sedissemus et causales processus quorumlibet litigancium in statera equitatis partiri cepissemus, magister Ladislaus filius Johannis de Souar magister dapiferorum reginalium, in sua et Petri filii Georgii de eadem Souar personis, de medio aliorum causidicorum exsurgens quamplures literas nostras prorogatorias in diversis terminis sub diversis formis confectas, simul cum quibusdam literis conventus ecclesie de Jazo, plenum tenorem et processum literarum domini Nicolai olim archielecti ecclesie Colocensis comitis capelle .. regis composicionalium continentibus, nostro iudiciario examini presentarat, que sua serie nos informarant eo modo, quod cum inter .. Demetrium quondam magistrum tavarnicorum domini regis ab una, et eosdem magistros Petrum filium Georgii et Ladislaum filium Johannis parte ex altera, habita prius inter partes legitima citacione, litis seu quescionis materia in facto ereccionis metarum possessionum Lipolch ipsius magistri Demetrii a possessione eorumdem magistrorum Petri et Ladislai Souar prenotata distingvencium, coram nobis iuris ordine mota exstitisset, ipsaque causa de voluntate parcium ad octavas festi beati Georgii martiris anno domini M^mo^ CCC^mo^ XXX^mo^ quarto preteritas, et abhinc diversis prorogacionum cautelis et terminis intervenientibus iuxta quamplurium literarum nostrarum continencias, ad alios diversos terminos sequentes, et ultimo ad quindenas eiusdem festi beati Georgii martiris in anno domini

M^mo CCC^mo XXX^mo octavo transactas, et deinde ipso magistro Demetrio divino vocante iudicio medio tempore viam universe carnis ingresso, ipsaque causa mortuo eodem magistro Demetrio in magistrum Denk filium Nicolai de Nekche de regni consvetudine redundante, ad octavas festi Epiphanie domini anno dominice incarnacionis M^mo CCC^mo XXX^mo nono preteritas, et sic quamquam de regio mandato, quamquam autem de voluntate parcium, et quamquam sub forma faciende pacis ad plurimos et diversos terminos sequentes, ultimoque ad octavas festi beati Georgii martiris anno nunc proxime elapso preteritas extitisset prorogata; ad quas quidem octavas beati Georgii martiris idem magister Denk in nostram presenciam iuri pariturus non venisset neque misisset, et sic in iudicio se commisisset innodari; in literis siquidem ipsius conventus de Jazo plenum tenorem literarum composicionalium dicti comitis capelle regie continentibus seriose inveniebatur isto modo, quod Petheu filius Sinka pro magistro Ladislao dicto Sous .. pro magistro vero Petro dicto Sous Nicolaus filius Nicolai .. ab una, item Dobou filius Salamonis pro magistro Denk filio Nekche .. parte ex altera, coram dicto comite capelle regie constituti, propositum exstitisset per eosdem .. quod ipsi in causa quam iidem magistri Petrus et Ladislaus dicti Sous contra ipsum magistrum Denk filium Nicolai ordine iudiciario super possessionibus Bystrekezy et Rennukkezy vocatis motam habuissent, componentibus probis viris taliter inter se concordassent, quod ipsi feria quinta proxima ante dominicam Ramispalmarum tunc proxime preteritam, ad facies predictarum possessionum Byztrekezy et Rennukkezy ad meridionalem partem adiacentes sex probos homines communiter adducere debuissent coram testimonio dicti conventus de Jazo, communiter inibi adducendo universa instrumenta eorum literalia munimenta super ipsis possessionibus confecta .. exceptis literis inquisitoriis, coram ipsis sex probis viris hominibus et presente testimonio predicti conventus de Jazo exhibere tenerentur, tali obligacione mediante, quod si qua parcium ad facies predictarum possessionum personaliter, vel per legitimum procuratorem suum in prefixo termino venire, dictaque instrumenta ipsorum universa coram ipsis exhibere .. non curarent, aut si qua e

ipsis nequiciose per se in fraudem reservarent, extunc . . viribus essent caritura, et insuper penam viginti marcarum incurreret eo facto, prout idem Petheu et Nicolaus prefatos magistros Ladislaum et Petrum dictos Sous auctoritate . . literarum procuratoriarum ac Dobou filius Salamonis antedictum magistrum Denk similiter auctoritate literarum procuratoriarum, ad premissorum singula sponte obligassent coram comite capelle regie prenotato. Ipse itaque conventus visis tenoribus predictarum literarum ipsius magistri Nicolai, ad instantes peticiones parcium prenotatarum, annuente iusticia, cum predictis magistris Petro et Ladislao nobilibus de Souar fratrem Johannem conventualem cum procuratore predicti magistri Denk . . Matheum plebanum de Jazo ad premissa videnda et exequenda transmisisset; qui demum . . premissi facti seriem eo modo retulissent, quod predicta quinta feria proxima ante dominicam Ramispalmarum in facie dictarum possessionum in villa Hannusfalua vocata supradicti magistri Ladislaus et Petrus coram ipsis personaliter comparentes, astantibus dicto Dobou et Nicolao filio Andree procuratore ipsius magistri Denk, coram magistro Rykolpho, Petro dicto Touth filio Benedicti et Johanne magno de genere Tekele, per predictos magistros Petrum et Ladislaum adductis, coram magistro Johanne filio Peteuch, Ladislao filio Johannis de Rozgon, Johanne literato et coram quampluribus illius provincie nobilibus illic convenientibus exhibuissent privilegium . . Ladislai regis . . super primaria donacione possessionis Souar et ad eandem pertinentibus confectum, metas et certas limitaciones in se contentum, et aliud . . regis Karuli . . confirmans privilegium antedictum de verbo ad verbum reportando. In quarum tenoribus cursus et distincciones metarum possessionis supradicte Souar vocate inter ceteras taliter reperissent: quod per veras limitaciones et cursus metarum eiusdem possessionis protenderentur super quendam fluvium Byztre vocatum usque ad fluvium Tapul, contra cursum eiusdem fluvii Tapul ascendendo usque ad fluvium Rennuk pergeret directe girando, per quem quidem fluvium Rennuk usque ad caput eiusdem ascendendo veniret ad montem Mogluch vocatum; e contra predicti Dobou et Nicolaus procurator ipsius magistri Denk exhibuissent quasdam literas

capituli ecclesie beati Petri de Posga cum sigillo pendenti ipsis non bene noto rescriptum, quarumdam literarum privilegialium domini regis Stephani .. reambulaciones metarum possessionis Lipolca et pertinenciis ad eandem continentes, inter quas cursus et giraciones metarum diversarum contineri conspexissent, quod cursus ipsarum metarum in quadam parte ad montem Javurhege dictum protenderet usque ad fluvium predictum Rennukfeu et ultra dinosceretur, et sic ad fluvium Tapul devenirent terminaciones earumdem; plura autem instrumenta coram ipsis non exhibuissent. Quarum literarum exhibicionibus factis, quia idem magister Ladislaus dictus Sous se et ipsum magistrum Petrum filium Georgii predictam possessionem eorum Souar vocatam a possessione dicti magistri Denk filii Nicolai de Nekche Lypolch nominata per cursus et limitaciones verarum metarum in dictis literis privilegialibus dicti .. Ladislai regis contentarum, mediantibus regio et ipsius capituli Sepsiensis hominibus legitime distingvere velle asserebat, ideo dicto capitulo Sepsiensi literatorie scribendo eorum amiciciam petiveramus .. quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio .. quo presente Demetrius dictus de Peeth de iuxta Delne homo domini regis ad faciem prenominate possessionis Souar .. accedendo, eandem per cursus et distincciones metarum in dicto privilegio .. Ladislai .. regis .. per ipsos magistros Petrum et Ladislaum de Souar .. in specie inibi exhibiti contentarum .. reambularet, reambulatamque et ab aliorum possessionibus, specialiterque a possessione predicti magistri Denk Lypolca antedicta certis metalium signorum posicionibus iuxta veteres veras et certas metas erectas, relinqueret ipsis magistris Petro filio Georgii et Ladislao filio Johannis dictis Sous .. perpetue possidendam, si per ipsum magistrum Denk vel alios non fieret contradictum .. contradictores autem si qui fierent, contra eosdem magistros Petrum et Ladislaum, ad octavas festi beati Martini confessoris nunc proxime preteritas in regiam citarent presenciam, racionem eorum contradiccionis reddituros. Particulam enim possessionariam, vel particulas possessionarias per quempiam prohibitam seu prohibitas, signis pro metis positis consignando, et regali mensura si mensurari posset mensurando, vel visu con-

siderando, unacum aliis probis viris estimaret regni consvetudine exigente; et post hec seriem ipsius possessionarie reambulacionis cum .. tocius facti .. processu ad dictas octavas festi beati Martini confessoris dictum capitulum Scepsiense in eorum literis .. rescriberet regie maiestati. Tandem ipsis octavis festi beati Martini confessoris occurrentibus, Mark filio Ivan pro eodem magistro Denk .. coram nobis astante, Petheu filius Synka pro predictis magistris Petro filio Georgii et Ladislao filio Johannis de Sowar .. ad nostram accedens presenciam, literas predicti capituli Scepsiensis regie rescriptas maiestati, nobis demonstrarat, continentes, quod predictum capitulum .. unacum predicto Demetrio homine regio ipsorum misissent hominem .. Stephanum subdiaconum chori ecclesie ipsorum prebendarium ad premissa exequenda; qui demum .. retulissent, quod ipsi feria quinta proxima post festum sancti Michaelis archangeli nunc proxime preteritum ad faciem dicte possessionis Sowar, vicinis et commetaneis eiusdem universis, specialiter officiali dicti magistri Denk inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, sed cum eandem possessionem Sowar per cursus distincciones metarum in dicto privilegio .. Ladislai .. regis .. per ipsum magistrum Petrum et Petheu filium Synka procuratorem dicti magistri Ladislai in transsumto seu exemplari ipsius capituli Scepsiensis exhibito contentarum, sine diminucione et augmento reambulare, reambulatamque a possessione dicti magistri Denk Lypolch vocata certis metalium signorum posicionibus iuxta veteres metas relinquere ipsis magistris Petro et Ladislao eo iuris et proprietatis titulo quo eis pertinere dinosceretur, sub earum metalium posicionibus perpetuo possidendam voluissent, Johannes filius Chele officialis dicti magistri Denk pro eodem domino suo .. in facie possessionum Byztrekezy et Rennukkezy vocatarum personaliter comparens, dictum hominem regium, ipsius capituli Scepsiensis homine presente, a reliccione seu statucione ipsarum possessionum Byztrekezy et Rennukkezy, item metarum ereccione et ipsarum mensuracione ac estimacione prohibuisset; cuius prohibicionis racione idem Petheu filius Synka, eosdem magistros Petrum et Ladislaum dominos suos informari postularat per magistrum Denk supradictum;

quo percepto prefatus Mark filius Ivan pro eodem magistro Denk domino suo . . exsurgens, responderat ab adverso, quod prenotatus magister Denk . . in facto dictarum possessionum Byztrekezy et Rennukkezy vocatarum instrumenta haberet vigorosa, que idem magister Denk . . in termino per nos eidem assignando valeret exhibere. Et cum nos his perceptis eundem Mark filium Ivan legitimum procuratorem ipsius magistri Denk in eo, utrum ipse procuratoria auctoritate dicta instrumenta eiusdem domini sui si qua in facto dictarum possessionum haberet confecta, et specialiter prefatas literas ipsius capituli de Posga quas memorati Dobou et Nicolaus procuratores dicti domini sui in prefixo termino in facie earumdem possessionum Byztrekezy et Rennukkezy coram predictis probis viris et testimonio dicti conventus de Jazou exhibuissent, tunc ad presens coram nobis exhibere valeret nec ne, vicibus tribus requisitum habuissemus, mox idem Mark procurator dicti magistri Denk per eundem dominum suum tunc ad presentes easdem non posse exhiberi asseruerat; unde quia memoratus magister Denk prefatos legitimos procuratores suos in processibus dicte cause et in facie dictarum possessionum Byztrekezy et Rennukkezy nominatarum prefatas literas capituli de Posga coram dictis probis hominibus et testimonio ipsius conventus de Jazou ex serie predictarum literarum nostrarum exhibuisse reperiebatur, idem vero Mark procurator suus legitimus ad nostram iudiciariam requisicionem tunc ad presens easdem non posse exhibere allegarat, ideo commiseramus decernentes, quod prefatus magister Denk pretactas literas ipsius capituli de Posga et alias si quas in facto dictarum possessionum Byztrekezy et Rennukkezy haberet universas, cum iudicio trium marcarum ante litis ingressum per ipsum deponendo, contra annotatos magistros Petrum et Ladislaum similiter instrumenta ipsorum in facto earumdem possessionum producere debentes, in octavis festi Purificacionis beate virginis nunc proxime preteritis coram nobis exhibere tenerentur, quibus visis faceremus prout videretur iuri consonare in premissis. Tandem ipsis octavis festi Purificacionis virginis gloriose occurrentibus, Petheu filio Synka pro predictis magistris Petro filio Georgii et Ladislao filio Johannis dicti Sous . . coram nobis astante,

predictas literas ipsius capituli de Posga et alias si quas haberet per ipsum magistrum Denk filium Nicolai de Nekche in facto dictarum possessionum Byztrekezy et Rennukkezy vocatarum exhibere postulante, Dobou filius Salamonis pro eodem magistro Denk filio Nicolai .. ad nostram accedens presenciam, preassumtas literas ipsius capituli de Posga in premissorum verborum materia quosupra confectas, nullas alias literatas (igy) in factis earumdem possessionum Byztrekezy et Rennukkezy vocatarum eundem magistrum Denk tunc ad presens et in futurum in termino scilicet per nos ad id assignando exhibere posse et nec aliquas habere, nostram trinariam imo frequenciorem iudiciariam ad requisicionem allegans, nobis presentarat; et cum nos inter ipsas partes iuxta processum cause eorum premissum, iudicium indilatum facere voluissemus, mox prenominati Petheu filius Synka et Dobou filius Salamonis procuratores parcium, easdem partes ad pacis reformacionem per nos admitti postularant; cuius pacis reformacioni nobis benevolum consensum prebentibus, iidem Petheu filius Synka predictorum magistrorum Petri filii Georgii et Ladislai filii Johannis dictorum Sous, ac Dobou filius Salamonis ipsius magistri Denk procuratores legitimi, ibidem in momento confessi sunt .. quod iidem magistri Petrus et Ladislaus dicti Sous, ac Denk filius Nicolai volentes se mutuo perennali pacis unione et dileccione amplecti speciali, super omnibus factis et quarumlibet causarum generibus hactenus inter se et predictum magistrum Demetrium quondam de Nekche habitis iniuriose ventillatis, se se mutua vicissitudine expeditos reddentes, idem magister Denk de Nekche agnoscens easdem possessiones Byztrekezy et Rennukkezy nominatas memoratorum magistrorum Petri filii Georgii et Ladislai filii Johannis dictorum Sous fuisse et esse, ac ad eosdem omni veritatis tramite pertinere, eisdem magistris Petro et Ladislao dictis Sous eorumque heredibus .. remisisset .. perpetuo et irrevocabiliter possidendam .. sub metis ut parcium procuratores retulerunt infrascriptis: prima videlicet meta inciperetur in capite fluvii Byztre iretque directe ad partem orientalem, et abhinc descendendo caderet in fluvium Tapul vocatum; deinde supraeundo tenderet ad partem septemtrionalem ubi perveniret ad fluvium Rennukteu,

indeque iret ad partem occidentalem et transiret ad alium fluvium Rennuk nominatum, qui curreret circa possessionem Megyes vocatam, et abhinc transiret per magnum spacium et perveniret ad montem Moglath nuncupatum, et ibi separaret.. metas possessionis Sowar supradicte; assummens idem Dobou predictum magistrum Denk firmiter ad id obligando, quod quandocunque processu temporum sepefati magistri Petrus et Ladislaus dicti Sous vel eorum successores racione prefatarum possessionum . . per proximos et generaciones ipsius magistri Denk nexu contigue (linee) possessionarie divisionis sibi attinentes molestarentur . . extunc idem magister Denk et sui successores ab eisdem proximis et generacionibus eorum ipsos magistros Petrum et Ladislaum dictos Sous et eorum heredes expedire . . tenerentur . . Ceterum idem magister Denk universas literas . . super facto dictarum possessionum Byztrekezy et Rennukkezy . . confectas . . viribus carere commisisset - sicut eciam totalem premisse confessionis composicionis et possessionarie resignacionis seriem iidem magistri Petrus et Ladislaus dicti Sous ac Denk filius Nicolai propriis coram nobis astantes in personis, inter se irrevocabiliter fieri sine variacione liberaliter confitentes, voluerant et admiserant coram nobis. Et quia iidem magistri Petrus et Ladislaus dicti Sous in dictarum possessionum resignatarum dominium legitime debebant introire, ideo commiseramus, ut Petrus filius Lypolch, vel Johannes magnus de genere Tekele altero absente homo regius presente testimonio capituli ecclesie Scepesiensis prenominati . . ad facies dictarum possessionum Byztrekezy et Rennukkezy vocatarum accedendo, reambularet easdem per prescriptarum metarum distincciones et statueret . . predictis magistris Petro et Ladislao dictis Sous cum earum . . utilitatibus et sub premissarum metarum cursibus eo iure quo eisdem dinoscerentur pertinere, sine preiudicio iuris alieni, contradiccione ipsius magistri Denk et aliorum quorumlibet, eo quod in ipsius litis diutina ventillacione nullius contradiccio partibus obviarat, non obstante, perpetuo possidendas; si qui autem aliquid iuris in eisdem se sperarent habere, facta statucione, prosequerentur dum vellent iuris ordine observato; seriem autem ipsius reambulacionis . . cum . . tocius peracti negocii processu

ad octavas festi sancti Georgii martiris nunc presentes, in literis ipsius capituli Scepsiensis per ipsos magistros Petrum et Ladislaum dictos Sous nobis volueramus reportari. Demum ipso termino reportacionis seriei premissorum occurrente, Petheu filius Synka pro eisdem magistris Petro et Ladislao dictis Sous de Sowar .. ad nostram accedens presenciam, literas prescripti capituli ecclesie Scepsiensis mamoriales nostro iudiciario conspectui presentavit continentes, quod predictum capitulum Scepsiense peticionibus nostris benivole annuentes, unacum dicto Johanne magno homine regio, eorum misissent hominem pro testimonio .. Nicolaum lectorem ecclesie ipsorum, qui abinde redeuntes, eisdem concorditer retulissent, quod feria sexta et sabbato proximis ante dominicam Letare proxime preteritam ad facies dictarum possessionum Byztrekezy et Rennukkezy dictus homo regius predicto homine nostro presente accedendo, easdem per distincciones metarum in dictis literis nostris contentarum et infra descriptarum reambulasset, reambulatasque nobilibus viris magistris Petro et Ladislao dictis Sous, cum earum universis utilitatibus, sub earumdem metarum cursibus, eo iure quo eisdem dinoscerentur pertinere, sine preiudicio iuris alieni, contradiccione magistri Denk de Nekche et aliorum quorumlibet non obstante, statuisset perpetuo possidendas. Cursus vero metarum prenotatarum hoc ordine distingerentur: quod prima meta inciperetur in capite fluvii Byztre (*stb. ugyanaz szóról szóra, mint föntebb olvasható*), et ibi separaret et distingeret metas possessionis Sowar vocate et ibi terminarentur. Verum quia predicte possessiones Byztrekezy et Rennukkezy vocate per predictum regie maiestatis hominem presente dicti capituli Scepsiensis testimonio, sub premissarum metarum cursibus .. prenominatis magistris Petro et Ladislao dictis Sous cum omnibus earum .. pertinenciis .. perpetua stabilitate nullo contradictore existente statute fuisse ex serie predictarum literarum dicti capituli Scepsiensis reperiebantur, ideo unacum baronibus et regni nobilibus nobiscum tribunal iudiciale consedentibus, easdem possessiones Byztrekezy et Rennukkezy vocatas cum omnibus earum .. pertinenciis .. iuxta eiusdem magistri Denk filii Nicolai spontaneam resignacionem, sub prescriptarum metarum cursibus .. eisdem magistris

Petro et Ladislao dictis Sous, eorumque posteritatibus . . eo iuris et proprietatis titulo quo eis pertinere disnoscuntur, iudiciarie nostre potestatis auctoritate adiudicavimus, salvis iuribus alienis de eisdem remanentibus perpetuo possidere; eidem magistro Denk filio Nicolai iuxta pretactam eiusdem spontaneam resignacionem perpetue taciturnitatis silencium iuridice imponentes ab eisdem . . Datum Bude, duodecimo die termini et reportacionis seriei prenotate, anno domini M° CCC^mo XL^mo septimo.

Vörös selyem zsinóron függő pecséttel; eredetije két példányban a N. Muzeumban, a Sóvári Soós cs. ltárában. Közli: Schönherr Gyula.

27.

1347. máj. 16. A pécsi káptalan Baranya vármegye megkeresésére jelenti, hogy Zuglaki Filpe fekvő beteg s a kir. curián meg nem jelenhet.

. . magistro Stephano filio Laurencii vicecomiti de Baranya . . capitulum ecclesie Quinqueecclesiensis . . literas vestre nobilitatis recepimus in hec verba . . capitulo ecclesie Quinqueecclesiensis magister Stephanus filius Laurencii vice Dominici bani comes de Baranya . . intimavit nobis magister Philpe filius Philippi de Zuglok, quod ipse esset in lecto egritudinis, pro eo ad presen (. . . . . .) causam suam ad curiam regiam accedere nequiret; super quo vestram amiciciam presentibus petimus reverenter, quatenus vestrum detis hom(inem pro testimon)io fide dignum, quo presente Leukus filius Pauli de Zabou aut Emericus de Goricha sive Johannes filius Ladislai de Zabou (aliis absent)ibus homo noster, sciat et inquirat a quibus decet super premissis omnimodam veritatem, videatque ipsum magistrum Philpe, utrum (in lecto egritud)inis existat nec ne; et post hec seriem premissorum nobis vestri gracia rescribatis. Datum in Nogfalu, feria secunda proxima (. . . . . .) anno domini M° CCC^mo XL^mo septimo. Nos igitur peticionibus vestre nobilitatis inclinati, unacum predicto Emerico (de Goricha homine) vestro, nostrum hominem videlicet magistrum Blasium socium et concanonicum nostrum ad

premissa exequenda pro testimonio transmisimus .. qui .. retulerunt, quod ipsi feria tercia proxima post predictum festum Ascensionis domini accessissent (. . . . . .) bi predictum magistrum Philpe graviter in lecto egritudinis decumbere, ita quod ad prosecucionem causarum (suarum ad curiam r)egiam personaliter ire non posset neque comparere, fide vidissent oculata. Datum feria quarta proxima post festum pre . . . . . .

. . . . . .

Papíron, zárlatán a pecsét csekély töredékeivel. Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1764. 2. dipl. oszt. 3907. Közli: Kovács N.

28.

1347, Verpelét, máj. 16. Heves vármegye ispánjai és szolgabirái I. Lajos király meghagyására jelentik, hogy Tarkői Rikolf fának Kömlő nevü birtokát Makranczi Simon és László elfoglalták.

. . Ludovico . . regi . . Stephanus et Georgius magistri filii Dominici dicti Bubek comites de Heueswyuar et quatuor iudices nobilium de eodem . . Literas vestre maiestatis .. recepimus in hec verba: Lodovicus . . rex . . comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus Heueswyuariensis . . dicitur nobis in persona magistri Ladislai filii Rykolphi (de Thorkeu) aule nostre militis, quod magistri Simon et Ladislaus de Makranch fructus et utilitates cuiusdam possessionis sue Kemlew vocate cum iobagionibus eorum de Athan percipi facerent contra ipsius voluntatem, et quod terras arabiles intra metas dicte possessionis existentes arari et seminari fecissent cum iobagionibus eorum prenotatis, lite pendente inter ipsos; super quo . . precipimus . . quatenus unum vel duos ex vobis viros idoneos transmittatis, qui ab omnibus quibus decet et licet, sciant et inquirant de premissis, specialiter de eo si easdem terras arabiles intra metas dicte possessionis existentes arari et seminari fecerint nec ne, omnimodam veritatem, videant eciam fide oculata; et post hec, prout vobis veritas constiterit premissorum, nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, in festo

beati Joannis ante portam latinam. anno domini M° CCC^mo XXXX^mo septimo. Nos itaque vestris mandatis obtemperare cupientes ut tenemur. unum ex nobis .. comitem Johannem filium Mathye de Erdeutelek transmisimus ad premissa mandata vestra exequenda. qui quidem homo noster .. retulit isto modo: quod ipse ab omnibus a quibus licuisset et decuisset. specialiterque a vicinis et commetaneis dicte possessionis Kemleu ac ab aliis cuiusvis status et condicionis hominibus super premissis diligenter inquirendo. talem de premissis scivisset veritatem. quod iidem Simon et Ladislaus magistri de Makranch fructus et utilitates dicte possessionis Kemleu vocate cum iobagionibus ipsorum de Athan percipi facerent contra ipsius voluntatem. et terras arabiles intra metas dicte possessionis existentes arari et seminari fecissent et nunc facerent cum iobagionibus eorum prenotatis. et hoc lite pendente inter ipsos: retulit eciam idem homo noster. quod intra metas dicte possessionis Kemleu in terris arabilibus unum aratrum arantem invenisset. et hoc ipse fide vidisset oculata. Datum in villa Velpreth. feria quarta proxima post festum Ascensionis domini. anno eiusdem ut supra.

Papíron. zárlatán öt pecsét töredékeivel. Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 786. 37. dipl. oszt. 3903. Közli: Kovács N.

29.

1347. Szentmárton. máj. 18. A szepesi prépost vicariusa, Pongrácz leányát Scolasticát a Hannus fiai ellen Ragyolcz helységből járó leánynegyed iránt indított keresetével IV. Béla királynak 1260. V. István királynak 1270. és IV. László királynak 1278. évben kelt s a felek által felmutatott oklevelei alapján elutasítja.

Nos Paulus de Jegerdorf venerabilis viri magistri Johannis prepositi Scepusiensis vicarius in spiritualibus generalis .. significamus .. quod dudum orta litis quescione inter nobilem dominam Scolasticam filiam Pangracii de comitatu Scepusiensi actricem ab una, ac Detricum Zewres et Kzwnk (így) filios Hannus de eodem comitatu parte ab altera, primo coram

omino Johanne olim lectore ecclesie predicte et vicario domini (. . . . .) predicti, et tandem diversarum prorogacionum autelis supervenientibus sub spe pacis inter se habende coram nobis accio seu peticio proposita exstitisset super quarta filiali ipsam dominam ut d. (. . . . . .) in possessione ipsorum filiorum Hannus Redyolcz vocata et pertinentibus possessionibus ad eandem contingente et ab adversa parte per negativam litem contestante, dicte domine ad (. . . . .) .dum sibi in eadem possessione debere quartam filialem, dictis vero filiis Hannus ad reprobandam intencionem domine eiusdem, volentibus partibus per nos fuisset terminus peremtorie assig (. . . . . .) ipsorum munimenta universa et singula, que et quibus in causa uti vellent supradicta; ipso tandem termino adveniente, dicta domina literas privilegiales Stephani olim regis . . sub anno domini M° CC^mo^ septuagesimo, quinto kalendas Octobris emanatas exhibuit, ex quibus repertum extitit, quod idem rex Stephanus concambium (. . . . . .) sive permutacionem de dicta possessione Redyolcz fecerat cum Phyacz pro quadam turri in castro Scepusiensi, qui Phyacz avus erat domine Scolastice predicte, dicti vero filii Hannus literas privilegiales . . Bele olim . . regis . . sub anno domini M° CC^mo^ LX°, septimo idus Decembris emanatas, donacionem eiusdem possessionis Redyolcz per ipsum factam Anthaleo fratri Mathie prepositi de Scepus et suis heredibus heredumque successoribus exprimentes, ac demum alias literas privilegiales . . Karoli olim regis . . confirmantes privilegium Ladizlai olim regis . . sub anno domini M° CC^mo^ LXXVIII°, quarto kalendas Octobris emanatum, quarum vigore apparuit, dictam possessionem Redyolcz per Anthelium (igy) qui tunc pacifice possedit eandem, venditam Jacobo lectori ecclesie sancti Martini de Scepus ac fratribus suis et eorum heredibus heredumque successoribus, quam emcionem et vendicionem dictus rex Ladislaus per literas privilegiales approbavit et Karolus confirmavit; ex quibus evidenter elicebatur, quod frater Jacobi lectoris erat Hannus pater reorum predictorum, ad quem seu ad quos dicta possessio iusto emcionis titulo constat esse devoluta; his vero munimentis coram nobis in iudicio productis, utrisque partibus per nos ex officio nostro requisitis utrum pluribus in causa vellent uti instrumentis et

si que parcium quitquam obicere valet contra producta utriusque partibus (igy) produccionibus et excepcionibus expresse renunciantibus sed cum instancia humiliter supplicantibus ut visis discussis et diligenter examinatis eisdem literis, predictam causam finaliter decideremus. Nos igitur literis eisdem rimatis, cum nobilibus pluribus terre Scepusiensis ac viris ecclesiasticis nobis in iudicio consedentibus, tam pro eo quod Bele data precedebat in decem annis concambium seu permutacionem factam per Stephanum regem cum Phyacz qui avus exstitit domine Scolastice predicte, tam eciam ex eo quod docere avum et sibi attinentes in pacifica possessione non potuit fuisse nec humano testimonio nec eciam literis testimonialibus, nec in statucione dicte possessionis Redyolcz eidem Hannus ac filiis eiusdem obstaculo contradiccionis obviasse, habito tractatu diligenti Christi nomine invocato sentencialiter pronunciamus et adiudicamus in dicta possessione Redyolcz eidem domine Scolastice quartam filialem non deberi nec amplius eam vel heredes heredumque successores posse impetere eosdem filios Hannus eorumque successores racione quarte filialis prenotate, eidem domine et sibi succedentibus sub ampliori impeticione perpetuum silencium imponendo.. Datum apud sanctum Martinum, decimo quinto kalendas Junii, anno domini M° CCC^mo XL^mo septimo.

Hártyaszalagon függő monórú ép pecséttel; eredetije a Bárczay család ltárában.

30.

1347. Buda, máj. 20. Miklós nádor ítélete a margit-szigeti apáczáknak Vaiszló nevü és a pécsi káptalannak Hirics és Luszok nevü birtokaik között fekvő vitás területről, melyre vonatkozólag a felek végre abban állapodnak meg, hogy a káptalan az apáczáknak 170. holdat örökjoggal átengedett.

Nos Nicolaus .. palatinus et iudex comanorum .. significamus .. quod frater Ladislaus ordinis fratrum predicatorum pro .. sanctimonialibus de Insula Leporum .. iuxta continen-

ciam priorum literarum nostrarum in octavis festi Omnium Sanctorum in anno domini M° CCC° XL^mo sexto preteritis ad nostram accedendo presenciam, contra . . capitulum ecclesie Quinqueecclesiensis nobis plurima paria literarum nostrarum iudicii nostri modos et formas ac processus causales parcium declarancium, necnon Pechwaradiensis et Saxardiensis conventuum super reambulacionibus . . possessionum parcium inferius nominatarum exprimencia nobis demonstrarat, in quarum tenoribus reperieramus expresse contineri, ut cum iuxta continenciam literarum . . Willermi Drugeth condam palatini et iudicis comanorum . . formam iudicii eiusdem exprimencium, Powsa de Doboka pro parte earumdem . . sanctimonialium de Insula Leporum, item Thomas filius Balasey pro parte capituli ecclesie Quinqueecclesiensis predicti . . homines sui sub testimoniis conventus Saxardiensis predicti in octavis festi Nativitatis virginis gloriose sub anno domini M° CCC° XL^mo secundo preteritis, ad facies possessionum . . dominarum predictarum, Beremus Harazty et Woyzlou vocatarum, quas procurator earumdem dominarum tempore sue proposicionis per capitulum Quinqueecclesiense occupatas fuisse dixerat, demum ad facies possessionum ipsius capituli ecclesie Quinqueecclesiensis Kwhyrech et Lusuk nuncupatarum, quas procurator ipsius capituli in contrarium ipsum capitulum possidere allegando, et possessionarias porciones ipsarum dominarum prenotatas in aliqua sui parte occupatas fore denegarat, accedere, et . . iuxta tenorem literarum . . Bele regis metas earumdem in se continencium, quas procurator ipsarum . . sanctimonialium in octavis festi beati Georgii martiris tunc proxime preteritis coram eodem Wyllermo palatino exhibuisset, item iuxta continenciam literarum Albensis et Bachiensis ecclesiarum capitulorum ac conventus Pechwaradiensis patencium, similiter metas ipsarum possessionum dicti capituli in se continencium, per id capitulum in dictis octavis festi sancti Georgii martiris coram eodem Wyllermo palatino exhibitarum, quas idem capitulum cum quibusdam aliis instrumentis in facto possessionum suarum predictarum confectis, que ad distinccionem earumdem fuissent necessarie, illic exhibere debuissent, accedere, easdemque . . reambulare, reambulatasque ab invicem

certis metis limitando sequestrare, et si partes concordes fierent, cuilibet parti suas possessiones pacifice possidendas relinquere, si per alios non fuisset contradictum, contradictores vero si qui alii fuissent, contra easdem dominas ad ipsius Wyllermi palatini presenciam citare ad terminum competentem, si vero in aliqua particula terre partes discordes exstitissent, extunc illam particulam terre contenciosam regali cum mensura mensurare, visa eius qualitate quantitate utilitate et valore estimare, seriemque omnium premissorum partes premisse ad vigesimum secundum diem predicti festi Nativitatis virginis gloriose in literis memorati conventus Saxardiensis eidem Wyllermo palatino reportare debuissent; ipsoque termino reportacionis seriei premissorum occurrente, dicto Wyllermo palatino viam universe carnis ingresso nobisque honore palatinatus adepto, prefatus frater Ladislaus pro memoratis .. sanctimonialibus .. et Petrus decanus pro eodem capitulo ecclesie Quinqueecclesiensis .. in nostra iudiciaria figura comparendo, literas dicti conventus Saxardiensis nobis presentarant, inter cetera continentes, quod predicti homines ipsius Wyllermi palatini sub testimoniis ipsius conventus Saxardiensis in predictis octavis festi Nativitatis virginis gloriose accessissent ad facies possessionariarum porcionum Beremus, Haraszty, Woyzlou, Kyhyrech et Lusuk vocatarum, vicinisque et commetaneis earumdem legitime convocatis, primo iuxta continenciam literarum privilegialium ipsius domini Bele regis per Nicolaum dictum de Kosuk pro dictis dominabus .. astantem inibi exhibitarum, demum iuxta continenciam literarum predicti conventus Pechwaradiensis patencium per magistros Martinum archidiaconum de Baranya, Petrum decanum et Johannem concanonicos ecclesie Quinqueecclesiensis predicte pro eodem capitulo Quinqueecclesiensi in facie memoratarum possessionum exhibitarum, per plurimas et diversas metas in literis dicti conventus Saxardiensis dicto domino Wyllermo palatino rescripcionalibus contentas et de eisdem in nostras literas memoriales seriatim rescriptas reambulassent, ipsasque possessionarias porciones inter partes litigiosas, licet propter paludinositatem et inundacionem aquarum regali mensura non potuerint mensurare, tamen visu oculorum ad octo aratra sufficere

considerassent; ipsarumque literarum dicti conventus Saxardiensis tenoribus partibus perlectis, predictus frater Ladislaus predictarum dominarum procurator ab eodem Petro decano procuratore capituli predicti, literas seu instrumenta quorum vigore dicte possessiones ad idem capitulum pertinere dinoscerentur, postularat instanter exhiberi, eoque dicto idem Petrus decanus allegarat isto modo, quod eo tempore quo . . Job condam episcopus Quinqueecclesiensis de predicto castro Quinqueecclesiensi captivando exceptus fuisset, cameram seu sacristiam predicte ecclesie Quinqueecclesiensis confregissent, de eademque plurima bona ipsius ecclesie et instrumenta literalia excepissent, et si aliqua alia instrumenta preter predicta super predictis possessionibus confecta predictum capitulum reperire posset, extunc in termino per nos dando exhiberet, alioquin iuxta predictarum literarum suarum continencias iudicio astaret termino prenotato; nos vero ipsam causam ad octavas festi Pentecostis a tunc venturas distuleramus eo modo, quod si idem capitulum usque ipsas octavas aliqua instrumenta super facto dictarum possessionum confecta reinvenire posset, in eisdem octavis exhibere teneretur coram nobis: a quibus octavis ipsorum instrumentorum exhibicio ac tocius premissi facti discussio, diversis dilacionum cautelis intervenientibus, ad quindenas festi beati Michaelis archangeli exstiterat prorogata tandem ipsis quindenis occurrentibus, quin magister Demetrius decanus dicte ecclesie Quinqueecclesiensis pro capitulo eiusdem ecclesie . . comparendo, ipsum capitulum in facto possessionum predictarum et metarum earumdem cursibus plura instrumenta invenire non potuisse indicarat. in tenoribus autem literarum dicti conventus Saxardiensis predicte litigiose possessionarie porciones parcium utrarumque per plurimas metas reambulate extitisse et eedem litigiose possessionarie porciones absque mensuracione visu oculorum ad octo aratra sufficere considerative reperte extiterant, prememoratus autem frater Ladislaus [illegible] dominabus antedictis . . comparendo, predictas literas . . regis cursus plurimarum metarum in se continentes derat, in quarum tenoribus dictas litigiosas possessionaes predictarum parcium non tante mete quante conventus Saxardiensis exprimebar

prout in presentibus infra declarantur, pauciores infra quas terra ad octo aratra predicta sufficiens minime comprehendi et includi posse videbatur, separabant. Igitur unacum nobilibus regni nobiscum in iudicio assidentibus decreveramus iudicando, quod homines nostri pro utrisque partibus assignati sub hominum predicti conventus testimoniis in octavis festi sancti Georgii martiris a tunc proxime venturis, ad facies possessionum parcium predictarum accederent, ipsasque ceteris metis in dicto privilegio contentis obmissis, per istas metas sub quodam articulo in ipso privilegio contento, qui quidem articulus in eodem privilegio domini Bele regis per hec verba inscriptus habebatur reambularent, scilicet: sed infra terram Nane comitis esset silva ecclesie de Okur ubi exiret de aqua et iret in silvam que dicitur Harazth, et in dicta parva silva essent mete altera ad alteram prope, et inde intraret pratum parvum et transiret pratum iuxta terram capituli Quinqueecclesiensis et iuxta terram ipsius capituli iret cum multis metis in parva silva que dicitur Harazth, tandem prope finem iuxta arbores magnas essent mete antique, et in fine intraret in aquam que dicitur Malaca, et per eandem aquam iret versus terram ville Voyzlou. Et si ipsas metas reinvenire potuissent vel iuxta ostensiones parcium concordes partes fuissent, extunc iuxta easdem privilegiales metas vel per partes ostensas, novas ubi necesse fieret erigere, cuilibet parti suas possessiones seu possessionarias porciones per distincciones ipsarum metarum privilegiatarum vel ostensarum aut per partes communiter erigendarum relinquere atque statuere eo iure, quo ad ipsos pertinere dinoscerentur perpetuo possidendas debuissent; si vero dictas metas seriatim reinvenire non potuissent, vel secundum parcium ostensionem concordare nequivissent, extunc partes premissas seu procuratores earumdem abhinc longe abire permitterent, possessiones parcium predictarum cum aliis probis hominibus ac vicinis et commetaneis earumdem possessionum tunc inibi existentibus, iuxta eorum conscienciam deo pre oculis habito per signa metalia prout eis videretur expedire, separarent et distingerent, ita tamen, quod neutra parcium in suo iure detrimentum pateretur. Super quarum quidem metarum ereccionibus et distinccionibus possessionum

seu possessionariarum porcionum predictarum si procuratores parcium memoratarum contentarentur, extunc modo premisso possessiones seu possessionarias porciones earumdem cuilibet parti per erecciones novarum metarum statuerent perpetuo possidendas, si vero in ereccionibus ipsarum metarum et distinccionibus possessionum predictarum procuratores parcium predictarum contenti non fierent et in aliqua particula terre discordes exstitissent, extunc ipsam particulam terre inter partes litigiosam, solum in ea parte prout possessiones ipsarum dominarum possessiones dicti capituli tangere viderentur, visa ipsius qualitate quantitate utilitate et valore, regali mensurarent cum mensura, vel si mensurare non possent visu considerando cum aliis probis viris . . deberent estimare; et super ipsa estimacione et aliis premissis prelibato conventui scripseramus . . ut eorum mitterent homines . . in quorum presencia Philippus filius Sebastiani de Gyog, vel Jacobus aut Johannes filius Jacobi de eadem, sive Johannes filius Pauli de Wan pro parte . . dominarum predictarum, item Sebastianus filius Michaelis de Myslen, vel Nicolaus de Bogdan pro parte capituli Quinqueecclesiensis predicti, aliis absentibus homines nostri, in octavis festi beati Georgii martiris tunc proxime preteritis ad facies possessionum predictarum parcium accedendo . . omnia premissa . . exequerentur; et post hec premissorum seriem . . ad octavas festi Pentecostes a tunc venturas . . nobis . . rescriberet conventus prenotatus. In quibus octavis festi Pentecostes predicte domine pro eo, quia antequam dictus frater Ladislaus pro ipsis comparuisset, Johannes filius Pauli de Wan pro eisdem dominabus cum legitimis procuratoriis literis earumdem memorato procuratore dicti capituli Quinqueecclesiensis personaliter astante et accionem earumdem dominarum se audire ad obiectaque earum respondere se promtum reddente et paratum, comparendo, nostrasque literas more procuratoris actricis ad dictas quindenas prorogatorias exhibendo, pro eisdem actricibus nullam accionem proposuerat, sed se ad prorogacionem faciendam venisse allegarat et a dicto procuratore partis adverse ipsam causam prorogari postularat; quam idem procurator ipsius capituli Quinqueecclesiensis nullatenus consenserat, sed decisionem ipsius cause a nobis sibi

preberi postularat, pro eo in iudicio regali persolvendo easdem dominas commiseramus convictas extitisse; tandem ipsis octavis occurrentibus, sepedictus frater Ladislaus pro predictis religiosis dominabus . . item pro prenotato capitulo Quinqueecclesiensi Stephanus literatus . . ad nostram accedentes presenciam, literas predicti convectus Pechwâradiensis super premissis nobis rescripcionales demonstrarant, inter cetera continentes, quod idem conventus cum Nicolao de Bogdan pro parte ipsius capituli et Jacobo de Gyogh pro parte earumdem . . sanctimonalium hominibus nostris, Andream de Hyrd et fratrem Johannem sacerdotes pro utrisque partibus pro testimoniis destinassent, qui quidem homines nostri et testimonia eiusdem conventus . . eidem conventui eo modo retulissent, quod licet ipsi in predictis octavis beati Georgii martiris proxime tunc preteritis . . ad facies possessionum Beremus, Harazth, Voyzlou, Keherich et Lusuk vocatarum et terrarum inter easdem partes litigiosarum accessissent et easdem iuxta formam nostri iudicii prout in predictis literis nostris prioribus seriose contineretur, primo a duabus metis terreis, quas Nicolaus de Kasuk procurator earumdem dominarum ultra pratum parvum iuxta terram predicti capituli ostendisset, magister Michael canonicus dicte ecclesie Quinqueecclesiensis procurator eiusdem capituli illas inter terram predicti capituli et ecclesie de Okur fore asseruisset, dehinc autem alias metas scilicet terreas arboreas et in aqua ostendisset, quas similiter predictus procurator ipsius capituli fore allegasset existere in terra capituli supradicti; e converso autem ubicunque procurator ipsius capituli Quinqueecclesiensis aliquas metas ostendisset, procurator earumdem . . dominarum totaliter esse allegasset in terra dominarum predictarum; et quia vicini et commetanei possessionum utrarumque parcium premisse reambulacioni et estimacioni omnes interesse non potuissent, ideo ipsi continencias predictarum literarum nostrarum minime exequi potuissent, sed ad predictas octavas festi Pentecostes nostre deliberacioni commisissent; a quibus quidem octavis festi Pentecostes ipsius cause deliberacionem de legitimorum procuratorum parcium voluntate statu in eodem ad octavas festi Omnium Sanctorum a tunc venturas duxeramus prorogandam; tandem ipsis octavis

festi Omnium Sanctorum advenientibus, idem frater Ladislaus pro predictis . . sanctimonialibus . . et prememoratus Stephanus literatus pro prelibato capitulo Quinqueecclesiensi . . ad nostram accedentes presenciam, idem frater Ladislaus procurator earumdem ex parte capituli Quinqueecclesiensis predicti super premissis eisdem religiosis dominabus iudicium et iusticiam instantissime postularat impertiri. Quibus sic peractis, quia mete predictarum possessionum earūmdem . . dominarum in dictis literis . . Bele regis seriatim continebantur, dicte eciam mete in eisdem literis privilegialibus contente nec tempore predicti Willermi palatini per homines eiusdem Willermi palatini ac testimonia predictorum Waradiensis et Saxardiensis ecclesiarum conventuum, et demum eciam nec nostri palatinatus temporibus per homines nostros ac testimonia dictorum conventuum pluries et pluries reambulando reperiri voluerant, sed semper amisse et abolite fuisse asserebantur, dicte eciam particule terre litigiose pro viginti quatuor marcis iuxta regni consvetudinem estimate fore reperiebantur, ideo baronum regnique nobilium nobiscum tunc adherencium inducti consilio, decernentes commiseramus, ut idem frater Ladislaus procurator earumdem dominarum, vel unus alter ex fratribus predicti ordinis fratrum predicatorum, in facie earumdem terrarum litigiosarum et metarum in premissa reambulacione confectarum vigesimo quarto se incluso nobilibus ad confirmacionem dicti privilegii et metarum in eodem contentarum sed iam abolitarum sacramentum prestare teneretur. Verum tamen quia idem frater Ladislaus ipsius iuramentalis deposicionis nostre adiudicacioni eo contradiccionis velamine institerat, ut regula ordinis per quempiam fratrem ipsius ordinis in causis possessionariis iuramentalem deposicionem fiendam non annueret, pro eo ipsam iuramentalem deposicionem per se vel aliquem fratrum dicti ordinis deponendam in preiudicium regule ordinis ipsorum acceptare non auderet, sed ad ipsius capituli iuramentum committeret, prout dictaret ordo iuris; igitur perceptis huiusmodi allegacionibus procuratoris dominarum predictarum, iudicantes decreveramus, quod feria sexta proxima post octavas festi Pasche domini proxime tunc affuturas, Honor de Onor, vel Petrus literatus de Dada, aut Nicolaus filius Laurencii de

eadem, sive Ladislaus filius Pousa de Beren pro parte earumdem dominarum, item Mathias filius Marouch, vel Stephanus filius Beke de Boly, aut Petrus filius Karul, sive ipsis absentibus Nicolaus de Bogdan pro parte eiusdem capituli homines nostri, sub testimoniis . . capituli ecclesie Albensis que mediantibus nostris literis ad id per ipsum capitulum transmitti postularamus, premissis partibus vel legitimis parcium procuratoribus presentibus accederent ad faciem ipsius terre litigiose et metarum in eisdem literis dictorum capitulorum Albensis et Bachiensis ecclesiarum ac conventus Waradiensis antedicti contentarum, quas quidem literas idem capitulum Quinqueecclesiense vel eius procurator legitimus in facie ipsius terre litigiose et metarum predictarum inibi in specie tenerentur exhibere, ipsas metas iuxta tenorem earumdem literarum reambularent et ab invicem separarent et distinguerent, factaque reambulacione et ab invicem distinccione, in una dictarum metarum iuxta cursus metarum in dictis literis contentarum et reambulatarum, iuxta regni consvetudinem ab antiquo approbatam, duo viri idonei videlicet duo ex canonicis ecclesie Quinqueecclesiensis vel maiori dignitate canonicatus prefulgentes, uno ex propinquo vel remociori commetaneis quo possent, et aliis nobilibus comprovincialibus videlicet vigesimo quarto se inclusis, prout moris est iurare super terram, sacramentum prestare tenerentur super eo, quod dicte mete in eisdem literis dictorum capitulorum et conventus contente et per ipsos homines nostros ac testimonia ipsorum reambulate, essent vere mete predictarum possessionum eiusdem capituli a predictis possessionibus earumdem dominarum distingentes, et fuerint ab antiquo; si vero iidem duo canonici super predictis metis in eisdem literis dictorum capitulorum et conventus contentis iurare nollent, extunc intra predictas metas in eisdem literis prenominatorum capitulorum et conventus contentas, ad partem possessionis ipsius capituli et non extra ipsas metas ad partes possessionum earumdem dominarum, prius ipsam particulam terre super qua intra prenotatas metas ex parte possessionum eiusdem capituli iurare vellent, extunc ostensionem procuratoris dicti ac dictorum duorum canonicorum similiter reambularent et signis metalibus consignarent, et super uno dictorum signorum meta-

lium per ipsos procuratores eiusdem capituli ac duorum canonicorum predictorum ostensarum iidem duo canonici vigesimo quarto se inclusis cum uno ex commetaneis propinquo vel remociori quibus possent, et aliis nobilibus comprovincialibus, similiter iuxta regni consvetudinem, prout moris est iurare super terram, sacramentum prestare tenerentur super eo, quod ipsa loca per dicta signa metalia consignata et per ipsos demonstrata, vera loca et signa metalia predictarum possessionum eiusdem capituli a predictis possessionibus earumdem dominarum distingentes exstiterint et fuerint ab antiquo, si partes medio tempore non possent concordare; si vero partes concordes fieri potuissent, extunc iuxta qualitatem cause eorum de iudicio pacis nos placare tenerentur; et post hec seriem premissi iuramenti cum tocius facti serie ad octavas festi Georgii martiris a tunc venturas in literis dicti capituli Albensis nobis reportare tenerentur. Tandem ipsis octavis festi beati Georgii martiris advenientibus, memorato fratre Ladislao pro prelibatis . . sanctimonialibus de Insula Leporum . . ab una, item prefato Stephano literato pro predicto capitulo Quinqueecclesiensi . . parte ab altera coram nobis constitutis, duo paria literarum prelibati capituli Albensis uniformiter loquencium nobis super premissis rescripcionalium demonstrarunt, quarum tenor talis est . . Nicolao . . palatino et iudici comanorum . . Albensis ecclesie capitulum . . noverit . . magnificencia vestra, quod cum iuxta continenciam, et formam literarum vestrarum maiori sigillo vestro consignatarum adiudicativam sentenciam vestram exprimencium, inter . . sanctimoniales claustri beate Marie virginis de Insula Leporum ab una, et . . capitulum ecclesie Quinqueecclesiensis parte ab altera confectarum . . cum Ladislao filio Pousa nobili de Beren homine magnificencie vestre pro parte predictarum sanctimonialium, et Nicolao nobili de Bogdan alio homine magnificencie vestre pro parte predicti . . capituli, homines nostros seu testimonia nostra feria sexta proxima post octavas festi Pasche domini proxime preteritas ad faciem terre litigiose predictarum parcium inter possessiones Harazti et Vermes (így) predictarum sanctimonalium et Kewherych et Lusuk capituli annotati habite et existentis, ad reambulandum eandem terram litigiosam iuxta tenorem lite-

rarum patencium Albensis et Bachiensis ecclesiarum capitulorum et conventus Pechwaradiensis, et ad dandum et videndum iuramentalem deposicionem super una meta terre litigiose, duobus canonicis dicte ecclesie Quinqueecclesiensis vel maiori dignitate prefulgentibus, cum uno commetaneo propinquiori vel remociori ac aliis hominibus nobilibus vigesimo quarto se inclusis, cum predictis hominibus magnificencie vestre, homines seu testimonia nostra ut premisimus transmittere debuissemus, ipso termino occurrente, cum predicto Ladislao filio Pousa homine vestro pro parte predictarum sanctimonialium magistrum Sebastianum, item cum Nicolao de Bogdan alio homine vestro pro parte predicti capituli magistrum Adaam presbiterum socios et concanonicos ac homines seu testimonia nostra pro ipsis partibus pro testimoniis nostris duximus transmittendos, qui postmodum .. retulerunt, quod ipsi in dicta feria sexta proxima in vestris literis contenta, primo convocatis commetaneis et vicinis dicte terre litigiose, ad faciem eiusdem accessissent, et eandem presentibus ipsis commetaneis et vicinis, et presentibus .. Ladislao converso ordinis fratrum predicatorum legitimo procuratore predictarum sanctimonialium .. pro eisdem sanctimonialibus, et presente .. magistro Nicolao canonico et decano ecclesie Quinqueecclesiensis legitimo procuratore pro eodem capitulo .. in ibidem pariter adherentibus, iuxta tenores trium literarum patencium predictarum per eundem magistrum Nicolaum in ibidem in specie exhibitarum, per metas in eisdem literis contentas eandem terram litigiosam reambulassent, factaque reambulacione, dum super una meta terre litigiose iuxta adiudicativam sentenciam vestram duo canonici cum commetaneo propinquiori et aliis nobilibus hominibus vigesimo quarto se inclusis, iuxta regni consvetudinem, prout moris est iurare super terram, iuramentum sacramentalis deposicionis deponere voluissent, et iam in actu deposicionis fuissent, probi et nobiles viri quamplures in ibidem personaliter adherentes eosdem iurare non permisissent, sed sepedictas partes tamquam zelatores pacis super ipsa litigiosa particula terre ad infrascriptam pacis et perpetue concordie unionem .. coram ipsis deduxissent .. ita videlicet, quod centum et septuaginta iugera terre cum regali mensura mensurando, intra metas

in tenoribus dictarum trium literarum contentas . . sepefatis sanctimonialibus de Insula Leporum ad predictas possessiones earumdem supramemoratas applicando statuissent pluries adnotatas perpetuo possidenda . . et dicta centum et septuaginta iugera terre per predictum capitulum ipsis sanctimonialibus tradita et assignata, infrascriptis signis metalibus ipsas quatuor possessiones particulatas ab invicem distinxissent . . inter sepedictas partes perpetue duraturis: prima meta ipsas quatuor possessiones superius nominatas ab invicem separans incipit circa unam aquam paludosam Malaka vocatam, cuius aque paludose unus finis protendit se usque ad Hedueg, alter vero usque ad Kewherych, circa quam aquam paludosam erexissent duas novas metas terreas; inde parvum progrediendo ad aquilonem erexissent aliam novam metam terream, et ab eodem versus plagam occidentalem pergendo erexissent novam metam terream, et ab eadem reflectendo ad aquilonem, parvum spacium eundo, erexissent novam metam terream, et de eadem flectendo ad occidentalem plagam parvum eundo erexissent novam metam cursualem, inde directe eundo per aliquod spacium versus plagam occidentalem erexissent novam metam terream, et per eandem plagam in aliquo spacio eundo erexissent novam metam terream cursualem, et de eadem ad eandem plagam tendendo erexissent aliam novam metam terream, et de eadem per eandem plagam pergendo ad aliam metam terream; abhinc directe eundo ad aliam metam terream; inde reflectendo ad partem meridionalem ad aliam metam terream; inde directe eundo ad partem occidentalem ad aliam metam terream, deinde ad aliam, et ab eadem directe eundo ad aliam metam terream; abhinc reflectitur ad septemtrionalem ad aliam metam terream et de eadem reflectendo ad partem occidentalem ad aliam metam terream, de qua iterum ad aliam metam terream, et de eadem iterum ad aliam metam terream cursualem, et de eadem versus plagam occidentalem pergendo ad duas metas terreas circa Mege-Malaka erectas, de quibus versus plagam septemtrionalem per eandem Mege-Malaka pervenit usque ad terram Chan et ibi terminantur. Datum sabbato proximo ante festum beati Georgii martiris, anno domini Millesimo trecentesimo XL^mo^ septimo. Visis itaque premissarum literarum ipsius capituli ecclesie

Albensis nobis super premissis rescripcionalium per procuratorem predictarum utrarumque parcium in uno sensu nobis exhibitarum tenoribus, ac eisdem suo modo perlectis et expositis, cum nos eosdem utrarumque parcium procuratores, qui pro eisdem partibus auctoritate earumdem propriarum suarum literarum procuratoriarum coram nobis astabant, in eo, utrum eedem partes super premissa reambulacione metarum ereccione et statucione in predictis literis capituli ecclesie Albensis habitis et expressis contentarentur aut ne, trina vice prout nostro incumbit officio requisitos habuissemus, iidem procuratores utrarumque parcium premissarum prenotatam reambulacionem metarum ereccionem et statucionem preallegatarum possessionum suarum, iuxta earumdem literarum ipsius capituli Albensis ecclesie rescripcionalium formam et continenciam factas et habitas benivole ac bona ipsorum voluntate assummere, perpetuoque pacifice quiete et irrevocabiliter conservare spopondederunt coram nobis, petentes nos cum instancia, ut ipsam reambulacionem metarum ereccionem et statucionem ipsarum possessionum earumdem parcium inter ipsas habitas, ad perpetuam rei cautelam nostrarum literarum privilegialium patrocinio confirmare dignaremur. Nos igitur earumdem parcium iustis et legitimis peticionibus inclinati, insertis ipsis literis dicti capituli ecclesie Albensis de verbo ad verbum presentibus nostris literis privilegialibus, prescriptam reambulacionem metarum ereccionem ac statucionem possessionum earumdem parcium, prout in literis iamdicti capituli continetur facta, acceptamus approbamus et auctoritate nostri palatinatus confirmamus, sine preiudicio iuris alieni . . Datum Bude, vigesimo die octavarum festi beati Georgii martiris predictarum, anno domini M° CCC^mo XL^mo septimo.

A pecsét hiányzik; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Monial. V. B. 4. 17. dipl. oszt. 3861. Miklós nádornak 1346. nov. 8-án hozott előbbi ítélete ugyanott eredetiben is megvan 3863. szám alatt. Közli: Kovács N.

31.

1347. Buda. máj. 29. Miklós nádor megerösíti azon egyezséget, melyet Kátai János és Czinege János fia Miklós, Várfölde és Keszi nevü Gömör vármegyei birtokok felett hosszas perlekedés után II. Endre király 1232-ki határjáró levele értelmében a váczi káptalan előtt kötöttek.

Nos Nicolaus . . palatinus et iudex comanorum . . significamus . . quod iuxta continenciam priorum literarum nostrarum, in quindenis residencie regalis exercitus ad quindenas Epiphaniarum domini anno preterito transactas proclamate, Johannes filius Nicolai de Kata personaliter in nostra iudiciaria figura comparendo, contra Nicolaum filium Johannis dictum Cynege literas prepositi et conventus de Jazo, formam possessionarie reambulacionis explicantes nobis demonstrarat, in cuius tenore reperieramus expresse contineri, quod cum idem Johannes filius Nicolai unacum Cosma homine nostro et fratre Johanne testimonio eiusdem conventus, feria quarta proxima ante festum Undecim millia virginum proxime iam preteritum, quandam possessionem Warfeulde vocatam in comitatu Gumuriensi existentem . . per has metas: videlicet a parte occidentali a duabus metis terreis incipiendo, que separarent a possessione Kerepech vocata, ubi nullus contradictor exstitisset, deinde tenderet versus orientem in eodem monte ad unam metam, dehinc flecteretur versus meridiem et transiret unam vallem et iungeret metam terream circumfusam Ewlse arboris ilicis in latere alterius montis, post hec ascenderet supra versus cerasam ad duas metas terreas, abhinc ascenderet ad fluvium Kezw et in eodem fluvio usque ad fluvium Rekche ubi eciam nullus contradictor exstitisset, et de eodem fluvio Rekche directe usque ad fluvium Sayo reambulando, metas erigere et modo quo supra sibi statui facere voluisset, predictus Nicolaus dictus Cynege preter duabus metis primo inceptis et fluvio Kezw usque fluvium Rekche, in aliis ereccionibus et statucionibus metarum contradictor exstitisset, in reambulacione autem earumdem metarum non contradixisset; quarum tenoribus partibus perlectis, idem Johannes

filius Nicolai literas privilegiales capituli ecclesie Agriensis anno domini M^mo^ CCC^mo^ XXX^mo^ primo emanatas nobis presentarat inter cetera continentes, quod magister Stephanus filius Stephani filii Tekus, Iwachynus filius eiusdem Stephani, qui pro se et pro Tekus Matheo et Ladislao fratribus suis ac magistro Lorando filio eiusdem Stephani filii Tekus fratre scilicet dicti magistri Stephani similiter pro se et pro Ladislao ac Hertel filiis suis ex una parte, item Desew filius Nicolai filii Lorandi de Katha procurator nobilis domine relicte eiusdem Nicolai matris sue, cum literis eiusdem capituli Agriensis procuratoriis, pro eadem domina matre sua parte ex altera coram eodem capitulo comparendo, per eosdem Stephanum et Lorandum magistros, Iwachynum filium eiusdem Stephani, suo et nomine dictorum fratrum suorum propositum exstitisset . . eo modo, quod ipsi duas possessiones eorumdem Nogrekche et Warfeulde vocatas in comitatu Gumuriensi existentes, iure hereditario ipsos contingentes, cum omnibus . . pertinenciis earumdem, eo iure . . et sub eisdem antiquis metis . . quibus ipsi et eorum predecessores easdem tenuissent . . pro omnimoda expedicione et satisfaccione quarte filialis nobilis domine relicte dicti Nicolai filii Laurencii, filie scilicet prefati Stephani filii Tekus, sororis ipsorum uterine Clara vocate, quam videlicet quartam filialem eadem domina coram . . Nicolao episcopo Agriensi et vicario eiusdem ordine iuris et iuxta regni consvetudinem de universis possessionibus ipsorum . . requisivisset . . contulissent coram capitulo prenotato eidem nobili domine sorori ipsorum, relicte Nicolai predicti et suis heredibus iure perpetuo . . possidendas . . salvo iure alieno; et idem Desew procurator predicte nobilis domine super eisdem possessionibus Rekche et Warfeulde vocatis, pro dicta quarta filiali eiusdem nobilis domine matris sue pro eadem domina contentus, eosdem filios Stephani filii Tekes et Iwachynum filium dicti Stephani ac eorum heredes super ipsa quarta filiali . . per omnia coram ipso capitulo reddidisset . . expeditos; insuper obligassent se dicti filii Stephani filii Tekus et Iwachynus se ac fratres suos . . prefatam nobilem dominam et ipsius heredes . . ab omnibus racione possessionum predictarum temporis in processu impetere nitentibus defendere . . et in pacifica

ssessione earumdem possessionum contra quoslibet impeti-
res conservare, tali modo, quod si expedire non possent, ex-
nc tantumdem et totidem in expedicionem dicte quarte fili-
lis de aliis possessionibus ipsorum eidem nobili domine vel
uis filiis dare et assignare tenerentur. Quarum quidem lite-
arum continenciis visis et perlectis, idem Johannes filius
Nicolai ab eodem Nicolao dicto Cynege racionem dicte sue
contradictorie inhibicionis postularat assignari; quo percepto
idem Nicolaus dictus Cynege personaliter exsurgendo respon-
derat ex adverso, quod ipse in statucione predicte possessionis
pro eo contradixisset, quia idem Johannes filius Nicolai quan-
dam porcionem de possessione sua hereditaria Rekche alio
nomine Kezw nuncupata reambulare et ad dictam suam pos-
sessionem Warfeulde vocatam occupare voluisset, et ibidem
literas patentes prememorati capituli ecclesie Agriensis sub
anno domini M^mo CCC^mo XXX^mo septimo confectas nobis
demonstrarat, in quibus reperieramus, quod ipsum capitulum
ecclesie Agriensis iuxta continenciam priorum literarum suarum
obligatoriarum, modum et formam cuiusdam arbitrii exprimencium, in octavis diei medie Quadragesime tunc preteritis,
magistrum Thomam socium et concanonicum ipsorum, ad videndum distincciones quarumdam metarum, inter possessiones
Warfeulde que magistri Stephani foret, et Rekche alio nomine
Kezw vocatas que Nicolai dicti Cynege filii Johannis de Malah
fore dignosceretur, iuxta formam privilegii domini Andree
quondam . . regis Hungarie . . patris scilicet sancte Elyzabeth,
anno verbi incarnati M^mo CC^mo XXX^mo secundo emanati
erigendarum, cum predictis partibus pro testimonio destinas-
et; demum idem magister Thomas testimonium ipsius capituli
um eodem Nicolao dicto Cynege et magistro Ladislao dicto
Katho clerico filio Nicolai de Kata proximo et procuratore
icti magistri Stephani ad idem capitulum reversus, dixisset,
uod ipse in predictis octavis diei medii Quadragesime cum
relictis partibus accessisset ad faciem possessionum predicta-
um, et easdem possessiones Warfeulde et Rekche alio nomine
ezw nominatas ipse partes coram ipso et aliis multis nobilibus
nc per easdem partes inibi adductis, iuxta continenciam predicti
rivilegii ipsius domini Andree regis, et cursus metarum in eodem

contentarum seriatim, ab invicem sequestrassent et separassent, ac iuxta metas antiquas novas metas erexissent, sequestratasque alter alteri suum ius pacifice dimisisset et reliquisset possidendum. Mete autem quibus dicte possessiones ab invicem sequestrarentur, prout idem magister Thomas homo dicti capituli et dicte partes eidem capitulo retulissent, quas eciam idem capitulum in prefato domini Andree regis privilegio et in quodam registro per eundem hominem ipsius capituli in facie dictarum possessionum vidisset contineri, hoc ordine protenderentur: quod prima meta inciperetur a rivulo Rekche iuxta quendam locum Rakathyasto vocatum, et in eodem rivulo ascendendo caderet in alium rivulum Kezewpataka dictum, ubi inciperetur prima meta dicti antiqui privilegii domini Andree regis, et deinde in eodem rivulo contra meatum ipsius rivuli ad partem meridionalem ascendendo exiret ab ipso rivulo ad duas metas terreas de novo erectas, et transiens quoddam pratum ad eandem plagam veniret ad quendam monticulum halm vocatum sub quo esset arbor kerci meta terrea circumfusa, iuxta quam dicte partes novam metam erexissent, abhinc reflecteretur ad partem occidentalem et descenderet ad unam vallem ubi esset una meta antiqua, iuxta quam novam metam erexissent, deinde versus eandem plagam ascendendo veniret ad unum berch Iwanusauasa dictum, in cuius latere esset una meta antiqua iuxta quam novam metam erexissent, et ibi terminarentur. Quarum continenciis visis et perlectis, idem Johannes filius Nicolai de continenciis predictarum literarum ipsius capituli ecclesie Agriensis patencium non contentus, privilegium ipsius domini Andree regis per eundem Nicolaum dictum Cynege in specie postularat exhiberi, dictusque Nicolaus ipsum privilegium tunc exhibere non valere asserendo, ad eiusdem exhibicionem a nobis terminum ulteriorem postularat assignari, nosque ad dictorum instrumentorum privilegialium exhibicionem octavas festi beati Georgii martiris tunc preteritas eidem Nicolao dicto Cynege assignaramus; deinde ipsa instrumentalis exhibicio regio edicto interveniente ad quandoque residencie regalis exercitus ad octavas festi Omnium Sanctorum proxime preteritas prochamabe extiterat dilatata; tandem ipsis quandoque residencie regalis exercitus adveniens-

ibus, prememoratus Nicolaus dictus Cynege personaliter, ipso Johanne filio Nicolai similiter personaliter adherente, ad nostram accedens presenciam, literas privilegiales domini Andree . . regis . . anno dominice incarnacionis M^mo CC^mo XXX^mo secundo confectas presentarat, inter cetera continentes, quod cum filios Corpaz, Zagrab videlicet et Mentham ac Laurencium, comes Elyas super terra Kezew nuncupata coram eodem domino Andrea rege convenisset, et super hoc diutissime causa versa extitisset, itaque in tractu eiusdem cause dicti filii Corpas viginti marcas ut idem dominus Andreas rex intellexisset expendissent, tandem ordine iudiciario iamdicti filii Corpas prenominatam terram Kezw iure hereditario ab antiquo possedisse testimonio idoneorum virorum in presencia ipsius domini Andree regis affirmassent, et privilegium prefati comitis Elie super dicta terra acquisitum falsificantes, non legitime sed tacita veritate optentum coram eodem domino Andrea rege comprobassent; ipse igitur dominus Andreas rex secundum quod tam manifesta probacio et ordo iuris exegisset, sepedictam terram Kezw eisdem filiis Corpas memoratus dominus Andreas rex restituisset; cuius terre prima meta inciperetur a fluvio qui vulgo Kezupataka dicitur, ubi caderet in fluvium Rekche, inde a rivulo Kezu iret superius iuxta eundem rivulum, et transiret quoddam pratum, et veniret ad monticulum qui vulgo holm dicitur, sub quo esset meta, que esset contermina terre odwarnicorum; inde flecteretur ad occidentem et veniret ad locum qui vulgo dicitur Iwanusauasa, inde vero supra berch progrederetur, et veniret ad duo monticula (így) que vulgo dicuntur Kethalm, inde iret ad viam que dicitur Kerezthuth, et teneret metas duas cum Clemente, item inde descendens veniret ad pratum, quod vulgo dicitur Rethfeu, et ibi teneret metam cum eodem Clemente; inde iret ad arborem piri sub quo esset fons quod vulgo Kezufew dicitur, inde iret iuxta tilias quod vulgo dicitur Hasfa, et ascenderet super berch quod diceretur Lasichaberch et in eodem berch parum procedendo esset meta contermina terre Naprad, inde iret et teneret metam cum Mauricio, inde progrederetur, et teneret metam cum Petro filio Bothou, inde descendens de berch ad magnam viam et teneret ibi metam cum villa Louch odwarni-

corum, deinde iret ad aquam Sayo, et iuxta eam ubi flecteretur ibi esset meta, inde progrederetur iuxta eundem fluvium Sayo superius et veniret ad fluvium Zechniche, et caderet in fluvium Sayo, inde autem regrederetur superius iuxta eandem aquam Zechniche, que separaret terram Vinguzlow, et parum procedendo caderet in aquam Rekche, et iuxta villam Cupech esset meta conterminata terre Janus, inde caderet ad eandem Rekche et iret inferius ad priorem metam, ubi prefatus rivulus Kezew in Rekche caderet. Quarum quidem literarum domini Andree regis predicti ac iamdicti capituli ecclesie Agriensis privilegialium tenoribus partibus suo modo perlectis et expositis, quia in dictis literis privilegialibus ipsius domini Andree regis mete ipsius possessionis Nicolai dicti Cynege Kezew vocate seriatim continebantur, ac eciam quedam terra odwarnicorum eidem possessioni Kezw vocate vicina fore reperiebatur, in tenore autem privilegii superius nominati capituli ecclesie Agriensis per prememoratos Stephanum et Lorandum filios Stephani filii Tekus in filios filiorum eorumdem prenotatos memoratam possessionem Warfeulde vocatam nomine iuris ipsorum hereditarii domine matris eiusdem Johannis filii Nicolai simul cum possessione Nogrekche vocata pro omnimoda satisfaccione quarte filialis domine memorate data et collata, ipsamque dominam relictam Nicolai ac prefatum Johannem filium eiusdem Nicolai ab omnibus racione dictarum possessionum impetitoribus et molestare volentibus liberare et expedire . . ac in eisdem pacifice conservare assumsisse, aut si eandem dominam et ipsum Johannem filium suum super premissis possessionibus liberare et expedire et in eisdem conservare non valerent, extunc eidem domine et dicto Johanni filio suo tantumdem et totidem in expedicionem dicte quarte filialis de aliis possessionibus ipsorum eidem domine ac dicto Johanni filio suo dare et assignare debere, ipsos filios Stephani filii Tekus et filios eorumdem obligasse reperiebantur, nosque absque interessencia eorumdem filiorum Stephani filii Tekus et filiorum eorumdem supradictorum in causa superius declarata congruens iudicium facere non poteramus, ideo baronum regnique nobilium moderativa deliberacione consulti commiseramus, ut homines nostri presentibus testimoniis capituli ecclesie Waciensis, partibus . .

presentibus, universis vicinis et commetaneis predictarum possessionum . . convocatis, primo accederent ad faciem prememorate possessionis Warfeulde et eandem iuxta premissam primariam reambulacionem et eciam ostensionem Johannis filii Nicolai reambularent; deinde accederent ad faciem eiusdem possessionis Nicolai dicti Cynege Kezw nuncupate et eandem per metas et cursus metarum in dictis literis privilegialibus ipsius domini Andree regis contentarum, quod quidem privilegium idem Nicolaus dictus Cynege in specie in facie eiusdem deberet exhibere, similiter reambularent, et si partes reambulacionibus . . factis concordes fuissent, extunc cuilibet parti suum ius relinquerent perpetuo possidendum, si vero partes discordes fuissent, extunc illam particulam terre in qua contradictum exstitisset, signis metarum consignando regalique mensura mensurando iuxta regni consvetudinem visa eius qualitate quantitate utilitate et valore vel visu considerando estimarent, ipsamque terram contenciosam inter cuius partis possessionis metarum cursibus existeret situata conspicerent, et nihilominus idem Joannes filius Nicolai, Stephanum filium Stephani filii Tekus, Matheum et Ladislaum filios Stephani prenotati, item Ladislaum et Herchegh filios Lorandi filii Stephani filii Tekus ad presentem vigesimum secundum diem festi beati Georgii martiris, terminum videlicet reportacionis seriei premissorum, in expedicione premisse possessionis Warfeulde vocate ad peremtoriam responsionem faciendam per formam citacionis legitime coarctando ad nostram presenciam contra se adducere teneretur; et quia ad omnia premissa et singula premissorum exequenda homines nostri erant necessario transmittendi, ideo predicto capitulo ecclesie Waciensis scripseramus . . ut ipsum capitulum eorum mitterent homines pro testimoniis fidedignos, in quorum presencia Nicolaus filius Nicolai de Hanua vel Ladislaus filius Johannis de Scarus aut Thomas filius Laurencii de Myssalyn pro parte prenotati Johannis filii Nicolai, item Paulus filius Galli de Cholta, aut Nicolaus filius Baruch de Mellete sive ipsis absentibus Beke filius Nicolai de eadem pro parte iamdicti Nicolai dicti Cynege homines nostri in quindenis festi beati Georgii martiris prenotati omnia premissa et singula premissorum tramite iuris observato exequerentur, et post hec omnium



[illegible]

[illegible] Nicolai [illegible]

[illegible] vestris magi[illegible]

[illegible] testimonis tra[illegible]

[illegible] quindecim festi[illegible]

[illegible] ad talles possessi[illegible]

[illegible] Kozo [illegible] convocatis co[illegible]

[illegible] et utrisque partibus inibi p[illegible]

[illegible] per meta[illegible] literis privilegialibus domini regis A[illegible]

contenta per predictam Nicolaum dictum Cynege in [illegible]

dictarum possessionum in specie exhibitis, reambulassent [illegible]

eundum quod in dictis literis privilegialibus domini Andree [illegible]

metarum cursus continebantur, iuxta ostensionem Johann[illegible]

Nicolai, unicuique quod suum erat per distincciones et se[illegible]

ciones metarum in dicto privilegio contentarum, partibu[illegible]

corditer acceptantibus, reliquissent perpetuo pacifice pos[illegible]

dum; retulerunt eciam iidem homines vestri et nostri, quod placacionem iudicis ambe partes facere communiter assumsissent. Datum die dominica proxima post festum Ascensionis domini, anno eiusdem M^mo^ CCC^mo^ XL^mo^ septimo. Nos itaque predictarum literarum ipsius capituli ecclesie Waciensis formam premisse pacis et concordie unionis contentarum ac nostrarum modum et formam adiudicacionis nostre exprimencium tenoribus visis et auditis, premissam compositivam unionem in eisdem literis predicti capituli expressam ac per ipsas partes concorditer confessam et recitatam .. ratificamus, et auctoritate nostri palatinatus in perpetuum valere presencium literarum nostrarum privilegialium patrocinio confirmamus .. Datum Bude, quintodecimo die termini prenotati, anno domini M^mo^ CCC^mo^ XL^mo^ septimo.

Vörös selyem zsinóron függő pecséttel. Eredetije a N. Muzeum könyvtárában, a kövecsesi Dancs cs. letéteményében. Közli: Schönherr Gyula.

32.

1347. jun. 3. A pécsváradi convent Baranya vármegye alispánjának jelenti, hogy Zala és Bodola nevü birtokokat a kijelölt határok szerint Vejki Miklós és Vejki János fiai között felosztotta.

.. magistro Stephano filio Laurencii vice Dominici bani comiti de Baranya conventus monasterii Waradiensis .. literas vestre nobilitatis recepimus .. in hec verba .. conventui Waradiensi .. magister Stephanus filius Laurencii vice Dominici bani comes de Baranya .. vestram amiciciam presentibus petimus, quatenus vestrum detis hominem pro testimonio .. quo presente Stephanus filius Pauli de Chusa, vel Johannes Bissenus, aut Laurencius filius Gothardi, sive Ladislaus filius Ipoliti, necnon Simon filius Balase aliis absentibus homo noster accedat ad faciem possessionis Zala et Budula vocatarum, visa qualitate et quantitate ipsarum .. dividat in duas partes coequales, ita tamen, quod unam partem relinquat Nicolao filio Pauli de Weyk, aliam vero medietatem earumdem committat Ste-

phano Nicolao et Michaeli filiis Johannis de eadem Weyk eo iure, quo ad ipsos fore dinoscitur pertinere, si per quempiam non fuerit contradictum, perpetuo possidendem .. et tandem seriem premissorum ad feriam secundam proximam post festum Corporis Christi nunc venturam .. nobis .. rescribatis. Datum in Noghfalu, feria secunda proxima post festum sancte Trinitatis, anno domini M° CCC^mo XL^mo septimo. Nos igitur .. unacum predicto Stephano filio Pauli de Chusa .. unum ex nobis fratrem videlicet Johannem sacerdotem pro testimonio transmisimus .. qui postmodum ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi sabbato proximo post festum Corporis Christi antedicti ad faciem predictarum possessionum Zala et Budula nominatarum accessissent et easdem per veras metales distinccciones in duas partes divisissent coequales; metales autem distinccciones seu termini, quibus mediantibus eedem possessiones ab invicem separantur .. prout iidem homines vester et noster nobis retulerunt, sunt tales: quod incipit a quadam arbore salicis in fluvio Karasou a parte septemtrionali existente, inde procedit versus partem meridionalem et pervenitur ad unam metam terream, iuxta quandam magnam viam, que vadit versus villam Peturd existentem; inde autem tendit in eadem via versus partem occidentalem et pervenitur ad unam metam terream; abhinc girat iterum ad partem meridionalem ad unam metam terream iuxta magnam viam, que procedit versus villam Werusmorth adiacentem, inde in eadem via versus partem orientalem ad unam arborem piri meta terrea circumfusam; abhinc itur versus partem meridiem in quadam valle et currendo in eadem usque ad Chabazurdukazada vocatam, ubi eandem possessionem Zala predicti termini ad partem orientalem predicto Nicolao filio Pauli, ad partem vero occidentalem memoratis Stephano Nicolao et Michaeli filiis Johannis separant et distingunt; deinde autem itur ad partem occidentalem in latere montis usque ad finem cuiusdam clausure in vulgo Chabagatafarka dicte, a parte meridiei existentis; abhinc ad partem meridionalem ad unam arborem nucis, in cuius radice est meta terrea, hinc ad eandem partem ad unam arborem querci ubi est meta terrea, dehinc ascendendo pervenitur ad *duas* arbores magyal et keurusfa dictas, in quarum radicibus

est meta terrea, hinc semper ad eandem plagam et pervenitur ad unam viam Kyraluta dictam, iuxta quam est meta terrea; inde in eadem via transeundo ad partem occidentalem et cadit in aliam viam Deuecherzurduka dictam, et currendo in eadem via versus partem septemtrionem, iuxta quam ex utraque parte sunt due arbores, scilicet ihor et cherfa dicte metis terreis circumfuse, quarum una a parte orientali existens, iamdicto Nicolao filio Pauli, a parte autem occidentali ipsis predictis filiis Joannis separant et distingunt; inde autem in eadem via versus partem septemtrionalem satis in bono spacio currendo, pervenitur ad duas metas terreas, iuxta eandem viam ex utraque parte existentes, in quarum una a parte orientali existenti predicto Nicolao filio Pauli pertinenti est arbor sumfa dicta, a parte autem occidentali existenti predictis filiis Johannis pertinenti est una arbor ihorfa dicta; hinc vertitur ad partem occidentalem, transeundo quandam vallem pervenitur ad unam arborem piri in vulgo semencyh dictam, iuxta sanctuarium ecclesie beate virginis gloriose in predicta possessione Bodula a parte meridiei existentem, meta terrea circumfusam, ubi pars a parte orientali a predicta via Deuecherzurduka dicta se extendens usque ad Chabagatafarka dictam, prenominato Nicolao filio Pauli cessisset et provenisset in porcionem, a parte autem occidentali existens pars, usque ad quandam vallem in vulgo Megyewenlg dictam, iuxta cursus metarum seu terminorum distinccionem, memoratis Stephano Nicolao Michaeli filiis Johannis provenisset iure perpetuo possidenda . . item eciam quandam particulam terre montane cum suis utilitatibus omnibus a predicta meta Chabagatafarka dicta se extendentem usque ad metam seu vicinitatem predicte possessionis Peturd communi usui commisissent inter ipsos, ita videlicet, quod nullus ex ipsis vel ex posteritatibus ipsorum eandem particulam terre montanam iam inter ipsos communi usui assignatam, nullo unquam tempore retractare seu irritare posset seu valeret . . Datum dominico die proximo post predictum festum Corporis Christi, anno domini M° CCC° XL^mo septimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. X. R. A. 571. 31. dipl. oszt. 3909. Közli: Kovács N.

33.

1347. Szihalom, jun. 6. A Miklós nádor által tartott közgyülésen Heves vármegye alispánja és szolgabirái bizonyítják, hogy Györk nevü birtok Péter fia Kompold öröktulajdona.

Nos Nicolaus . . palatinus et iudex comanorum memorie commendanus, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium de Borsod et de Heueswyuar comitatuum feria secunda proxima post octavas festi sancte Trinitatis prope villam Zenholm celebrata, Kompoldus filius Petri filii Kompoldi de medio universorum consurgendo proposuit eo modo, quod possessio Gwrk vocata in comitatu de Heueswyuar existens, sua esset et fuisset ab antiquo et ad memoriam hominum ipse et sui predecessores . . possedissent, petens nos, ut iudices nobilium iuratique assessores dicti comitatus de Heueswyuar per nos requisiti faterentur qualem scirent de premissis veritatem. Qui quidem iudices nobilium iuratique assessores . . cum universis nobilibus prelibati comitatus de Heueswyuar memoratam possessionem Gwrk predicti Kompoldi filii Petri filii Kompoldi esse et fuisse ab antiquo et ad memoriam hominum ipsum et suos predecessores possedisse, unanimi et concordi testificatione affirmarunt. . Datum quarto die congregacionis nostre predicte, in loco antedicto, anno domini M^mo CCC^mo XL^mo septimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 432. 32. dipl. oszt. 3911. Közli: Kovács N.

34.

1347. Buda, jun. 11. I. Lajos király File fiának Lőrinczuek és Péter fiainak, Valkó vármegyében a Valkó folyón malom épitést engedélyez.

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod Laurencius filius Laurencii filii Phile et Stephanus filius Petri filii eiusdem Phile exhibuerunt nobis literas . . capituli ecclesie Bachiensis

et vicecomitis ac iudicum nobilium de comitatu de Wolkou inquisicionales, in quibus vidimus contineri, ut dum ipsi in propriis possessionibus eorum in fluvio Wolkouize molendina edificare voluissent, et de hoc certi non fuissent utrum ipsos aliqui comprovinciales eorumdem ab edificacione dictorum molendinorum prohiberent nec ne, tandem ipsi sub testimonio dicti capituli Simonem filium Stephani de Sancto Salvatore hominem nostrum ad premissa exequenda transduxissent, et feria quinta proxima ante festum sancti Martini confessoris anno proxime preterito, in congregacione generali, quam comes et iudices nobilium de eodem comitatu de Wolkou in villa Wolkowar universis nobilibus et aliis quibuslibet hominibus in eodem comitatu existentibus celebrarunt, tam idem homo noster, quam predicti vicecomes et iudices nobilium in eadem congregacione publice interrogassent, si aliqui ipsis Laurencio filio Laurencii et Stephano filio Petri in edificacione ipsorum molendinorum contradicerent et ab edificacione eorumdem molendinorum prohiberent nec ne, penitus nulli contradictores fuissent, et nullus ab edificacione ipsorum molendinorum eos prohibuisset, imo ad tocius ipsius comitatus utilitatem ipsa molendina per ipsos Laurencium et Stephanum edificanda fore asseruissent, et quia hoc modo de ipsis molendinis exstitimus informati, ut nemini edificacio ipsorum molendinorum preiudicium generaret, ideo annuimus et commisimus, ut iidem Laurencius filius Laurencii et Stephanus filius Petri in propriis ipsorum possessionibus in eodem fluvio Wolkouuize molendina edificare et edificari facere liberam haberent facultatem. Quapropter vobis universis nobilibus et possessionatis hominibus ac aliis quibuslibet populis in vicinitate possessionum eorumdem Laurencii et Stephani existentibus precipimus .. quatenus sicut in predicta congregacione vosmet ipsi affirmastis et admisistis, ut ipsi Laurencius et Stephanus molendina edificare in propriis possessionibus ipsorum liberam haberent facultatem, eodem modo nunc ipsos nullus vestrum ab edificacione eorumdem molendinorum prohibere audeat vel presummat quoquomodo, sed in quibuslibet locis ubi in propriis ipsorum possessionibus in eodem fluvio Wolkouize molendina edificare voluerint, liberam super hoc ipsis permittatis volun-

tatem . . Datum Bude. in festo sancti Barnabe apostoli, anno domini M° CCC° XL^mo^ septimo.

Hátlapján gyűrűs pecséttel : eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 560. 31. dipl. oszt. 3913. Közli : Kovács N.

35.

1347. Gömör mellett, jun. 14. Miklós nádor a Lengyeli János és István fiainak Fancsal birtokba történt beiktatásakor nyilvánított ellenmondás igazolása végett Zechi János fiainak okirataik felmutatására határnapot tüz ki.

Nos Nicolaus . . palatinus et iudex comanorum damus pro memoria, quod in nostra congregacione generali universitati nobilium de Gumur et (de Thor)na comitatuum in festo beati Barrabe apostoli prope villam Gumur celebrata, Emericus filius Johannis et Johannes filius Stephani nobiles de Lengen, personaliter de medio aliorum exsurgendo, literas capituli ecclesie Agriensis formam possessionarie reambulacionis et recaptivacionis exprimentes nobis presentarant inter cetera continentes, quod cum iuxta continenciam priorum literarum nostrarum iidem Emericus et Johannes filius Stephani accepto Dorudh filio Zerechmer homine nostro, presente magistro Nicolao dyacono clerico chori predicte ecclesie Agriensis et testimonio, dominica die proxima ante festum beati Barrabe apostoli proxime preterito ad faciem possessionis Fanchal vocate, presentibus Michaele Nicolao et Lachk filiis Johannis partibus adversis, accedendo illam partem quam ipsi videlicet Emericus et Johannes filius Stephani eorum fore demonstrassent, vicinis et commetaneis suis undique convocatis, per suas veteres et antiquas metas reambulando, cum facta recaptivacione et reambulacione ipsi eandem sub circuicione et inclusione metarum in privilegio eorumdem Emerici et Johannis contentarum sibi statui facere voluissent, tandem predicti Michael Nicolaus et Lachk personaliter inibi comparentes, ipsos non a reambulacione sed a statucione et metarum ereccione prohibuissent, nemine alio contradictore existente, cuius inhibicionis racionem

a predictis Michaele Nicolao et Lachk filiis Johannis de Zwch postularunt assignari. Quo audito predictus Nicolaus personaliter pro se, pro ipsis autem Michaele et Lachk fratribus suis cum procuratoriis literis eiusdem capituli Agriensis exsurgendo respondit ex adverso, quod ipse et dicti fratres sui super illa particula terre in qua ipsi contradiccionem fecissent supradictam, efficacia haberent instrumenta, ad quorum exhibicionem terminum a nobis sibi et dictis fratribus suis postularunt assignari; unde nos commisimus, quod iidem filii Johannis de Zwch preallegata eorum instrumenta in octavis festi Assumcionis virginis gloriose proxime venturis contra ipsos Emericum filium Johannis et Johannem filium Stephani teneantur exhibere coram nobis. Datum quarto die dicte congregacionis nostre, in loco memorato, anno domini M° CCC° XL^mo septimo.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel. Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 259. 39. dipl. oszt. 3914. Közli: Kovács. N.

36.

1347. Kassa, jun. 20. Miklós nádor által tartott közgyülésen Sáros vármegye alispánjai és szolgabirái bizonyítják, hogy Zebenye nevü Sáros vármegyei birtok Simon és János fiainak öröktulajdonát képezi.

.. Lodovico .. regi Hungarie .. Nicolaus .. palatinus et iudex comanorum .. noverit vestra celsitudo .. quod in nostra congregacione generali, universitati nobilium de Sarus et de Wyuar comitatuum feria secunda proxima ante festum nativitatis beati Johannis Baptiste prope civitatem Cassa celebrata, Demetrius et Ladislaus filii Simonis, Georgius et Beke filii Johannis de medio aliorum nobilium .. exsurgendo, literas serenitatis vestre inquisitorias nobis presentarunt, in quarum tenoribus reperimus contineri, ut in persona dictorum filiorum Simonis et filiorum Johannis vestre maiestati recitatum exstitisset eo modo, quod possessio Zebenye vocata, in ipso comitatu de Sarus existens, ipsorum esset et ad ipsos ex collacione domini Bele regis bone memorie progenitoris vestri omni iure

pertineret . . et a tempore eiusdem domini Bele regis predecessores ipsorum et demum ipsi in dominio eiusdem possessionis immobiliter perstetissent, nec aliquis ullo unquam tempore eandem possessionem abstulisset ab eisdem, quam quidam vicini occupassent. Super quo nobis firmo dedistis sub precepto, ut super premissis in congregacione nostra in comitatibus de Sarus et de Wywar celebranda, a iuratis assessoribus et iudicibus nobilium ac universis nobilibus et aliis hominibus predictorum comitatuum, a quibus licitum et expediens fieret, sciremus, et specialiter si aliquo tempore ipsa possessio ablata fuerit ab eisdem nec ne, omnimodam veritatem, et post hec prout nobis veritas constaret premissorum, vestre rescriberemus maiestati. Itaque nos . . iuxta continenciam earumdem literarum vestrarum, iudices nobilium et iuratos assessores predictorum comitatuum . . super premissis requisitos habuimus, qui quidem iudices nobilium et iurati assessores ad . . fidem et fidelitatem deo et vestre maiestati debitam eo modo affirmarunt, ut predicta possessio Zebenye vocata in dicto comitatu de Sarus existens, ex ipsius domini Bele regis collacione predictis filiis Simonis et filiis Johannis omni iure pertineret et deberet pertinere, et predecessores ipsorum ac demum ipsi in dominio ipsius possessionis immobiliter perstetissent, nec aliquis ullo unquam tempore eandem possessionem abstulisset ab eisdem. Datum quarto die dicte congregacionis nostre in loco memorato, anno domini M° CCC° XL^mo septimo.

Zárlatán pecsét nyomaival. Eredetije az orsz. lt. kinest. oszt. N. R. A. 1537. s. dipl. oszt. 3917. Közli: Kovács N.

37.

1347. Kassa, jun. 21. Miklós nádor előtt Abauj vármegye szolgabírái és esküttei bizonyítják, hogy Szepsi nevű birtok Rozgonyi László öröktulajdonát képezi.

Nos Nicolaus . . palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod in nostra congregacione generali universitati nobilium de Wywar et de Sarus comitatuum, feria secunda

proxima ante festum nativitatis beati Johannis Baptiste prope civitatem Cassa celebrata, magister Ladislaus filius Johannis de Ruzgun de medio aliorum personaliter exsurgendo, proposuit tali modo, quod possessio Scepsy vocata in comitatu de Abawywara existens sua esset hereditaria . . idemque magister Ladislaus filius Johannis nos postulavit cum instancia super eo, ut iudices nobilium et iuratos assessores comitatuum predictorum, qualem de premissis scirent veritatem faterentur, requisitos haberemus; qui quidem iudices nobilium et iurati assessores predictorum comitatuum fide eorum mediante deo debita et fidelitate domino nostro regi sue sacre corone regie pro dicenda veritate et iusticia observanda tacto vivifice crucis ligno prestita, unanimi et concordi testificacione eo modo affirmarunt, quod predicta possessio Scepsy vocata ipsius magistri Ladislai filii Johannis de Ruzgun esset hereditaria, et ad ipsum titulo iuris hereditarii pertineret . . Datum quinta die dicte congregacionis nostre, in loco memorato, anno domini M° CCC° XL^mo septimo.

Hátlapján pecsét töredékeivel. Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 302. 15. dipl. oszt. 3916. Közli: Kovács N.

38.

1347. Buda, jun. 22. Pál országbíró előtt Gulácsi Vörös Péter és Aczél János, Gulács nevű Vas vármegyei birtokot Káldy Sefrid és Imre utódainak birtokába bocsátják, viszont ezek beleegyeznek abba, hogy amazok a Pese nemzetségbeli Achyntus birtokait megszerezhessék és birtokukba vehessék.

Nos comes Paulus iudex curie . . significamus . . quod cum inter Petrum rufum et Johannem dictum Achel fratres uterinos actores ab una, et inter Nicolaum filium Marcelli et alterum Nicolaum filium Seffredi, Michaelem filium Ladislai filii dicti Seffredi et Emericum filium Emerici de Kald in causam attractos parte ex altera, super facto possessionis Gulach nuncupate in comitatu Castriferrei existentis litis materia suscitata et iuxta quamplurium literarum nostrarum exinde

confectarum continencias coram nostro iudiciario ordine diversi modo ventilata, ac demum ad presentes quindenas post Pentecostes prorogata extitisset, tandem ipsis quindenis festi Pentecostes adherentibus, prefatus Petrus rufus personaliter et pro annotato Johanne dicto Achel fratre eiusdem Petri rufi Johannes dictus de Debrechen cum procuratoriis literis nostris ab una, et predicti Nicolaus filius Marcelli Emericus filius Emerici et Nicolaus filius Seffridi pro se personaliter et pro prelibato Michaele filio Ladislai filii dicti Seffridi cum procuratoriis literis conventus de Demenk parte ex altera ad nostram accedentes presenciam, propositum exstitit per eosdem . . quod ipsi ex nostra iudiciaria licencia et permissione, compositivaque quamplurium prelatorum et baronum, videlicet domini Chanadini archiepiscopi Strigoniensis lociique eiusdem comitis perpetui, Stephani filii Lachk voyuode Transsilvani et magistri Laurencii dicti Touth comitis Supruniensis et Castriferrei comitatuum, necnon aliorum procerum regni ordinacione interveniente, ut a modo et deinceps omnis discolositatis et dissidii fomes de medio ipsorum radicitus evelleretur . . in talem plene pacis et concordie devenissent unionem . . quod pretacti Petrus rufus et Johannes dictus Achel frater suus prefatam possessionem Gulach sub suis metis et terminis quibus per suos priores possessores possedisse dinoscitur, quam memorati Nicolaus filius Seffridi et alter Nicolaus filius Marcelli ac Emericus filius Emerici a nobilibus de Telukus et Paulo filio Gulach quondam de eadem Gulach validissimorum instrumentorum roboribus capituli Castriferrei comparasse asserebant, iuxta vigores et continencias eorumdem instrumentorum, memoratis Nicolao filio Seffridi, Nicolao filio Marcelli, Michaeli filio Ladislai filii dicti Seffridi et Emerico filio Emerici ac ipsorum successoribus perennaliter . . restituissent . . perpetuo possidendam, nullum ius vel dominium si quod ad presens et in futurum se habere sperassent, ipsis reservando de eadem; e converso autem annotati Nicolaus filius Seffredi et alter Nicolaus filius Marcelli, Michael filius Ladislai et Emericus filius Emerici, memoratis Petro rufo et Johanni dicto Achel id annuissent . . ut quandocunque processu temporum idem Petrus rufus et Johannes dictus

Achel frater suus possessiones vel possessionarias porciones Achyntus quondam de genere Pese ubique ipsum contingentes, que ipsos vicinanter contingerent, acquirere et pro ipsis vendicare possent, aut alio titulo ab ipsarum detentoribus quovismodo reoptinere valerent, in earumdem possessionum et possessionariarum porcionum dicti Achyntus acquisicionibus et reoptencionibus annotatis Petro rufo, Johanni dicto Achel fratri eiusdem, circa metas possessionum ipsorum et extra easdem dummodo de possessionibus eorum occupare nollent pretextu vicinitatis et commetaneitatis, nullam facerent prohibicionem aut contradiccionem aliqualem . . Preterea adiecerunt eciam dicte partes, ut super omnibus damnis nocumentis iniuriis verberacionibus et vulneracionibus hominum . . ac generaliter quibuslibet maleficiorum generibus quovismodo inter easdem hactenus habitis et exortis, videlicet iam sopitis et sedatis, cassatis eciam universis literis iudicialibus contra sese mutuo emanatis, necnon iudiciis . . pars una partem alteram .. reddidisset expeditam . . Datum Bude, vigesimo die quindenarum festi Pentecostes predictarum, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo septimo.

Zöld és sárga selyem zsinóron függött pecsét nyomaival, eredetije Körmenden, a hg. Batthyány cs. ltárában.

39.

1347. Buda, jun. 25. I. Lajos király előtt Tamás krassói főispán és galambóczi várnagy s István királyi jegyző, azon választott bírákat, kik Jenőtelek és Bachanad nevü birtokok határjárásánál közbenjárni fognak, kijelölik.

Nos Ludovicus . . rex .. significamus .. quod magnificus vir Thomas condam voyvoda Transsilvanus nunc comes de Crasou et castellanus de Galambuch ab una, et magister Stesanus specialis notarius nostri sigilli annularis parte ex altera obis personaliter constituti, fassi exstiterunt . . ut pro et preiudicium animarum in ereccione metarum

inter possessiones Jeneutelek ipsius voyvode et Bachanad ipsius magistri Stephani fieri possit, ita ereccionem ipsarum metarum . . ordinarunt coram nobis, quod partes adducent communiter quatuor probos viros, videlicet Nicolaum filium Michaelis de Woya, Paulum filium Petri filii Iwanch, Matthyus de Baas et Fogach de Fogach, ita, quod si unus ex ipsis adesse non posset, tunc loco ipsius erit Jacobus filius Deseu de Rede, si vero plures ex ipsis deficerent, extunc erunt illi quos partes vel eorum homines adducere poterunt, tamen preter istum Nicolaum filium Michaelis alii famuli ipsius voyvode interesse non possint; qui quidem quatuor probi viri iurando prius super eo, ut deum habendo pre oculis iusticiam inter ipsas partes observent . . vadant et videant illas veras et rectas metas erectas ex antiquo, per quas dicte possessiones Bachanad et Jeneutelek ab invicem separantur; quibus visis et recta limitacione earum rescitis, coram lctore de Myse et Johanne rufo de Erdeutelek ac Stephano de Kulpi hominibus nostris regiis et testimonio capituli ecclesie Budensis, quod partes communiter adducent, circa veteres novas erigant metas et ereccione metarum ipsas possessiones ab invicem distingvant et separent, ut deinceps altercacio fieri non possit inter ipsas; hoc tamen expresso, ut si talis terra in qua fruges et segetes circa metas seminate existunt unius partis, in ius alterius partis devolveretur, tunc fruges et segetes eis quorum sunt restituantur, cum non fuerit notum hactenus cui ipsa terra devolvatur; assumserunt autem partes istam ordinacionem sub vinculo quinquaginta marcarum observare. . . Datum Bude, in crastino festi Nativitatis sancti Johannis Baptiste, anno domini M^mo CCC^mo XL^mo septimo.

Papiron, hátlapján pecsét nyomaival. Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 5. 4. dipl. oszt. 3918. Közli: Kovács N.

40.

1347. jun. 25. A budai káptalan bizonságlevele a margitszigeti apáczák Tönnye nevü Pozsony vármegyei birtokának határjárásáról.

Nos capitulum Budensis ecclesie . . significamus . . quod literis . . Lodovici . . regis . . annualibus, ad citaciones, inquisiciones, prohibiciones, possessionum reambulaciones, metarum erecciones et alios causales processus qui secundum regni consvetudinem talibus in processimus (így) fieri consveverunt, per anni circulum ordine iuris observato prosequendos . . sanctimonialibus de Insula Leporum graciose concessis . . receptis perlectis et interlectis, preceptis eiusdem domini nostri regis in eisdem nobis iniunctis obedire volentes . . cum Johanne filio Pauli de Wany homine eiusdem . . regis ad hoc deputato, nostrum hominem . . Ladislaum socium et concanonicum nostrum, ad ea que inferius dicentur . . exequenda, pro testimonio duximus destinandum, qui demum ad nos reversi . . retulerunt, quod sabbato proximo post festum beati Barnabe apostoli proxime preteritum ad faciem possessionis predictarum . . sanctimonialium de Insula Leporum Tune vocate, in comitatu Posoniensi existentis, vicinis et commetaneis eiusdem universis specialiter Petro et Johanne filiis Stephani, Nicolao et Jacobo filiis Dionisii, nobilibus de Stephanhaza, legitime convocatis et presentibus accessissent, et eandem . . ut infra dicetur . . reambulassent, reambulatamque et ab aliorum possessionibus vicinariis, specialiter predictorum nobilium de Stephanhaza metali distinccione distinctam . . nullo penitus contradictore apparente . . predictis . . sanctimonialibus de Insula Leporum cum omnibus suis . . pertinenciis . . statuissent perpetuo possidendam; cuius quidem possessionis Tune vocate . . de bona voluntate . . omnium vicinorum . . eisdem statute, mete . . hoc ordine distingvuntur: prima meta incipit in quodam loco Geptelnk vocato, ubi sunt tres mete terree antique, quarum una, scilicet a parte meridionali, est predicte possessionis Tune, et ipsam ut dixerunt renovassent, alia a parte orientali est possessionis Alustar vocate, et tercia a parte occidentali est pos-

sessionis Stephanhaza vocate; deinde eundo transit quendam rivulum Bozzyaser vocatum ad partem occidentalem, et veniet ad Bozzyasteluk, et inde ad quandam viam, per quam itur de Twne ad quandam possessionem Gumulch, que eciam est predictarum dominarum, et ibi circa eandem viam a parte orientali una meta est de novo erecta; deinde flectitur ad partem meridionalem, eundo circa eandem viam seu in giro eiusdem vie a parte orientali veniet ad aliam metam terream circa eandem viam a parte orientali de novo erectam; inde eundo ad eandem partem meridionalem veniet ad aliam metam terream de novo erectam ex eadem parte dicte vie; indē ad eandem partem ad aliam metam terream de novo erectam, deinde ad eandem plagam ad aliam metam terream de novo erectam ex eadem parte vie; inde ad eandem partem ad aliam metam terream de novo erectam ex eadem parte, deinde ad eandem partem meridionalem eundo ad aliam metam terream in giro eiusdem vie a parte orientali de novo erectam; inde ad eandem partem ad aliam metam de novo erectam, deinde ad eandem partem meridionalem eundo ad aliam scilicet octavam metam terream ex eadem parte orientali sepedicte vie de novo erectam, et ibi transit ipsam viam ad partem occidentalem et vadit ad quoddam pratum Gumulchagtw vocatum, ubi prope eandem viam a parte occidentali est una meta terrea de novo erecta, et sic predicte possessiones Twne et Stephanhaza vocate, per dictas metas distincte .. et separate, a parte orientali cessit predictis .. sanctimonialibus, a parte vero occidentali nobilibus de Stephanhaza remanente perpetuo possidende; predictam autem viam, que procedit a Twne ad Gumulch, predicti frater Ladislaus procurator predictarum .. sanctimonialium auctoritate procuratoria, et prenominati nobiles de Stephanhaza personaliter, tam iobagionibus ipsorum .. sanctimonialium quam dictorum nobilium communem fore commisissent, ita, quod una pars alteri super ipsam viam molesciam facere non auderet. Datum secundo die festi nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini M° CCC° XL^mo septimo.

Két példányban, sárga és zöld selyemszálakon függő pecséttel. Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. Poson. 16. oszt. dipl. t. 3920. Közli: Kovács N.

41.

1347. jun. 28. A veszprémi káptalan jelentése Miklós nádorhoz, Dereske nevü Veszprém vármegyei birtok határjárásáról.

.. Nicolao .. palatino et iudici comanorum .. capitulum ecclesie Wesprimiensis .. vestra noverit magnificencia literas .. Ladislai vicepalatini vestri .. recepisse in hec verba .. capitulo ecclesie Vesprimiensis magister Ladislaus vicepalatinus .. dicit nobis Dionisius filius Nicolai de Dereske sua necnon Andree et Nicolai filiorum Laurencii ac Pethe filii Georgii de eadem Dereske in personis, quod dicta possessio eorum hereditaria Dereske vocata in comitatu Wesprimiensi existens apud manus ipsorum habita, reambulacione et metarum ereccionibus plurimum indigeret, quam per hominem domini palatini sub vestri hominis testimonio reambulando et metis undique sibi distingendo sibi statui facere vellent, si contradiccio cuiuspiam in statucione eiusdem sibi non obviaret; super quo amiciciam vestram .. petimus .. quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio .. quo presente Pethe filius Nicolai de Zalowk vel Paulus filius Anthonii de eadem aut Michael filius Lorandi de Petend aliis absentibus homo noster ad faciem (dicte) possessionis Dereske vocate .. accedendo, reambulet eandem .. et relinquat predictis nobilibus de Dereske .. perpetuo possidendam .. contradictores vero si qui fuerint, contra eosdem ad ipsius domini palatini citent presenciam .. et post hec tocius facti seriem .. eidem domino palatino vel nobis in curiam .. rescribatis. Datum in Apachauasarhel, feria sexta proxima ante festum nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini M° CCC^mo XL^mo septimo. Nos igitur .. unacum predicto Paulo homine vestro Petrum sacerdotem de Aykarenneky capellanum et hominem nostrum ad exequenda premissa transmisimus pro testimonio, .. qui .. retulerunt, quod ipsi feria secunda proxima post predictum festum beati Johannis Baptiste et feria tercia sequenti proxime preterita ad faciem predicte possessionis Dereske vocate, vicinis et commetaneis suis convocatis et presentibus accessissent, quam primo a quadam valle fluvii Bytua vocata reambulare incepissent, qui fluvius ad partem orientalem

separat predictam possessionem Dereske, et ad occidentalem possessionem magistri Chenyg Narag vocatam, et ad meridionalem filiis Ectoris distingeret; de quo fluvio procedendo et in margine nemoris eiusdem fluvii invenissent duas metas, quarum una ad partem septemtrionalem separat predictam possessionem Dereske et ad meridionalem terram dictorum filiorum Ectoris Leukafelde vocatam, et terciam metam novam circa predictam unam metam, que dictam possessionem Dereske separaret, pacifice et absque contradiccione dictorum filiorum Ectoris erexissent; inde ad partem meridionalem eundo in dumo spinarum invenissent duas metas iuxta quas due arbores una pomi et alia piri haberentur, et terciam metam ad ipsam arborem piri de novo erexissent; inde semper ad partem orientalem eundo, pervenit ad locum Feketeuteluk vocatum, ubi invenissent duas metas modo supradicto separantes et terciam novam erexissent; inde pervenit ad quandam viam que de Narag venit in Kup, quam transeundo invenissent circa eandem duas metas inter ipsos nobiles de Dereske et filios Ectoris modo supradicto separantes, iuxta quas terciam novam erexissent; inde venit ad quandam vallem in qua Erke Zanolch vulgariter dicte haberentur, invenissent iterum duas metas separantes, circa cuius unius mete a parte ipsius possessionis Dereske existentis aliam de novo erexissent; inde pervenit ad magnam viam publicam iuxta quam invenissent duas metas et circa unam earum in terra Dereske aliam novam erexissent; inde adhuc ad orientalem partem eundo veniret ad (h)ortum iobagionum dictorum filiorum Ectoris, ubi prope quasdam duas metas modo premisso inter ipsos filios Ectoris ad meridiem et nobiles de Dereske ad septemtrionalem separantes unam metam de novo erexissent; inde adhuc ad (orientalem) partem eundo pervenit ad unam viam, transeundo ipsam invenissent circa eandem tres metas angulares . . . . . unam ad septemtrionem predictam possessionem Dereske, et aliam ad meridiem dic(torum filiorum) Ectoris et ad orientem populis regalibus de Papa separarent. In quarum metarum ereccione et separacione . . . . nullus contradictor apparuisset, sed predicti populi regales de Papa et officialis eorum ab ereccione metarum a parte possessionis Papa facienda, donec mandatum

regium reciperent, ipsos prohibuissent; tamen ipsam possessionem Dereske dictorum nobilium esse hereditariam fore asseruissent. Datum in vigilia beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini supradicta.

László alnádornak Somogyváron »feria quinta post festum beatorum Petri et Pauli apostolorum« ugyancsak 1347-ben kelt megerősítő ítéletében átírva; melynek eredetijét a N. Muzeum könyvtárában őrzik.

42.

1347. Bars, jun. 28. Miklós nádor által Bars vármegye részéről tartott közgyülésen az alispán és szolgabirák bizonyítják, hogy Ivánka mesternek Ösztövérfalvi tisztje Sarlai István unokaöcscsét Köbölkuton megölte.

Nos Nicolaus . . palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium comitatus Borsiensis feria secunda proxima post festum Nativitatis beati Johannis Baptiste in Bors celebrata, Stephanus filius Pauli de Sarlou de medio aliorum . . exurgendo proposuit . . quod Petrus filius Michaelis officialis magistri Iwanka de Wztuerfalu, in vigilia predicti festi Nativitatis beati Johannis Baptiste proxime preteriti Johannem filium Ladislai filium videlicet sororis sue in domo sua propria in Kubulkuth habita, culpis suis non exigentibus interfecisset, et ut prefatus Petrus filius Michaelis . . dictum Johannem filium Ladislai . . interfecerit, vicecomiti iudicibus nobilium iuratisque assessoribus ac universis nobilibus dicti comitatus Borsiensis constaret evidenter; qui quidem . . requisiti, fide eorum mediante deo debita et fidelitate domino nostro regi sneque sacre corone regie conservanda, tacto vivifice crucis ligno prestita . . premissa omnia per prememoratum Petrum filium Michaelis modo premisso facta fuisse unanimi . . testificacione affirmarunt. In quorum assercionis testimonium presentes nostras literas patentes nostro ac dictorum vicecomitis et iudicum nobilium sigillis consignatas eidem Stephano filio Pauli

duximus concedendas. Datum quarto die congregacionis nostre predicte, in loco annotato, anno domini M^mo CCC^mo XL^mo nono.

Hátlapján a nádor, az alispán és a négy szolgabíró pecsétjének nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a gr. Forgács cs. ltárában.

43.

1347. Buda, jul. 8. Pál országbíró a margitszigeti apáczáknak Somodor birtok végett Zsámbéki Eynard ellen folyó perében halasztást ad.

Nos comes Paulus iudex curie . . damus pro memoria, quod causam quam sanctimoniales de Insula Leporum, pro quibus Johannes filius Pauli . . astitit, contra magistrum Eynardum de Sambuk pro quo assumtor termini comparendo terminum assumsit, iuxta continenciam literarum capituli ecclesie Budensis citatoriarum simul et reambulatoriarum, in octavis festi nativitatis beati Johannis Baptiste super facto prohibicionis cuiusdam particule terre in possessione Sumudur vocata, a parte possessionis predicte Sambuk ut dicitur existentis, coram nobis movere habebant, racione prioritatis termini ad octavas festi sancti regis Stephani nunc proxime venturas peremtorie sub priori statu duximus prorogandam. Datum Bude, octavo die termini prenotati, anno domini M° CCC^mo XL^mo septimo.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. Poson. 62. 9. dipl. oszt. 3923. Közli: Kovács N.

44.

1347. Buda, jul. 18. Pál országbíró Tarnolczi Bod fiainak Miklós ungi főispán és testvére János ellenében esküt ítél arról hogy ezeknek három márka denárral nem tartoznak.

Nos comes Paulus iudex curie . . damus pro memoria quod Johannes dictus Banoch pro magistris Nicolao comite

de Ungh et Johanne fratre suo . . iuxta continenciam priorum literarum nostrarum in octavis festi nativitatis beati Johannis Baptiste ad nostram accedens presenciam, contra Petrum Ladislaum Donch et Emericum filios Bod de Tornolch in figura nostri iudicii proposuit eo modo, quod prefati magistri Nicolaus et Johannes domini sui feria sexta proxima ante festum beati Michaelis archangeli, cuius proxime secunda adveniret revolucio annualis, annotatis Petro Ladislao Donch et Emerico filiis Bod tres marcas promtorum denariorum mutuo accomodassent, quas ipsi filii Bod dictis magistris Nicolao et Johanni dominis suis reddere noluissent, pluries postulantibus; quo percepto Johannes filius Nicolai de Lazy pro prefatis filiis Bod . . exsurgens, eosdem Petrum Ladislaum Donch et Emericum filios Bod in premissa accione et aquisicione dictorum magistrorum Nicolai et Johannis innocentes fore retulit . . unde nos, auditis parcium proposicionibus, adiudicantes commisimus, quod prefati Petrus Ladislaus Donch et Emericus filii Bod solis eorum in personis propriis, in octavis festi beati Jacobi apostoli nunc proxime venturis, in conventu de Lelez, in eo, ut ipsi in premissa accione et aquisicione dictorum magistrorum Nicolai et Johannis innocentes sint penitus et immunes, sacramentum prestare, et seriem eiusdem partes in literis dicti conventus de Jazou ad octavum diem nobis reportare teneantur. Datum Bude, octavo die termini prenotati, anno domini M° CCC° XL^mo septimo.

Papíron, zárlatán kerek pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban a Csicsery cs. letéteményében. Közli: Kammerer Ernő.

45.

1347. jul. 23. A pozsonyi káptalan előtt cseklészi Ábrahám Móricz, Beke nevü birtokban két telket Miklós pozsonyi polgárnak elzálogosít.

Capitulum ecclesie Posoniensis significamus . . quod Mauricius dictus Abraam filius Abrae rufi de Cheklez in nostri presencia . . constitutus, duos laneos integros in parte sua

possessionaria in Beke, cum omnibus utilitatibus suis, videlicet loco sessionali et aliis si que sunt, provido viro Nicolao filio Jacobi civi Posoniensi, qui eciam presens aderat . . pro quadraginta talentis denariorum usualis monete viennensis, talentis inquam singulis per sex pensis computatis . . a data presencium per decem annos . . si pro eisdem quadraginta talentis monete et ponderis predictorum redimere poterit ab eodem, alioquin ultra illos decem annos tamdiu, donec ipsa quadraginta talenta sibi vel suo successori reddet, ad possidendum . . collocavit; defensurus . . eundem Nicolaum vel suos heredes idem Mauricius dictus Abraam si qui forte occasione eorumdem laneorum medio tempore molirentur molestare; hoc eciam expresso, quod idem Nicolaus vel sui heredes pro eadem summa sicuti lanei sunt obligati, alteri cui poterunt et volunt, si ipsi habere nollent vel non possent, habebunt obligandi potestatem. Datum feria secunda proxima post festum beate Marie Magdalene, anno domini M° CCC° XL^mo septimo.

Hátlapján pecsét nyomaival: eredetije a N. Muzeumban.

46.

1347. jul. 24. A nyitrai káptalan előtt Vásárdi Fitos Jakab és fia Miklós, szőllősi birtokrészüket Vásárdi Kozma özvegyére és fiára ruházzák át.

Nos capitulum ecclesie Nitriensis significamus . . quod Jacobus dictus Fytus de Wasard et Nicolaus filius eiusdem ab una, item nobilis domina Margaretha relicta Cozme filii Balase de eadem et Stephanus filius eiusdem parte ab altera coram nobis personaliter constituti, iidem Jacobus et Nicolaus filius suus totalem possessionariam porcionem ipsorum in Zeuleus ipsos iure hereditario contingentem, cum utilitatibus . . universis, iamdicte domine et Stephano filio eiusdem tum intuitu proximitatis indissolubilis tum eciam pretextu plurium generum beneficiorum eis per antedictum Cozmam creberrime impensorum, absolute et liberaliter . . retulerunt dedisse . . in

os filiorum . . possidendam . . renunciando omni iuri omni-
e proprietati quod vel quam in ipsa . . porcione . . habere
escebantur. Datum in vigilia festi beati Jacobi apostoli, anno
omini M° CCC^mo XL^mo nono.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a gr. Forgács cs. ltárában.

47.

1347. jul. 25. A váradi káptalan előtt Pércsi Mike fiai, birtokaikat maguk között három részre felosztják.

Nos capitulum ecclesie Waradiensis . . significamus . .
od accedentes ad nostram presenciam Pyrinch Zanyo et
ionisius filii Myke de Perch de comitatu Bihoriensi . . coram
bis sunt confessi, quod racione unionis et concordie, volen-
que discordie et discessionis materiam evitare, at existi-
ntes fore congruum et honestum ut quilibet ipsorum propria
rcione possessionaria gaudeat pacifice et quiete, in possessio-
us eorum infrascriptis talem fecissent divisionem . . Nam
mo possessionem eorum Eghaziathlan Perch vocatam divi-
sent in tres partes coequales, quarum prima videlicet vicus
plicis ordinis primo a quadam via publica iuxta hortum
ius Pyrynch, et ex opposito ordo alterius vici a curia Deme-
i inclusive tendendo versus meridiem usque finem cessisset
ius et proprietatem eiusdem Dionisii, vicus autem simplicis
linis incipiendo a curia eiusdem Demetrii inclusive versus
rtem septemtrionalem usque finem devenisset in proprietatem
nyo prelibati, alter vero vicus ex opposito simplicis ordinis
ipiens a predicta via publica et a porcione ipsius Dionisii
rsus septemtrionem tendendo usque finem prenotato Pyrynch
venisset perpetuo possidendus; curiam vero in eadem posses-
one in qua nunc ipse Perynch habitat, idem Perynch et Zanyo
ter se commisissent communiter possidendam; silvam autem
eadem possessione Eghazathlan Perch et iuxta villam ha-
itam, hoc modo divisissent: nam primo quedam via progre-
iens a parte meridionali ad partem orientalem, intrando



ssessione Kuteles in comitatu de Zaboch habita, in
sia esset in honore beati Georgii martiris constructa,
is separacio facta huiuscemodi exstitisset: quod a
edicti inclusive a parte occidentis versus meridiem
em cessisset Dionisio possidenda, ex opposito autem
etri inclusive a parte occidentis versus orientem ten-
que finem devenisset in ius et proprietatem Pyrinch
a parte vero septemtrionis Zanyo remanente; item
l prefatam Perch pertinentem sic separassent, quod
vias per quas ad Sarang et Kysbogus itur, cessisset
inter eandem vero viam per quam itur ad eandem
, et viam per quam transitur ad villam Nogbogus,
uisset in proprietatem prefati Perynch; ultra eandem
quam itur ad Nogbogus, a parte orientis in porcionem
linquendo; item possessionem Zwphur in comitatu
si (így) existentem, in cuius facie est ecclesia sancti
tem aliam possessionem Hurth vocatam in comitatu
existentem in qua habetur ecclesia in honore sancti
reliquissent inter se indivisas; ius autem patronatus
m in omnibus possessionibus eorum, et terras usuales,
aquas communi usui deputassent . . Datum in festo
bi apostoli, anno domini M^mo CCC^mo XL^mo septimo.

apján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeum Itárában;
egvan privilegialis alakban is. Közli: Schönherr Gyula.

48.

29. A vasvári káptalan Vas vármegye alispánjának
iráinak jelenti, hogy Nádasdy László és István fiainak
svü Vas vármegyei birtokát a felsö lindvai Széchi csa-
lád birtokaitól határjelekkel elkülönítette.

Laurencio filio Herbordi vicecomiti magistri Lau-
mitis Castriferrei et iudicibus nobilium comitatus
capitulum ecclesie Castriferrei . . literas vestras re-
. in quibus vidimus contineri, quod magistri Johannes
islai et Laurencius filius Stephani de Nadasd vobis
quod nobilis domina relicta magistri Nicolai filii

ipsam silvam ad quendam monticulum vulgariter Humukheg dictum deveniret, et in summitate eiusdem montis girando versus meridiem descenderet ad quandam viam vulgariter Humukhegvtha dictam, et per eandem viam versus occidentem declinando ad terciam viam vulgariter Rophayimwtha dictam perveniret, et tandem veniret ad villam prenotatam; pars igitur silve inclusa inter ipsas vias modo iam pretacto cum quibusdam paucis arboribus distinctis ab ipsa silva in porcionem Dionisii devenisset; post hoc autem quedam via publica progrediens de predicta villa Perch tendendo versus Waradinum, per predictam silvam ad quendam hortum Humuli deveniret; in fine itaque eiusdem orti intraret ad quandam viam antiquam erbosam, per quam quidem viam erbosam deveniret ad predictam viam prenotato Dionisio separantem; pars igitur silve predictis viis circumdata in porcionem ipsius Zanyo devenisset; tercia vero pars silve eiusdem incipiendo a meta possessionis Poch cum quadam particula silve Munyro dicta usque viam predictam vulgariter Humukhegutha dictam, cessisset in ius et proprietatem Perynch prelibati; item aliam possessionem Eghazas Perch vocatam in dicto comitatu existentem distinxissent eo modo, quod a sessione patris ipsorum inclusive a parte septemtrionali versus occidentem transeundo vicus simplicis ordinis usque finem cessisset Dionisio memorato, ex opposito autem a curia Benedicti inclusive eodem modo vicus simplicis ordinis a parte meridiei similiter usque finem devenisset in proprietatem Zanyo antedicti, ab oriente vero a via per quam itur versus villam Bogus duplici ordine Pyrynch remanente; hoc tamen expresso, quod idem Pyrynch unum ordinem a parte ecclesie usque ipsam ecclesiam protensum et non ultra habere debet, alium autem ordinem vici ex opposito usque finem, in superficie autem cuiusdam sessionis habitatoribus vacantis retro sanctuarium ecclesie beati Petri apostoli in eadem fundate existentis iidem Zanyo et Dionisius absque predicto Perynch iobagiones pro se ipsis colligere valeant moraturos, ita tamen, quod eandem sessionem habitatoribus vacantem inter se predicti Zanyo et Dionisius divisissent in duas partes coequales, quarum una a parte septemtrionali Dionisio, alia vero a parte orientali cessisset Zanyo memorato;

item in possessione Kuteles in comitatu de Zaboch habita, in qua ecclesia esset in honore beati Georgii martiris constructa, divisionalis separacio facta huiuscemodi exstitisset: quod a curia Benedicti inclusive a parte occidentis versus meridiem usque finem cessisset Dionisio possidenda, ex opposito autem a curia Petri inclusive a parte occidentis versus orientem tendente usque finem devenisset in ius et proprietatem Pyrinch sepedicti, a parte vero septemtrionis Zanyo remanente; item silvam ad prefatam Perch pertinentem sic separassent, quod inter duas vias per quas ad Sarang et Kysbogus itur, cessisset Dionisio, inter eandem vero viam per quam itur ad eandem Kysbogus, et viam per quam transitur ad villam Nogbogus, devoluta fuisset in proprietatem prefati Perynch; ultra eandem viam per quam itur ad Nogbogus, a parte orientis in porcionem Zanyo relinquendo; item possessionem Zwphur in comitatu Supruniensi (így) existentem, in cuius facie est ecclesia sancti Martini, item aliam possessionem Hurth vocatam in comitatu de Zaboch existentem in qua habetur ecclesia in honore sancti Demetrii, reliquissent inter se indivisas; ius autem patronatus ecclesiarum in omnibus possessionibus eorum, et terras usuales, campos et aquas communi usui deputassent . . Datum in festo beati Jacobi apostoli, anno domini M^mo^ CCC^mo^ XL^mo^ septimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeum Itárában; ugyanott megvan privilegialis alakban is. Közli: Schönherr Gyula.

48.

1347. jul. 29. A vasvári káptalan Vas vármegye alispánjának és szolgabíráinak jelenti, hogy Nádasdy László és István fiainak Petánez nevü Vas vármegyei birtokát a felső lindvai Széchi család birtokaitól határjelekkel elkülönítette.

. . Laurencio filio Herbordi vicecomiti magistri Laurencii comitis Castriferrei et iudicibus nobilium comitatus eiusdem, capitulum ecclesie Castriferrei . . literas vestras recepimus . . in quibus vidimus contineri, quod magistri Johannes filius Ladislai et Laurencius filius Stephani de Nadasd vobis dixissent, quod nobilis domina relicta magistri Nicolai filii

Nicolai condam bani de Lyndua, Johannes et Omodei filii sui, per iobagiones eorum de Mesynch et de Belmura, usus fructus et utilitates possessionis ipsorum Peteninch vocate a multis temporibus retroactis contra voluntatem ipsorum uti fecissent et nunc facerent incessanter; super quo nos petebatis diligenter, ut cum Nicolao filii Marchyl de Kald homine vestro hominem nostrum pro testimonio mitteremus, quo presente idem Nicolaus homo vester, ad faciem castri Lyndva accedendo, a predictis filiis magistri Nicolai et domina relicta vel officialibus et iobagionibus eorum de dictis Mesynch et Belmura, peteret verbo vestro, ut iura quibus dictam possessionem Peteninch vocatam usi fuissent, dicari et ipsis magistris Johanni filio Ladislai et Laurencio filio Stephani dari et amministrari facerent, factaque peticione in faciem prefate possessionis Peteninch prefatos Johannem et Omodei filios magistri Nicolai, dominam relictam eius, officiales et iobagiones eorum, a recepcione usuum fructuum et utilitatum possessiònis predicte Peteninch vocate prohiberet . . et post hec seriem omnium premissorum vobis rescriberemus. Verum peticionibus vestris iustis et legitimis acquiescere velimus, cum prescripto Nicolao homine vestro hominem nostrum magistrum Nicolaum socium et concanonicum nostrum pro testimonio transmisimus ad premissa exequenda, qui postmodum ad nos reversi . . retulerunt, quod die dominico proximo ante festum beati Jacobi apostoli accessissent in castrum Lyndua ad prefatos Johannem et Omodey filios magistri Nicolai ac dominam relictam eius, ipsique Johannes et Omodey filii magistri Nicolai et domina relicta, Demetrium de Bolugd et Paulum dictum Nemeth famulos eorum mittendo cum eisdem, iura prefate possessionis Peteninch vocate intra cursus harum metarum in literis nostris privilegialibus super eisdem emanatis continencium, videlicet prima meta de ecclesia sante Marie de Mysniche progrediendo, incipit super fluvio Athochycha, et per unam vallem que per inundacionem aque fluminatur, inter possessionem Tystina Thamasfolua vocatam ac eandem possessionem Peteunich currit ad fluvium Mura in loco Noghzygethur vocato, ipsamque insulam seperando ad Peteunich, dictus fluvius Mura distingit a commetaneitate theutonicorum, et in eodem fluvio longe cur-

rendo versus occidentem, exit de eodem ad fossatum et vadit ad porticum seu transitum Nemethkapu vocatum in fossato inter civitatem Redege et terram Belmura posita pro metis, super quo fossato venit ad ipsum kapu et in magna via que venit de Theutonia ad orientem declinando, et parumper eundo subtus arborem orni zyl vocate est meta terrea, deinde per eandem magnam viam versus orientem veniendo, subtus arborem pomus (igy) est meta terrea, et abhinc per eandem magnam viam ad orientem currit ad fluvium Otholchycha ubi est meta terrea, et in eodem fluvio Otholchycha, qui possessionem nostram Petrusteluku nominatam et Peteunich possessionem nobilium de Nadasd antescriptorum separando ad meridiem currit ad locum principale ibique terminantur, dicari et prefatis magistris Johanni et Laurencio, prout ad ipsos pertinere dinosceretur, cum plenitudine sui iuris amministrari permisissent; item ibidem prefatos filios magistri Nicolai, dominam relictam eius, officiales et iobagiones eorum, a percepcione usuum fructuum et utilitatum predicte possessionis Peteunich vocate prohibuissent manifeste, iuris ordine observato. Datum octavo die termini prenotati, anno domini M° CCC° XL^mo septimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 396. 40. dipl. oszt. 3927. Petenich vagy Peteneuch a Mura folyó mellett Stájerország határszélén a Nádasd nemzetség ősi fészke volt, innét vette a család a régi Petenyédi előnevet V. ö. Hazai Okmánytár I. köt. 427. l. A következő 1348. évről a vasvári káptalannak hasonló határjáró oklevele őriztetik a N. muzeumban, mely a felső-lendvai elpusztult levéltárból került oda.

49.

1347. aug. 7. Lőrincz egyebek közt Vas vármegye főispánja, az általa tartott közgyülésen a Hegyi Bede részéről előadott panaszra Hegyi Péternek esküt ítél.

Nos magister Laurencius comes Castriferrei, Supruniensis Vorosdiensis et Nitriensis, ac iudices nobilium eiusdem comitatus Castriferrei damus pro memoria, quod in congregacione

nostra generali feria secunda proxima ante festum beati Laurencii martiris ex regio precepto literatorie nobis iniuncto universis nobilibus et innobilibus eiusdem provincie in Castroferreo rite et legitime celebrata, Bede de Hegy serviens magistri Nicolai filii Helleus de medio universorum exsurgendo, contra Stephanum filium Petri filii Ylerk de eadem Hegy proposuit eo modo, quod feria tercia proxima in festum Omnium Sanctorum, cuius tercia adveniret revolucio annualis, duo pecora sua furtive abstulisset; quo audito idem Stephanus filius Petri contra proposita predicti Bede se innocentem et immunem esse allegavit; unde nos auditis parcium proposicionibus, admisimus iudicantes, quod feria secunda proxima post festum Assumcionis beate virginis nunc venturum, predictus Stephanus filius Petri coram homine nostro ad id deputato, sexto se nobilibus hominibus tenetur prestare sacramentum super eo, quod in premissis proposicionibus predicti Bede innocens fuerit et immunis. Datum secundo die congregacionis nostre prenotate, anno domini M° CCC^mo^ quadragesimo septimo.

Papíron, zárt alakban, a zárlaton félig ép pecséttel, melynek palzsában a czímer alsó része már leporladozott, azonban a sisak feletti oromdísz: egy koronás fej, melynek vállából két sasszárny nyomúl jobbra és balra, még kivehető. Lőrincz főispán, ki máskép »Laurencius Toth« néven ismeretes, Kont Miklós nádor atyja volt. Kont Miklós czímerében hasonló oromdíszt találunk.

50.

1347. Forró, aug. 9. Abauj vármegye ispánjának és szolgabíráinak jelentése Miklós nádorhoz, a Forrai János vargáján többek által elkövetett hatalmaskodás megvizsgálásáról.

.. Nicolao .. palatino et iudici comanorum .. magister Petrus parochianus et quatuor iudices nobilium de comitatu de Abawyvar .. literas vestre magnificencie .. recepimus in hec verba: Nicolaus .. palatinus et iudex comanorum .. comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus de Abawyvar .. dicit nobis Johannes filius Jacobi de Forrow in sua et Nicolai

sartoris sui de eadem personis, quod Iwan de Barrabas, Demetrius de Thywadar, Beke de Bulchow, Johannes dictus Nylas, Nicolaus dictus Koplan, Johannes filius Marhaldy, Thomas de Chornawooda, Barrabas de Kerechen, Alexander de Thathus, feria sexta proxima post festum beati Georgii martiris, cuius tercia preteriisset revolucio annualis, ipsum Nicolaum sartorem suum in fine dicte ville sue Forrow enormiter percusissent et decem marcas suas potencialiter abstulissent ab eodem; super quo vestram amiciciam petimus . . quatenus de premissis ab omnibus . . sciatis et inquiratis omnimodam veritatem; et post hec tocius facti seriem nobis amicabiliter rescribatis. Datum in villa Gelienus, in octavis festi beate Margarethe virginis, anno domini M° CCC° XL^mo septimo. Nos igitur preceptis vestris peticionalibus satisfacere volentes ut tenemur, misimus unum ex nobis quatuor iudicibus nobilium videlicet ad premisa vestra mandata exequenda, qui . . nobis retulit eo modo, quod ipse . . inquirendo, talem de premissis rescivisset veritatem, quod predicti Iwan, Demetrius, Johannes, Nicolaus et alter Johannes, Thomas, Barrabas ac Alexander in prefata feria sexta proxima post festum beati Georgii martiris, cuius tercia revolucio annualis preteriisset, ipsum Nicolaum sartorem suum in fine pretacte sue ville Forrow enormiter percusissent et decem marcas suas ab eodem potencialiter abstulissent. Datum in Forrow, feria quinta proxima ante festum beati Laurencii martiris, anno supradicto.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1537. 11. dipl. lt. 3925. Közli: Kovács N.

51.

1347. aug. 10. A dömölki convent elött Hetyesomlai Mikouch utódai és Máté fia Tiborcz, bizonyos még per utján megnyerendö földeket maguk között két részre osztanak.

Nos Nicolaus abbas et conventus monasterii beate virginis de Demenk significamus . . quod Dominicus filius Mykouch et Demetrius filius Nicolai filii eiusdem Mykouch de

Hegesomlay ab una parte, et Matheus filius Tiburcii de eadem ex altera coram nobis . . constituti . . sunt confessi, quod super factis terrarum, videlicet sedecim iugera que condam mediantibus literis . . capituli Castriferrei Salamoni filio Dionisii et Paulo filio eiusdem a comite Alexandro devenerant, et in facto quinque iugera terrarum que sunt suptus vineam eiusdem Salamonis, ipsi Salamoni, Paulo filio suo vel altero Paulo fratri suo a Stephano et Michaele filiis Emerici in concambium fuerant mediantibus literis eiusdem capituli devoluta, taliter concordassent, quod quia post decessum eiusdem Salamonis et aliorum predictorum eedem terre racione proximitatis et consangvineitatis ipsis devenissent, et nunc litigio ab illicitis detentoribus auferre niterentur, que si rehabere poterunt, dimidietatem earumdem predicto Matheo, aliam vero medietatem Dominico et Demetrio predictis collocassent, et inter se ordinassent, hoc expresso, quod si idem Matheus . . eisdem Dominico et Demetrio sex marcas . . solvere poterit, extunc illam dimidietatem quam habere dinosceretur, Matheo predicto et suis heredibus perpetuo possidendam resignarent, nec hoc pretermisso, quod ipsis causis procedendis expensam quam habuerint vel expenderint, terciam partem idem Matheus, duas vero partes Dominicus et Demetrius supradicti dare ad invicem tenebuntur; hoc eciam expresso, quod si idem Demetrius in exequendis ipsius (igy) causis in iudicio quod absit aggravari contingat, sepedictus Matheus terciam partem quam assumsit solvere tenebitur; completis autem et determinatis ipsis causis, omnia instrumenta si qua in factis causarum predictarum habuerint, eidem Matheo dare et conferre tenebuntur. Datum in festo beati Laurencii martiris, anno domini M° CCC^mo XL^mo septimo.

Hátlapján pecsét nyomaival ;eredetije Keszthelyen, a gr. Festetics cs. liárában, a »Familia Ujkoha« csomagban. Az elenchusban az évszám hibásan 1217-re tétetett.

52.

1347. aug. 13. A pozsonyi káptalan előtt a béli nemesek a béli határt szőllőmivelésre kiadják és tíz évig a beültetett szőllőket minden adózástól mentesítik.

Serie literarum capituli Posoniensis feria secunda proxima post festum beati Laurencii martiris anno domini Millesimo tercentesimo quadragesimo septimo subortarum, Dominicus filius Domiani, Nicolaus filius Dominici, Blasius filius Thome et Nicolaus filius Isyp nobiles de Bel, coram ipso capitulo personaliter constituti, hominibus vineas in facie predicte possessionis eorum Bel appellate de novo plantare volentibus, libertatem decem annorum se concessisse confessi fuissent, expletis autem ipsis decem annis, de singulis quartalibus huiusmodi vinearum non plus preter quam singula quartalia vini ac unum pullum et duodecim denarios homines scilicet et hospites solvere tenerentur; residentibus autem in ipsa possessione alia data fuisset condicio sive libertas, ita eciam, ut si homines habentes vineas in facie prefate possessionis aliquod maleficium vel homicidium ac quoscunque actus nefarios committere contingeret, propter hoc nec vinum neque vinea sua posset arestari, sed libere vendere et mustum tempore vindemie deducere, et quid sibi tam in vino quam vinea placeret facere, haberet potestatem, persolutis tamen censu et terragio.

A pozsonyi káptalannak 1390-ben jul. 13-án kiadott átiratából, melyet ismét Zsigmond király »in deliberacione baronum in iudicio facta Posonii« 1429. április 6-án írt át. Ennek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 378. 19. dipl. oszt. 12,036. Közli: Kovács N.

53.

1347. aug. 14. A bácsi káptalan előtt Maróthi Miklós és testvérei, Magyarmező és Konizka nevü birtokokat Valkai Martonos és Sándor fiainak visszaadják.

Nos capitulum ecclesie Bachiensis memorie commendamus . . quod Nicolaus Michael et Johannes filii Michaelis filii Stephani de Moroth in etate tenera existendo ab una, item magister Stephanus (filius) Alexandri et Thomas filius Mortunus de Wolkow parte ab altera in nostri presencia personaliter constituti, dixerunt nobis . . quod cum prenominati filii Michaelis eosdem Stephanum et Thomam racione reacquisicionis possessionum Magyarmezew et Konizka vocatarum ad presenciam . . Nicolai . . palatini in causam attraxissent, et licet huiusmodi causa inter ipsos aliquamdiu ventilata et postmodum adiudicata exstitisset, tamen postmodum in facie earumdem ad perennis pacis plenitudinem, mediantibus nobilibus et probis viris . . devenissent . . isto modo, quod idem Nicolaus Michael et Johannes filii Michaelis, easdem possessiones Magyarmezew et Konizka vocatas que olim Johannis filii Ompud exstitissent, et postmodum pro eiusdem facto, Stephano condam de Moroth avo ipsorum fuissent devolute, exceptis aliis possessionibus dicti Johannis filii Ompud aliis nominibus vocitatis, cum universis . . proprietatibus . . eisdem Stephano et Thome predictis heredum per heredes ipsorum . . remiserunt coram nobis, iure perpetuo . . possidendas. Datum in vigilia festi Assumcionis beate virginis, anno domini M° CCC° XL^mo septimo.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1508. 52. dipl. oszt. 3928. Közli: Kovács N.

54.

1347. sept. 6. A pécsváradi convent bizonyságlevele két pécsváradi polgár között létrejött birtok eladásról.

Nos conventus monasterii Waradiensis memorie commendamus .. quod constitutis coram nobis personaliter Johanne filio Thome et Blasio filio suo de civitate Waradiensi ab una parte, item Gregorio filio Kelemen magni de eadem civitate ab altera, idem Johannes filius Thome et Blasius filius suus confessi sunt .. quod ipsi quandam vineam ipsorum in territorio predicte Waradiensis civitatis a parte occidentali existentem, habentem vicinos et conterminales Dominicum filium Laurencii ab oriente, eundem Gregorium filium Kelemen magni ab occidente, et viam magnam a septemtrione, ex eorumdem vicinorum et conterminalium suorum permissione, assensu benevolo et consensu, supradicto Gregorio filio Kelemen pro octo marcis denariorum banalium, marcam quamlibet cum sex pensis computando, plene habitis et receptis ab eodem, et per eum suis heredibus .. vendidissent .. iure perpetuo .. possidendam .. et quia literas ipsorum super facto eiusdem vinee confectas dixerunt se amisisse, igitur commiserunt ut quandocunque tales litere super facto iamdicte vinee contra eundem Gregorium vel ipsius successores exhiberentur, extunc huiusmodi litere frivole et inanes ac omnino viribus essent cariture. Datum feria quinta proxima ante festum Nativitatis virginis gloriose, anno domini M° CCC° XL^mo septimo.

A pécsváradi conventnek 1358. máj. 10-én »comes Gregorius filius Kelemen magni iudex de civitate Waradiensi« kérelmére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 605. 7. dipl. oszt. 3683. Közli: Kovács N.

55.

1347. Buda, sept. 14. Pál országbíró, az egri püspök és Ónod István között vitás földterületet, mely a felek Hidvég és Ónod nevü Borsod vármegyei birtokaik között feküdt, miután Ónod István az esküt letette, ennek ítéli.

Nos comes Paulus iudex curie . . significamus . . quod cum secundum continenciam priorum literarum nostrarum modum iudiciarie deliberacionis nostre exprimencium, hom regie maiestatis presente testimonio capituli ecclesie Wachi— ensis, secundo die octavarum diei Cinerum nunc proxim preterito, ad faciem quarumdam possessionarie particule e piscine, quas dominus Nicolaus episcopus ecclesie Agriensi vel procurator eiusdem legitimus, nomine iuris dicte ecclesi Agriensis ad possessionem eiusdem ecclesie Hydwegh vocata pertinencium recapere diceret, accedere, easdemque vicinis commetaneis earum . . specialiter Stephano filio Pauli de Olna inibi convocatis legitime reambulando recapere, recaptivata que . . ipsi domino episcopo et sue ecclesie prenotate . . statu ere, si per ipsum Stephanum filium Pauli vel alios non fier contradictum, contradictores vero, si qui alii excepto ip Stephano filio Pauli existerent, contra eundem dominum ep scopum ad diem medii Quadragesime feriam scilicet quarta in regiam presenciam, racionem contradiccionis eorum redd turos citare, ipsum autem Stephanum filium Pauli si in aliqu contradiceret citare non incumberet, quia absque citacio aliquali, eo quod cum ipso domino episcopo in lite existere in prefixo termino racionem sue contradiccionis reddere op teret coram nobis, particulam enim possessionariam et piscina per quempiam prohibitam signis pro metis positis consignan et regali mensura si mensurari posset mensurando, vel visu c siderando . . estimare, post hec . . cum tocius facti processu literis ipsius capituli Wachiensis partes regie serenitati rep tare debuissent; tandem ipso termino . . occurrente, magis Petrus canonicus ecclesie Agriensis pro predicto domino Nico episcopo Agriensi . . ab una, et prenominatus Stephanus fil

Pauli de Olnad personaliter parte ex altera ad nostram accedentes presenciam, literas predicti capituli Wachiensis regie rescriptas serenitati nobis presentarat continentes, quod ipsum capitulum Wachiense . . cum prefato Michaele filio Michaelis de Goth homine regio, unum ex ipsis . . Stephanum socium et concanonicum ipsorum transmisissent pro testimonio ad premissa exequenda; qui quidem homo regius tandem ad eos reversus . . retulisset isto modo, quod ipse una cum eodem testimonio ipsorum, in crastino octavarum diei Cinerum predictarum accessissent ad faciem quarumdam particularum terre et loca piscaturarum in duabus angulacionibus vulgo Zygeth vocatis . . existencium, per adduccionem et demonstracionem magistri Dok literati, legitimi procuratoris dicti domini episcopi Agriensis, et easdem vicinis et commetaneis ipsarum legitime convocatis et eisdem presentibus, specialiterque coram Andrea et Emerico famulis et Andrea villico prefati Stephani filii Pauli de Olnad, ipsas particulas terre et loca piscaturarum scilicet dimidietatem antiqui meatus fluvii Sayo, quas idem magister Dok procurator ipsius domini episcopi intra metas possessionis Hydwegh asseruisset, recaptivasset, recaptivatasque cum ipsi easdem nomine iuris dicte ecclesie Agriensis ut terras et piscaturas ad prefatam possessionem Hydwegh pertinere debentes prenominato domino Nicolao episcopo in personaque sua eidem magistro Dok literato statuere voluisset, tandem iidem Andreas et Emericus famuli et alter Andreas villicus vice et nomine ipsius Stephani filii Pauli domini eorum, ipsos non a reambulacione sed a statucione memoratarum particularum terre et piscaturarum prohibuissent nemine alio contradictore apparente; et quia series predictarum literarum nostrarum hoc exprimeret, ut si dictus Stephanus in recaptivacione et statucione aliquarum particularum terre vel piscine contradiceret, ipsum citare non incumberet, quia absque aliquali citacione in die reportacionis seriei premissorum coram nobis comparendo racionem sue contradiccionis reddere oporteret, ideo non citassent Stephanum supradictum; et quia tunc in illis partibus in quibus predicte possessiones Hydwegh et Olnad haberentur, nimia inundacio aquarum prevaluisset, ob hoc ipsi pretactas particulas terre et piscaturas nec ream-

bulare nec mensurare nec eciam estimare potuissent, iux
adiudicacionem nostram prenotatam; retulisset eciam ide
homo regius, quod olim versus meatus aque Sayo, que fuis
meta earumdem duarum possessionum Hydwegh et Oln
discurrentis, versus ipsam possessionem Olnad duas circu
ciones post sese invicem vulgo Zygeth vocatas fecissent in s
cursu, que quidem aqua nunc primum meatum in eisdem du
bus circulacionibus relinquendo, rupisset sibi meatum dire
inter metas et limites possessionis Hydwegh prenotate. Quar
literarum perlectis continenciis, quia predicte particule te
et piscature per predictum dominum episcopum Agriens
nomine iuris dicte ecclesie sue Agriensis iuxta adiudicacion
nostram recaptivate, tempore premisse reambulacionis poss
sionarie premissa racione nec reambulari nec mensurari
eciam estimari potuisse reperiebantur, et absque iterata rea
bulacione dicte particule terre et piscature per regium
eiusdem capituli Wachiensis homines denuo facienda iudici
inter partes facere non potuerimus in premissis, ideo predi
capitulo ecclesie Wachiensis . . scribendo, eorum amicici
petiveramus . . quatenus ipsorum mitterent hominem pro tes
monio fide dignum, quo presente Michael filius Johannis
mo domini regis in octavis festi Pentecostes nunc proxi
preteritis ad faciem predictarum possessionarie particule te
et piscine, quas idem dominus episcopus Agriensis vel pro
rator eiusdem legitimus nomine iuris dicti ecclesie Agrien
ad predictam possessiosem Hydwegh pertinencium recap
diceret . . accedendo, omnia ea que in predictis prioribus lite
nostris formam iudiciarie deliberacionis nostre exprimenti
per partes vel aliquam parcium sub capite sigilli nostri in
exhibendis continerentur, prosequerentur . . et post hec seri
tocius facti . . domino regi ad octavum diem dictarum octa
rum festi Pentecostes . . rescriberet capitulum Wachie
prenotatum. Tandem ipso termino reportacionis seriei pren
sorum occurrente, predictus Dok literatus pro, eodem dom
Nicolao episcopo ecclesie Agriensis . . ab una, et Dionis
filius Georgii pro predicto Stephano filio Pauli de Olnad
parte ex altera ad nostram accedentes presenciam, lite
prememorati capituli ecclesie Wachiensis regie maiestati

scriptas nobis presentarant, in quibus videramus contineri . . quod ipsum capitulum Wachiense premissis literis nostris iudiciariam nostram deliberacionem exprimentibus . . receptis unacum Michaele filio Johannis de Koch homine regio in eisdem literis nostris contento, eorum hominem virum idoneum dominum Benedictum sacerdotem chori ipsorum transmisissent pro testimonio . . qui demum ad ipsum capitulum reversi . . retulissent, quod ipsi in predictis octavis festi Pentecostes nunc proxime preteritis ad facienda premissa per nos in literis nostris pro termino assignatis ad faciem dictarum particularum terre, silve, nemorum ac piscinarum a parte possessionis Pauli filii Stephani Olnad vocate existencium accessissent, et ibi magistro Dok literato in persona dicti domini episcopi auctoritate procuratoria, dicto vero Stephano personaliter comparentibus, vicinisque et commetaneis earumdem legitime convocatis et presentibus, dictas particulas terre imo quasi insulas cum silvis, nemoribus et piscinis duabus ex circumquaque earumdem insularum existentibus, omnia secundum continenciam priorum literarum nostrarum per dictum procuratorem dicti domini episcopi ibi exhibitarum peragendo, reambulassent, et dum reambulatas et ab aliis vicinariis possessionibus separatas ad dictam possessionem ipsius domini episcopi Agriensis Hydwegh vocatam applicando nomine sui iuris statuere voluissent, predictus Stephanus filius Pauli ipsos non a reambulacione sed a dicta statucione personaliter prohibuisset, nemine alio contradictore inibi apparente; quasquidem particulas possessionarias cum omnibus suis utilitatibus unacum predictis vicinis et commetaneis ac aliis probis viris inibi convocatis, pro tredecim marcis estimassent. Quarum literarum perlectis continenciis, licet pretacta causa parcium alio iudicio iuxta regni antiquam consvetudinem per nos terminari debuerit, volentibus tamen parcium procuratoribus prenotatis, et eorum peticionibus instantissimis, ne in premisse litis diutino processu plures expensarum consumciones facere, laboresque fatigabiles ulterius partes supportare contingeret, unacum regni baronibus et nobilibus nobiscum in iudicio consedentibus commiseramus iudicantes, ut predictus Stephanus filius Pauli de Olnad tredecimo se nobilibus sibi similibus se incluso in octavis sancti

regis Stephani nunc proxime preteritis, presentibus Blasio filio Johannis de Koch pro parte dicti domini episcopi, item Stephano filio Petri de Woytha pro parte eiusdem Stephani filii Pauli aliis absentibus hominibus regiis et testimoniis conventus de Jazow, que per ipsum conventum ad id amicabiliter serie literarum nostrarum transmitti postularamus, in facie dictarum particularum terre litigiose, in tredecim marcis . . ut preferebatur estimate, in uno loco comparendo . . sacramentum prestare teneretur, qui si prestaret, tunc iidem homines regi presentibus testimoniis dicti conventus de Jazow, ipsas particulas terre litigiosas in tredecim marcis estimatas, ipsi Stephano filio Pauli ad eiusdem possessionem Olnad prenotatam applicando, alioquin predicto domino episcopo Agriensi et suis ecclesie antedicte ad possessionem eorum Hydwegh applicatas statuerent, eo iure quo unicuique ipsorum pertinere dinoscerentur perpetuo possidendas; et post hec seriem premissi iuramenti et possessionarie statucionis prenotate, cum . . tocius facti processu partes nobis in literis dicti conventus de Jazo ad octavum diem octavarum sancti regis Stephani tenerentur reportare. Demum ipso termino reportacionis seriei premissorum occurrente, predictus Stephanus filius Pauli de Olnad personaliter ad nostram accedens presenciam, literas pretacti conventus de Jazow nobis demonstravit continentes, quod cum ipse conventus de Jazow ad predictas octavas beati regis Stephani ad omnia premissa in eisdem literis nostris plenius declarata virum idoneum Mathiam plebanum ecclesie beati Michaelis archangeli capellanum eorum pro testimonio transmisissent, tandem cum Stephano filio Petri de Woytha homine regio ad eos redeuntes, idem homo regius . . retulisset isto modo quod in predictis octavis sancti regis Stephani, idem Stephanus filius Pauli de Olnad, cum tredecim nobilibus sibi similibus se incluso, videlicet cum Benedicto filio Ladislai de Bezed, Petro filio Heym de Fynke, Stephano filio Bolyan de Chub, Simone filio Jacobi de Subta, Petro filio Dominici de Baba, Stephano filio Jacobi de Baba, Petro filio Dominici de Woytha, Nicolao filio Alexandri de Beel, Michaele filio Mykus de Zalantha, Ladizlao filio Georgii de eadem, Fabiano filio Nicolai de eadem et Paulo filio Petri de Baba, in facie possessionis Olnad super

facto terre litigiose, silve, nemorum, piscinarum, pro tredecim marcis estimate in uno loco comparendo, presente Petro literato legitimo procuratore dicti domini episcopi Agriensis vidente et audiente, resolutis cingulis, discalciatisque pedibus et terram super capita eorum in manibus levando, ac generaliter prout moris esset iuxta regni consvetudinem iurare super terram, prestitisset sacramentum super eo, quod predicte particule terre litigiose in tredecim marcis estimate sibi hereditarii iuris titulo ab antiquo pertinentes fuissent et nunc pertinere deberent, metaque dicte possessionis Olnad semper ab antiquo fluvius Sayo vocatus a predicta possessione domini episcopi Agriensis Hydwegh nominata distingens exstitisset et nunc existeret; peractaque sacramentali deposicione, predictas particulas terre, nullo contradictore replicante, prefato Stephano filio Pauli ad eandem possessionem Olnad applicando statuissent perpetuo iure possidendas . . Verum quia predictum Stephanum filium Pauli de Olnad, super premissis particulis terris litigiosis in tredecim marcis estimatis, tredecimo se nobilibus cum duodecim scilicet nobilibus supranominatis coniuratoribus suis in facie dicte possessionis Olnad comparendo, in pretactis octavis festi sancti Stephani regis, pretactis hominibus domini regis et conventus de Jazow ac magistro Petro legitimo procuratore dicti domini episcopi Agriensis presentibus, iuxta totalem iudiciarie commissionis nostre formam, suum rite et legitime deposuisse iuramentum, easdemque terras litigiosas nullo contradictore apparente, eidem Stephano filio Pauli ad dictam possessionem suam Olnad applicando statutas fuisse ex serie preexhibitarum literarum conventus de Jazow annotati reperiebamus, ideo nos easdem particulas terras litigiosas in dictis tredecim marcis estimatas . . simul cum . . utilitatibus universis ad easdem pertinentibus, eidem Stephano filio Pauli, eo iure quo sibi pertinere dinoscuntur, sine preiudicio iuris alieni, adiudicavimus perpetuo possidere et habere; ipsum autem dominum Nicolaum episcopum Agriensem pro indebita earumdem particularum terrarum litigiosarum requisicione in emenda estimacionis earumdem, scilicet in predictis tredecim marcis, contra eundem Stephanum filium Pauli commisimus sentencialiter aggravari . . Datum Bude, duodecim

die termini reportacionis serici iuramenti prenotati, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo septimo.

A zöld és piros selyemsodratokon függött pecsét elveszett. Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1537. 7. dipl. oszt. 3932. Közli: Kovács N.

56.

1347. Buda, sept. 16. Pál országbíró ítélete következtében, Berend fiai, Márton Berend és Gergely, Nógrád, Szolnok, Békés, Zaránd, Pest és Heves vármegyékben fekvő összes örökölt és szerzett birtokaikat a budai káptalan közbenjöttével maguk között három részre felosztják.

Nos comes Paulus iudex curie . . significamus . . quod Martinus filius Iwanka pro magistro Martino filio Berend . . iuxta continenciam literarum conventus cruciferorum ecclesie sancte Trinitatis de Calidis Aquis evocatoriarum, in octavis festi Paschce domini nunc proxime preteritis, ad nostram accedens presenciam, contra magistros Berend et Gregorium filios eiusdem Berend, fratres ipsius magistri Martini uterinos, in figura nostri iudicii proposuerat eo modo, quod idem magister Martinus in omnibus possessionibus hereditariis ubilibet ipsos iure hereditario contingentibus, ab eisdem magistris Berend et Gregorio fratribus suis divisionem perennalem ad predia separando sibi congruentem habere vellet iure admittente; quo audito prenominati magistri Berend et Gregorius personaliter exsurgentes, responderunt ex adverso, quod si idem magister Martinus frater ipsorum in omnibus eorum possessionibus hereditariis acquisiticiis et emticiis per ipsum hactenus obtentis, inventis et possessis, nuncque apud manus suas existentibus, exceptis solummodo possessionibus nomine impignoraticio conservatis, divisionem cum ipsis facere intenderet coequalem, extunc ipsi in omnibus eorum possessionibus hereditariis acquisiticiis et emticiis, per ipsos vel eorum quemlibet modo simili acquisitis et obtentis, nuncque erga eorum manus habitis et existentibus, demtis saltem possessionibus premisso iure impignoraticio

psos ut diceretur possessis et conservatis, eidem magistro
ino fratri ipsorum in termino per nos dando premissam
ionem sibi de iure congruentem dare promti essent et
ti. Unde nos perceptis parcium proposicionibus premissis,
um prelatis baronibus et regni primatibus nobiscum tri-
l iudiciale consedentibus, partibus benivole assummentibus,
niseramus iudicantes, quod prenominatus magister Mar-
propter sue annositatis decenciam, in octavis festi beati
bi apostoli nunc proxime preteritis et aliis diebus subse-
tibus ad hoc aptis et opportunis, primo ad faciem cuiusdam
essionis ipsorum Acha vocate ipsos hereditarii iuris suc-
one ut referebant contingentis, et demum ad facies om-
aliarum possessionum ipsorum hereditariarum aquisiti-
um et emticiarum ubilibet existencium et per quemcunque
rum aquisitarum et inventarum .. presentibus eisdem
istris Berend et Gregorio filiis Berend vel legitimis eorum
uratoribus accedendo, easdem coram Stephano filio Jo-
is filii Lotharth de Cholloukuz homine regie maiestatis
uria regia ad hoc specialiter destinato, et testimonio ..
tuli ecclesie Budensis, quod per ipsum capitulum ad id
rie literarum nostrarum destinari petiveramus .. in tres
lere teneretur ad predia separando partes coequales, sicut
urator eiusdem magistri Martini eundem ad hoc obligarat
n nobis; habita siquidem per ipsum magistrum Martinum
essionaria divisione huiusmodi, iidem magistri Berend et
gorius liberam haberent facultatem pro se duas partes
etua stabilitate eligendi de eisdem, tercia parte earumdem
omnibus suis utilitatibus eidem magistro Martino possi-
remanente; peractisque premissis, idem homo regie ma-
tis presente dicti capituli Budensis testimonio, unicuique
rum filiorum Berend sua iura possessionaria in dicta divi-
e cuilibet ipsorum cessa .. partibus sibi invicem contradi-
non volentibus, relinqueret et statueret perpetuo possi-
da; et post hec seriem premisse possessionarie divisionis
a .. tocius peracti negocii processu, partes ad octavas festi
tivitatis beate virginis nunc presentes in literis memorati
ituli Budensis nobis tenerentur reportare; hoc specialiter
resso, quod si iidem magistri Berend et Gregorius in

53.

1347. aug. 14. A bácsi káptalan előtt Maróthi Miklós és testvérei, Magyarmező és Konizka nevü birtokokat Valkai Mártonos és Sándor fiainak visszaadják.

Nos capitulum ecclesie Bachiensis memorie commendamus . . quod Nicolaus Michael et Johannes filii Michaelis filii Stephani de Moroth in etate tenera existendo ab una, item magister Stephanus (filius) Alexandri et Thomas filius Mortunus de Wolkow parte ab altera in nostri presencia personaliter constituti, dixerunt nobis . . quod cum prenominati filii Michaelis eosdem Stephanum et Thomam racione reacquisicionis possessionum Magyarmezew et Konizka vocatarum ad presenciam . . Nicolai . . palatini in causam attraxissent, et licet huiusmodi causa inter ipsos aliquamdiu ventilata et postmodum adiudicata exstitisset, tamen postmodum in facie earumdem ad perennis pacis plenitudinem, mediantibus nobilibus et probis viris . . devenissent . . isto modo, quod idèm Nicolaus Michael et Johannes filii Michaelis, easdem possessiones Magyarmezew et Konizka vocatas que olim Johannis filii Ompud exstitissent, et postmodum pro eiusdem facto, Stephano condam de Moroth avo ipsorum fuissent devolute, exceptis aliis possessionibus dicti Johannis filii Ompud aliis nominibus vocitatis, cum universis . . proprietatibus . . eisdem Stephano et Thome predictis heredum per heredes ipsorum . . remiserunt coram nobis, iure perpetuo . . possidendas. Datum in vigilia festi Assumcionis beate virginis, anno domini M° CCC° XL^mo septimo.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1508. 52. dipl. oszt. 3928. Közli: Kovács N.

54.

1347. sept. 6. A pécsváradi convent bizonyságlevele két pécsváradi polgár között létrejött birtok eladásról.

Nos conventus monasterii Waradiensis memorie commendamus .. quod constitutis coram nobis personaliter Johanne filio Thome et Blasio filio suo de civitate Waradiensi ab una parte, item Gregorio filio Kelemen magni de eadem civitate ab altera, idem Johannes filius Thome et Blasius filius suus confessi sunt .. quod ipsi quandam vineam ipsorum in territorio predicte Waradiensis civitatis a parte occidentali existentem, habentem vicinos et conterminales Dominicum filium Laurencii ab oriente, eundem Gregorium filium Kelemen magni ab occidente, et viam magnam a septemtrione, ex eorumdem vicinorum et conterminalium suorum permissione, assensu benevolo et consensu, supradicto Gregorio filio Kelemen pro octo marcis denariorum banalium, marcam quamlibet cum sex pensis computando, plene habitis et receptis ab eodem, et per eum suis heredibus .. vendidissent .. iure perpetuo .. possidendam .. et quia literas ipsorum super facto eiusdem vinee confectas dixerunt se amisisse, igitur commiserunt ut quandocunque tales litere super facto iamdicte vinee contra eundem Gregorium vel ipsius successores exhiberentur, extunc huiusmodi litere frivole et inanes ac omnino viribus essent cariture. Datum feria quinta proxima ante festum Nativitatis virginis gloriose, anno domini M° CCC° XL^mo septimo.

A pécsváradi conventnek 1358. máj. 10-én »comes Gregorius filius Kelemen magni iudex de civitate Waradiensi« kérelmére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 605. 7. dipl. oszt. 3683. Közli: Kovács N.

55.

1347. Buda, sept. 14. Pál országbíró, az egri püspök és Ónodi István között vitás földterületet, mely a felek Hidvég és Ónod nevü Borsod vármegyei birtokaik között feküdt, miután Ónodi István az esküt letette, ennek ítéli.

Nos comes Paulus iudex curie . . significamus . . quod cum secundum continenciam priorum literarum nostrarum, modum iudiciarie deliberacionis nostre exprimencium, homo regie maiestatis presente testimonio capituli ecclesie Wachiensis, secundo die octavarum diei Cinerum nunc proxime preterito, ad faciem quarumdam possessionarie particule et piscine, quas dominus Nicolaus episcopus ecclesie Agriensis vel procurator eiusdem legitimus, nomine iuris dicte ecclesie Agriensis ad possessionem eiusdem ecclesie Hydwegh vocatam pertinencium recapere diceret, accedere, easdemque vicinis et commetaneis earum . . specialiter Stephano filio Pauli de Olnad inibi convocatis legitime reambulando recapere, recaptivatasque . . ipsi domino episcopo et sue ecclesie prenotate . . statuere, si per ipsum Stephanum filium Pauli vel alios non fieret contradictum, contradictores vero, si qui alii excepto ipso Stephano filio Pauli existerent, contra eundem dominum episcopum ad diem medii Quadragesime feriam scilicet quartam in regiam presenciam, racionem contradiccionis eorum reddituros citare, ipsum autem Stephanum filium Pauli si in aliquo contradiceret citare non incumberet, quia absque citacione aliquali, eo quod cum ipso domino episcopo in lite existeret, in prefixo termino racionem sue contradiccionis reddere oporteret coram nobis, particulam enim possessionariam et piscinam per quempiam prohibitam signis pro metis positis consignando et regali mensura si mensurari posset mensurando, vel visu considerando . . estimare, post hec . . cum tocius facti processu in literis ipsius capituli Wachiensis partes regie serenitati reportare debuissent; tandem ipso termino . . occurrente, magister Petrus canonicus ecclesie Agriensis pro predicto domino Nicolao episcopo Agriensi . . ab una, et prenominatus Stephanus filius

Pauli de Olnad personaliter parte ex altera ad nostram accedentes presenciam, literas predicti capituli Wachiensis regie rescriptas serenitati nobis presentarat continentes, quod ipsum capitulum Wachiense . . cum prefato Michaele filio Michaelis de Goth homine regio, unum ex ipsis . . Stephanum socium et concanonicum ipsorum transmisissent pro testimonio ad premissa exequenda; qui quidem homo regius tandem ad eos reversus . . retulisset isto modo, quod ipse una cum eodem testimonio ipsorum, in crastino octavarum diei Cinerum predictarum accessissent ad faciem quarumdam particularum terre et loca piscaturarum in duabus angulacionibus vulgo Zygeth vocatis . . existencium, per adduccionem et demonstracionem magistri Dok literati, legitimi procuratoris dicti domini episcopi Agriensis, et easdem vicinis et commetancis ipsarum legitime convocatis et eisdem presentibus, specialiterque coram Andrea et Emerico famulis et Andrea villico prefati Stephani filii Pauli de Olnad, ipsas particulas terre et loca piscaturarum scilicet dimidietatem antiqui meatus fluvii Sayo, quas idem magister Dok procurator ipsius domini episcopi intra metas possessionis Hydwegh asseruisset, recaptivasset, recaptivatasque cum ipsi easdem nomine iuris dicte ecclesie Agriensis ut terras et piscaturas ad prefatam possessionem Hydwegh pertinere debentes prenominato domino Nicolao episcopo in personaque sua eidem magistro Dok literato statuere voluisset, tandem iidem Andreas et Emericus famuli et alter Andreas villicus vice et nomine ipsius Stephani filii Pauli domini eorum, ipsos non a reambulacione sed a statucione memoratarum particularum terre et piscaturarum prohibuissent nemine alio contradictore apparente; et quia series predictarum literarum nostrarum hoc exprimeret, ut si dictus Stephanus in recaptivacione et statucione aliquarum particularum terre vel piscine contradiceret, ipsum citare non incumberet, quia absque aliquali citacione in die reportacionis seriei premissorum coram nobis comparendo racionem sue contradiccionis reddere oporteret, ideo non citassent Stephanum supradictum; et quia tunc in illis partibus in quibus predicte possessiones Hydwegh ad haberentur, nimia inundacio aquarum prevaluisset, pretactas particulas terre et piscaturas nec ream-

quod si iidem magistri Berend et Gregorius in equaciis mancipiis et rebus a patre eorum derelictis, ut dicerent apud eundem magistrum Martinum habitis, exceptis rebus per ipsum magistrum Martinum propriis suis serviciis vel expensis proprio ingenio acquisitis, porcionem iudiciario ordine requirere vellent, dum vellent et valerent, liberam habeant facultatem. Cumque nos factis ipsarum literarum capituli Budensis exhibicionibus, ad premissarum quinquaginta marcarum solucionem per predictum magistrum Berend iamdicto magistro fratri suo premissis de causis faciendam, terminum legitimum iuxta aliarum literarum nostrarum exinde confectarum continenciam assignantes, pretactos procuratores dictorum magistrorum Martini et Berend filiorum Berend, ac Gregorium filium eiusdem Berend, de eo, utrum iidem magistri Martinus et Berend ac ipse Gregorius filius eiusdem Berend premissam divisionem possessionariam, iuxta earumdem literarum capituli Budensis seriem, sub condicionibusque in eisdem expressis inter eos factam ratam inter se habentes, in perpetuum et immutabiliter inter ipsos observare velint vel ne, vicibus trinis, ut nostro iudiciario inest officio, requisitos habuissemus, mox iidem procuratores dictorum magistrorum Martini et Berend eosdem magistros Martinum et Berend, et idem magister Gregorius se ipsum premissam divisionem possessionarium iuxta totalem pretactarum literarum capituli Budensis seriem et continenciam, et sub condicionibus expressis in eisdem, ratam per omnia habentes atque firmam, immutabiliter et in perpetuum inter se observare velle allegarunt et spoponderunt coram nobis .. Datum Bude, duodecimo die octavarum festi Nativitatis beate virginis predictarum, anno domini M° CCC° XL^mo septimo.

A függő pecsét hiányzik. Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. B. A. 938. 4. dipl. lt. 3937. Közli: Kovács N.

scriptas nobis presentarant, in quibus videramus contineri . . quod ipsum capitulum Wachiense premissis literis nostris iudiciariam nostram deliberacionem exprimentibus . . receptis unacum Michaele filio Johannis de Koch homine regio in eisdem literis nostris contento, eorum hominem virum idoneum dominum Benedictum sacerdotem chori ipsorum transmisissent pro testimonio . . qui demum ad ipsum capitulum reversi . . retulissent, quod ipsi in predictis octavis festi Pentecostes nunc proxime preteritis ad facienda premissa per nos in literis nostris pro termino assignatis ad faciem dictarum particularum terre, silve, nemorum ac piscinarum a parte possessionis Pauli filii Stephani Olnad vocate existencium accessissent, et ibi magistro Dok literato in persona dicti domini episcopi auctoritate procuratoria, dicto vero Stephano personaliter comparentibus, vicinisque et commetaneis earumdem legitime convocatis et presentibus, dictas particulas terre imo quasi insulas cum silvis, nemoribus et piscinis duabus ex circumquaque earumdem insularum existentibus, omnia secundum continenciam priorum literarum nostrarum per dictum procuratorem dicti domini episcopi ibi exhibitarum peragendo, reambulassent, et dum reambulatas et ab aliis vicinariis possessionibus separatas ad dictam possessionem ipsius domini episcopi Agriensis Hydwegh vocatam applicando nomine sui iuris statuere voluissent, predictus Stephanus filius Pauli ipsos non a reambulacione sed a dicta statucione personaliter prohibuisset, nemine alio contradictore inibi apparente; quasquidem particulas possessionarias cum omnibus suis utilitatibus unacum predictis vicinis et commetaneis ac aliis probis viris inibi convocatis, pro tredecim marcis estimassent. Quarum literarum perlectis continenciis, licet pretacta causa parcium alio iudicio iuxta regni antiquam consvetudinem per nos terminari debuerit, volentibus tamen parcium procuratoribus prenotatis, et eorum peticionibus instantissimis, ne in premisse litis diutino processu plures expensarum consumciones facere, laboresque fatigabiles ulterius partes supportare contingeret, unacum regni baronibus et nobilibus nobiscum in iudicio consedentibus commiseramus ates, ut predictus Stephanus filius Pauli de Olnad tredenobilibus sibi similibus se incluso in octavis sancti

die termini reportacionis serici iuramenti prenotati, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo septimo.

A zöld és piros selyemsodratokon függött pecsét elveszett. Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1537. 7. dipl. oszt. 3932. Közli: Kovács N.

56.

1347. Buda, sept. 16. Pál országbíró ítélete következtében, Berend fiai, Márton Berend és Gergely, Nógrád, Szolnok, Békés, Zaránd, Pest és Heves vármegyékben fekvő összes örökölt és szerzett birtokaikat a budai káptalan közbenjöttével maguk között három részre felosztják.

Nos comes Paulus iudex curie . . significamus . . quod Martinus filius Iwanka pro magistro Martino filio Berend . . iuxta continenciam literarum conventus cruciferorum ecclesie sancte Trinitatis de Calidis Aquis evocatoriarum, in octavis festi Paschce domini nunc proxime preteritis, ad nostram accedens presenciam, contra magistros Berend et Gregorium filios eiusdem Berend, fratres ipsius magistri Martini uterinos, in figura nostri iudicii proposuerat eo modo, quod idem magister Martinus in omnibus possessionibus hereditariis ubilibet ipsos iure hereditario contingentibus, ab eisdem magistris Berend et Gregorio fratribus suis divisionem perennalem ad predia separando sibi congruentem habere vellet iure admittente; quo audito prenominati magistri Berend et Gregorius personaliter exsurgentes, responderunt ex adverso, quod si idem magister Martinus frater ipsorum in omnibus eorum possessionibus hereditariis acquisiticiis et emticiis per ipsum hactenus obtentis, inventis et possessis, nuncque apud manus suas existentibus, exceptis solummodo possessionibus nomine impignoraticio conservatis, divisionem cum ipsis facere intenderet coequalem, extunc ipsi in omnibus eorum possessionibus hereditariis acquisiticiis et emticiis, per ipsos vel eorum quemlibet modo simili acquisitis et obtentis, nuncque erga eorum manus habitis et existentibus, demtis saltem possessionibus premisso iure impignoraticio

facto terre litigiose. silve, nemorum, piscinarum. pro tredecim marcis estimate in uno loco comparendo, presente Petro literato legitimo procuratore dicti domini episcopi Agriensis vidente et audiente, resolutis cingulis, discalciatisque pedibus et terram super capita eorum in manibus levando, ac generaliter prout moris esset iuxta regni consvetudinem iurare super terram, prestitisset sacramentum super eo, quod predicte particule terre litigiose in tredecim marcis estimate sibi hereditarii iuris titulo ab antiquo pertinentes fuissent et nunc pertinere deberent, metaque dicte possessionis Olnad semper ab antiquo fluvius Sayo vocatus a predicta possessione domini episcopi Agriensis Hydwegh nominata distingens exstitisset et nunc existeret; peractaque sacramentali deposicione, predictas particulas terre, nullo contradictore replicante, prefato Stephano filio Pauli ad eandem possessionem Olnad applicando statuissent perpetuo iure possidendas . . Verum quia predictum Stephanum filium Pauli de Olnad, super premissis particulis terris litigiosis in tredecim marcis estimatis, tredecimo se nobilibus cum duodecim scilicet nobilibus supranominatis coniuratoribus suis in facie dicte possessionis Olnad comparendo, in pretactis octavis festi sancti Stephani regis, pretactis hominibus domini regis et conventus de Jazow ac magistro Petro legitimo procuratore dicti domini episcopi Agriensis presentibus, iuxta totalem iudiciarie commissionis nostre formam, suum rite et legitime deposuisse iuramentum, easdemque terras litigiosas nullo contradictore apparente, eidem Stephano filio Pauli ad dictam possessionem suam Olnad applicando statutas fuisse ex serie preexhibitarum literarum conventus de Jazow annotati reperiebamus, ideo nos easdem particulas terras litigiosas in dictis tredecim marcis estimatas . . simul cum . . utilitatibus universis ad easdem pertinentibus, eidem Stephano filio Pauli, eo iure quo sibi pertinere dinoscuntur, sine preiudicio iuris alieni, adiudicavimus perpetuo possidere et habere; ipsum autem dominum Nicolaum episcopum Agriensem pro indebita earumdem particularum terrarum litigiosarum requisicione in emenda estimacionis earumdem, scilicet in predictis tre- marcis, contra eundem Stephanum filium Pauli com- ncialiter aggravari . . Datum Bude, duodecim

die termini reportacionis seriei iuramenti prenotati, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo septimo.

A zöld és piros selyemsodratokon függött pecsét elveszett. Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1537. 7. dipl. oszt. 3932. Közli: Kovács N.

56.

1347. Buda, sept. 16. Pál országbíró ítélete következtében, Berend fiai, Márton Berend és Gergely, Nógrád, Szolnok, Békés, Zaránd, Pest és Heves vármegyékben fekvő összes örökölt és szerzett birtokaikat a budai káptalan közbenjöttével maguk között három részre felosztják.

Nos comes Paulus iudex curie . . significamus . . quod Martinus filius Iwanka pro magistro Martino filio Berend . . iuxta continenciam literarum conventus cruciferorum ecclesie sancte Trinitatis de Calidis Aquis evocatoriarum, in octavis festi Paschce domini nunc proxime preteritis, ad nostram accedens presenciam, contra magistros Berend et Gregorium filios eiusdem Berend, fratres ipsius magistri Martini uterinos, in figura nostri iudicii proposuerat eo modo, quod idem magister Martinus in omnibus possessionibus hereditariis ubilibet ipsos iure hereditario contingentibus, ab eisdem magistris Berend et Gregorio fratribus suis divisionem perennalem ad predia separando sibi congruentem habere vellet iure admittente; quo audito prenominati magistri Berend et Gregorius personaliter exsurgentes, responderunt ex adverso, quod si idem magister Martinus frater ipsorum in omnibus eorum possessionibus hereditariis acquisiticiis et emticiis per ipsum hactenus obtentis, inventis et possessis, nuncque apud manus suas existentibus, exceptis solummodo possessionibus nomine impignoraticio conservatis, divisionem cum ipsis facere intenderet coequalem, extunc ipsi in omnibus eorum possessionibus hereditariis acquisiticiis et emticiis, per ipsos vel eorum quemlibet modo simili acquisitis et obtentis, nuncque erga eorum manus habitis et existentibus, demtis saltem possessionibus premisso iure impignoraticio

commetaneis eorumdem universis legitime convocatis, et predictis magistris Martino Berend et Gregorio filiis Berend presentibus et personaliter adherentibus accessissent, et idem magister Martinus in eorum presencia iuxta adiudicacionem nostram accedendo, consideratis ipsarum possessionum utilitatibus pertinenciis et fructuositatibus universis, ipsas possessiones, exceptis solummodo possessionibus ipsos vel quemlibet eorum iure impignoraticio contingentibus, propter sue annositatis condecenciam, in tres partes equales, prout ipse possessiones ipsos vel quemlibet eorum titulo iuridico contigissent, absque preiudicio iurium quorumlibet aliorum, divisisset in hunc modum: primo et principaliter predictam possessionem Acha vocatam in comitatu Neugradiensi existentem, prout ipsos contigisset, cum quibusdam terris seu possessionariis porcionibus, videlicet Sykar, Seureg, Rakazow et Beltuk vocatis, et aliis quibuslibet pertinenciis ac ad ipsam undique de iure ac sine lesione iurium aliorum spectantibus et qualicunque nominis vocabulo vocitatis ad unam partem; item possessionariam porcionem in possessione Raad vocata habitam, ipsos de iure contingentem, et sine preiudicio iurium quorumlibet aliorum, cum quibusdam possessionariis porcionibus, videlicet Rekas, Zaaz, Eech, Mirushobna in comitatu de Zolnuk, item duas villas Beren vocatas in comitatu de Bekes, item Wossan in comitatu de Zarand existentes, cum omnibus earum utilitatibus et pertinenciis universis, similiter ut ipsos contingeret et absque preiudicio iurium quorumlibet aliorum ad secundam partem seu porcionem; item duas possessiones Nogzele et Kyszele vocatas, cum aliis duabus possessionibus Bethlentekeye vocatis, cum duabus ecclesiis lapideis in eisdem existentibus, item Tetetlen Weyn cum ecclesia lapidea et Hurch in comitatu de Zolnuk, item possessione Bykche Nicolai filii Babus vocata in comitatu Pestiensi, item Hurch et Purumsapia in comitatu Heueswyuar, ac Saap in comitatu Zonuk existentibus, similiter ut eos contingeret et absque lesione iurium quorumlibet aliorum ad terciam partem seu porcionem dividendo posuisset et commisisset, ut quicunque parcium seu quicunque ex ipsis prenotatam primam partem, videlicet possessionem Acha cum suis attinenciis, et ad primam partem seu porcionem

equaciis mancipiis et rebus a patre eorum derelictis, nunc apud eundem magistrum Martinum ut iidem Berend et Gregorius dicebant habitis et existentibus, exceptis rebus solum per ipsum magistrum Martinum propria sua industria acquisitis, porcionem iudiciario ordine requirere vellent, ut expresserant, facta finali dicte possessionarie divisionis decisione, liberam acquirendi dum vellent et valerent haberent facultatem. Tandem ipsis octavis festi Nativitatis beate virginis occurrentibus, pro dicto magistro Martino filio Berend Paulus filius Gerardi . . ab una, et dictus magister Gregorius filius eiusdem Berend personaliter, pro predicto vero magistro Berend fratre eiusdem uterino Franciscus filius Dominici de Donisinazech . . parte ex altera ad nostram accedentes presenciam, literas prescripti capituli ecclesie Budensis memorialiter confectas nostro iudiciario examini demonstrarunt, continentes seriose, quod ipsum capitulum Budense receptis literis nostris memorialibus nostre iudiciarie deliberacionis modum . et formam exprimentibus . . perlectis et intellectis . . cum Egidio filio Dominici homine regie maiestatis in serie aliarum literarum nostrarum ipsis destinatarum, absente Stephano filio Johannis filii Lotharth qui prius in literis prius memoratis ad hoc deputatus similiter pro homine regio fuisset, ut in eisdem contineretur ad hoc deputato, ipsorum homines . . videlicet magistros Michaelem custodem socium et concanonicum ipsorum ac Thomam succentorem ecclesie eorum prenotate, ad possessionariam divisionem inter magistros Martinum, Berend et Gregorium filios Berend iuxta seriem predictarum literarum nostrarum faciendam ut infra declaretur pro testimoniis duxissent destinandos; qui demum . . retulissent, quod ea que in sepedictis literis nostris continerentur, fideliter prosequi volentes, in octavis festi beati Jacobi apostoli proxime preteriti per nos ad hoc pro termino assignatis et aliis diebus subsequentibus ad hoc aptis et opportunis, primo ad faciem cuiusdam possessionis predictorum filiorum Berend Acha vocate ipsorum hereditarii iuris successorio contingentis, et demum ad faciem aliarum possessionum eorumdem hereditariarum acquisiticiarum et aliarum ubilibet habitarum et existencium ac pequemcunque ipsorum acquisitarum et inventarum, vicinis e

istri
rum
pos-
ciam
tibus
per-
preor-
er nos
assum-
nsu et
ssessio-
e facta
aliquem
dem pos-
el deten-
d eandem
n magistri
m de cuius
perdita esset,
t peractis, idem
stimoniis, habita
, et predictis ma-
seu porciones pro se
tantibus sub condicio-
signata eidem magistro
mente, unicuique parcium
istris Berend et Gregorio,
nvicem recipientibus, terciam
gistro Martino filio Berend ad
notatum est, exceptis possessio-
eorum iure impignoraticio contin-
tiquarum distinccionibus usque nunc
ipsis in nominatis possessionibus vel
ibus quas dividere potuissent, in nullo
reiudicio iurium in omnibus et ubi-
ut ipsos contingere dinoscerentur,
petuo possidendas ipsis et eorum
bendas; hoc eciam expressissent,

positam reciperet, aliis duabus partibus seu alias duas porciones superius expressas recipientibus centum marcas in termino sibi dando, videlicet quinquaginta marcas uni parcium, et alias quinquaginta marcas alteri parcium solvere teneretur propter melioritatem predicte possessionis Acha seu porcionis ad dictam partem posite; hoc eciam commisisset, et ipse partes benivole assumsissent, quod cuicunque parcium predictarum predicta possessio Acha vocata cum suis attinenciis et ad primam porcionem posita cederet, alie partes scilicet alias porciones duas recipientes in ipsam possessionem Acha et ad eandem pertinentes nullo modo, hoc est, nec iuris hereditarii titulo nec pignoraticio nec emticio valerent se intromittere, nisi ipsum in cuius porcionem dicta possessio Acha cum suis attinenciis veniret, absque heredum solacio decedere contingeret de hoc mundo; et tunc alie due partes vel earum successores, ut iuris ordo expostularet, in ipsam se intromittendi liberam haberent facultatem. Istis autem omnibus factis et peractis, ac divisione prenotata et dicto modo facta, iuxta continenciam predictarum literarum nostrarum et partibus predictis benivole acceptantibus, predicti magistri Berend et Gregorius filii Berend simul et invicem porciones eorum, videlicet duas porciones, scilicet predictam possessionem Acha vocatam, in qua esset ecclesia lapidea, cum omnibus aliis possessionariis porcionibus, scilicet ad primam partem seu porcionem positis et nominatis et earumdem utilitatibus et pertinenciis, item possessionariam porcionem in possessione Raad vocata habitam, prout ipsos contingeret, cum aliis possessionibus et possessionariis porcionibus, cum ecclesiis lapideis, videlicet in Raad, prout eis conveniret, in Rekas, in Zaas et Beren existentibus, et aliis possessionibus pertinenciisque universis earumdem, ad secundam partem seu porcionem positis et nominatis, pro se pacifice et benivole ac sine divisione inter ipsos magistros Berend et Gregorium eligendo, et eodem magistro Martino permittente et consenciente recepissent; ita quod medietas omnium possessionum et possessionariarum porcionum ac omnium utilitatum et proventuum, ad dictas duas porciones cessarum seu positarum, nec non omnium possessionum et possessionariarum porcionum, per quemcunque ipsorum aliquo-

modo acquirendarum et inveniendarum in futurum, magistri Berend, et alia medietas ipsius magistri Gregorii et eorum successorum fieri deberent in perpetuum; predictis autem possessionibus Nogzele et Kyszele, cum aliis omnibus ad terciam porcionem superius expressam positis, cum earum utilitatibus et pertinenciis universis predicto Martino similiter iure perpetuo remanentibus; et ipsas quinquaginta marcas, ut preordinatum exstitisset, idem magister Berend in termino per nos assignando eidem predicto magistro Martino solvere assumsisset; hoc eciam ordinassent et assumsissent pari consensu et voluntate, quod si processu temporum ex predictis possessionibus vel possessionariis porcionibus premissa divisione facta ad dictas tres partes seu porciones positis et cessis per aliquem aliquo ordine iuris recaptivaretur, et gravamine eiusdem possessionis scilicet propter indebitam occupacionem vel detencionem eadem possessio vel aliqua pars eiusdem aut ad eandem pertinencium perderetur ab eodem, extunc iidem magistri Martinus Berend et Gregorius communiter eidem de cuius porcione ipsa possessio vel possessionaria porcio perdita esset, reintegrare tenerentur. Quibus omnibus factis et peractis, idem homo regius, presentibus predictis ipsorum testimoniis, habita si quidem predicta possessionaria divisione, et predictis magistris Berend et Gregorio . . duas partes seu porciones pro se perpetua stabilitate eligentibus et acceptantibus sub condicionibus premissis, et tercia porcione presignata eidem magistro Martino similiter iure perpetuo remanente, unicuique parcium videlicet duas porciones ipsis magistris Berend et Gregorio, ut premissum esset, simul et invicem recipientibus, terciam vero porcionem predicto magistro Martino filio Berend ad predia separando, et ut supra notatum est, exceptis possessionibus ipsos vel quemlibet eorum iure impignoraticio contingentibus, sub metarum antiquarum distinccionibus usque nunc contentis, partibus sibi ipsis in nominatis possessionibus vel possessionariis porcionibus quas dividere potuissent, in nullo contradicentibus, absque preiudicio iurium in omnibus et ubique quorumlibet aliorum, et ut ipsos contingere dinoscerentur, reliquisset et statuisset perpetuo possidendas ipsis et eorum successoribus tenendas et habendas; hoc eciam expressissent,

quod si iidem magistri Berend et Gregorius in equaciis mancipiis et rebus a patre eorum derelictis, ut dicerent apud eundem magistrum Martinum habitis, exceptis rebus per ipsum magistrum Martinum propriis suis serviciis vel expensis proprio ingenio acquisitis, porcionem iudiciario ordine requirere vellent, dum vellent et valerent, liberam habeant facultatem. Cumque nos factis ipsarum literarum capituli Budensis exhibicionibus, ad premissarum quinquaginta marcarum solucionem per predictum magistrum Berend iamdicto magistro fratri suo premissis de causis faciendam, terminum legitimum iuxta aliarum literarum nostrarum exinde confectarum continenciam assignantes, pretactos procuratores dictorum magistrorum Martini et Berend filiorum Berend, ac Gregorium filium eiusdem Berend, de eo, utrum iidem magistri Martinus et Berend ac ipse Gregorius filius eiusdem Berend premissam divisionem possessionariam, iuxta earumdem literarum capituli Budensis seriem, sub condicionibusque in eisdem expressis inter eos factam ratam inter se habentes, in perpetuum et immutabiliter inter ipsos observare velint vel ne, vicibus trinis, ut nostro iudiciario inest officio, requisitos habuissemus, mox iidem procuratores dictorum magistrorum Martini et Berend eosdem magistros Martinum et Berend, et idem magister Gregorius se ipsum premissam divisionem possessionarium iuxta totalem pretactarum literarum capituli Budensis seriem et continenciam, et sub condicionibus expressis in eisdem, ratam per omnia habentes atque firmam, immutabiliter et in perpetuum inter se observare velle allegarunt et spoponderunt coram nobis . . Datum Bude, duodecimo die octavarum festi Nativitatis beate virginis predictarum, anno domini M° CCC° XL^mo septimo.

A függő pecsét hiányzik. Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 938. 4. dipl. lt. 3937. Közli: Kovács N.

57.

1347. Vasvár, sept. 24. Vas vármegye alispánja és szolgabirái, Ottfi Domokos macsói bánt bizonyos bírság megfizetéséről Gersei Pethő részére nyugtatják.

Nos magister Laurencius filius Herbordi vicecomes et iudices nobilium comitatus Castriferrei, damus pro memoria, quod Dominicus banus de Mochou de iudicio pacis cum Petheu filio Mark coram nobis habite, nobis plenariam impendit satisfaccionem; unde ipsum Dominicum banum racione dicti iudicii pacis reddimus expeditum et per omnia absolutum, tenore presencium mediante. Datum in Castroferreo, feria secunda proxima ante festum beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCC° XXX^mo^ septimo.

Papiron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a gr. Festetics cs. keszthelyi ltárában »Castriferrei« 32. b.

58.

1347. sept. 30. A hatvani convent jelentése I. Lajos királyhoz, hogy Szilvaegyház nevü Heves vármegyei birtokot Ugrai Cseley fia Balázs soha sem bírta.

.. Ludovico .. regi .. Paulus prepositus et conventus monasterii beate Margarethe virginis et martiris de Hothuon .. literas vestre excellencie .. recepimus hunc tenorem continentes: Ludovicus .. rex .. conventui de Hothuon .. fidelitati vestre .. mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, coram quo Johannes filius Petri filii Terestienen de Saar, vel Elek de eadem, aut Michael filius Sykusd de Myse, sive Ictor de eadem, vel ipsis absentibus Paulus de Chereukuz homo noster, ab omnibus quibus decet et licet, sciat et inquirat omnimodam veritatem super eo, si possessio Zyluaeghaz vocata in comitatu de Heveswyuar existens, pertinens sit et pertineat Blasio filio Cheley de Vgra nec ne, et post hec, prout vobis veritas super hoc constiterit, nobis ..

rescribatis. Datum Bude, sabbato proximo post festum beati Mathei apostoli et evangeliste, anno domini M° CCC° XL^mo septimo. Nos igitur . . unacum predicto Ictore de Myse homine vesto nostrum hominem . . fratrem Johannem custodem ecclesie nostre ad premissa mandata vestra exequenda pro testimonio transmisimus; qui tandem ad nos reversi nobis consona voce retulerunt, quod ipsi feria quinta proxima ante festum beati Michaelis archangeli proxime preterita in prefato comitatu de Heueswywar procedendo, ab omnibus quibus decuit et licuit, specialiter a vicinis et commetaneis dicte possessionis Zyluaeghaz vocate, talem scivissent de premissis veritatem, quod ipsa possessio Zyluaeghaz in prenominato comitatu Heueswywar existens, nunquam prenotato Blasio filio Cheley pertinens fuisset et pertinuisset. Datum in dominica proxima post festum sancti Michaelis archangeli predictum, anno supradicto.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 8. 25. dipl. oszt. 3935. Közli: Kovács N.

59.

1347. oct. 3. I. Lajos király Kapi nevü Sáros vármegyei birtokot Mogloch nevü várhelylyel, Poháros Péternek Abauj vármegye főispánjának adományozza.

Ludovicus . . rex . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod magister Petrus dictus Paharus filius Nicolai dicti Genge aule nostre miles comes de Abawyuar dilectus nobis et fidelis, ad nostre maiestatis presenciam accedendo, suas fidelitates et serviciorum preclara merita per eundem nostre maiestati sollerti cura in continuis locis et temporibus oportunis exhibitas et impensa proponens et declarans ac nostre memorans maiestati, quandam possessionem nostram in comitatu de Sarus existentem Copy vocatam, cum suis pertinenciis universis, specialiter cum loco castri Mogloch nominati, que quondam tempore . . Karoli olim . . regis . . patris nostri . . a Blasio filio Fuldruh, Ladislao et Johanne fratribus suis, in com-

cambium possessionis regalis Olazy vocate in comitatu Zemliniensi existentis regiis manibus devenissent, tamquam de iure nostre collacioni pertinentes, a nobis sibi dari et conferri perpetuo postulavit; itaque nos qui de innata regali pietate quorumlibet fidelitates et servicia animo debemus metiri pietatis, pensatis et circumspectis fidelitatibus et serviciorum laudedignis meritis prenominati magistri Petri dicti Paharus, quibus primum . . Karolo regi patri nostro . . ipso sceptra regni Hungarici laudabiliter portante, tempore nostre infancie noster pedagogus existendo, et demum dicto patre nostro divino nutu superveniente debitum exsolvente omnis carnis, nobis continue collateraliter in cunctis nostris et regni nostri negociis, prosperis pariter et adversis fortune casibus se exponens studuit complacere et se reddere graciosum utique et acceptum, specialiter serviciis ipsius magistri Petri dicti Paharus laudedignis et suis posteris non immerito predicandis, scilicet in exercitu nostro circa mare ante Jadram civitatem nostram contra Wenecenienses iura nostra regalia avide usurpantes habito, cum effusione sui sangvinis et excidio ac nece sui famuli in conspectu nostre maiestatis exhibitis recordantes, in aliqualem recompensacionem tot et tantorum serviciorum eiusdem, dictam possessionem Copy vocatam cum suis pertinenciis quibuslibet, specialiter cum loco dicti castri Mogloch sub suis veris metis et antiquis quibus hactenus possesse exstiterunt, prout nostre collacioni pertinere dinoscuntur, eidem magistro Petro dicto Paharus et per eum suis heredibus . . nove donacionis nostre titulo . donavimus perpetuo . . possidendas . . de beneplacita voluntate serenissime principisse domine Elizabeth regine Hungarie genitricis nostre . . ac de consilio prelatorum et baronum nostrorum prematuro, sine tamen preiudicio iuris alieni. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes eidem magistro Petro concessimus literas nostras privilegiales dupplicis sigilli nostri autentici munimine roboratas. Datum per manus . . magistri Tatamerii Albensis ecclesie prepositi aule nostre vicecancellarii . . anno domini M° CCC° XL^mo septimo, quinto nonas Octobris, regni autem nostri anno sexto; venerabilibus in Christo patribus dominis Chanadino Strigoniensi locique eiusdem comite perpetuo, Stephano Colocensi, Nicolao

Jadriensi et Dominicio Spalatensi archiepiscopis; Nicolao Agriensi, Andrea Transilvano, Demetrio Waradiensi, Jacobo Zagrąbiensi, Nicolao Quinqueecclesiensi, Petro Sirmiensi, Gregorio Chanadiensi, Laurencio Boznensi, Colomano Jauriensi, Michaele Waciensi ecclesiarum episcopis, Johanne Wesprimiensi et Nicolao Nitriensi electis confirmatis . . magnificis viris Nicolao palatino et iudice comanorum, Stephano voyuoda Transilvano comite de Zonuk, Oliverio magistro tavarnicorum nostrorum, comite Paulo iudice curie nostre, Paulo magistro tavarnicorum reginalium, Nicolao tocius Sclavonie et Croacie, et Dominico de Machow banis, Nicolao pincernarum, Iwanka dapiferorum et Dionisio agasonum nostrorum magistris, ac magistro Nicolao dicto Treutul comite Posoniensi . .

Két függő pecséttel, a régibb zöld és vörös, az ujabb sötét kék és vörös selyem zsinóron függ. Az adománylevelet ugyanis az ismeretes utóirattal ellátva I. Lajos király nevezett Péter fiának Miklósnak kérésére 1364-ben megerősíti s elveszett pecsétje helyett új pecsétjét is reá függeszteti. Az oklevél eredetije a Kapy cs. ltárában őriztetik. K. fasc. II. nro. 1.

60.

1347. Buda, oct. 6. I. Lajos király előtt István erdélyi vajda az András fiának Miklósnak mint nyilvános gonosztevőnek bírói kézre jutott Devecser nevü birtokát Doboka vármegyében, Járai Péter alvajdának kétszáz márkáért zálogba adja.

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod magnificus vir Stephanus voyvoda Transsilvanus et comes de Zonuk . . quoddam privilegium capituli ecclesie Transsilvane . . anno in presenti emanatum, tenorem literarum ipsius Stephani voyvode et seriem inquisicionis et affirmacionis infrascripte continentes exhibuit nostre maiestati, in quo reperiebatur . . quod quia quandam possessionem Deuecher vocatam in comitatu de Doboka existentem iurati assessores et universi nobiles totius partis Transsilvane in trinis congregacionibus generalibus eiusdem Stephani voyvode publice proclamatis, propter publicum latrocinium et furtum Nicolai filii Andree de predicta

Devecher, prout possessionem publici malefactoris in capite et universis possessionibus suis condemnati, ad manus eiusdem Stephani voyvode velud iudicis rite et legitime dedissent et assignassent, ideo idem Stephanus voyvoda adhuc cercius volens de hoc experiri, scribendo predicto capitulo ecclesie Transsilvano, per Akus filium Elley hominem suum sub testimonio eiusdem capituli de facto dicte possessionis Devecher fecisset inquisicionem per hunc modum, quod idem Akus filius Elley homo ipsius Stephani voyvode et . . Ladislaus magnus concanonicus et homo dicti capituli ecclesie Transsilvane die dominica proxima post festum beati Barrabe apostoli nunc preteritum, in Tordam, ubi universi nobiles maiores et minores de septem comitatibus terre Transsilvane per se congregacionem habuissent, pariter accessissent, et ibi predictus Akus filius Elley homo ipsius Stephani voyvode, coram eodem magistro Ladislao homine dicti capituli ecclesie Transsilvane iudices nobilium et iuratos ac seniores et universos nobiles de dictis septem comitatibus terre Transsilvane, ad fidem et fidelitatem eorum deo et sacre corone regie debitam de premissis et veritatem premissorum quesivisset et interrogasset, qui iudices nobilium et iurati ac seniores necnon universi nobiles dictorum septem comitatuum terre Transsilvane pari voluntate consurgentes . . dixissent . . quod ipsis certissime scientibus, predictus Nicolaus filius Andree de Devecher diversa furta et latrocinia ac alia maleficia perpetrasset et fecisset, de quibus furtu et latrocinio ac aliis maleficiis idem Nicolaus filius Andree de Devecher tum tempore voyvodatus Nicolai condam voyvode et in congregacionibus eiusdem, tum eciam in tribus congregacionibus generalibus predicti Stephani voyvode per multos viros nobiles et ignobiles accusatus et denunciatus fuisset, et ob hoc ipsi scilicet iudices nobilium et iurati ac universi nobiles tocius terre Transsilvane maliciam eiusdem Nicolai amplius sustinere et pati non valentes, ipsum Nicolaum filium Andree de Devecher velud publicum furem et latronem ac notorium malefactorem pena capitali puniendum et omnibus suis possessionibus, rebus et bonis privandum, predicto Stephano voyvode tamquam iudici et ad manus eiusdem tradidissent et statuissent, et sic predicta possessio ipsius Nicolai Devecher vocata

cum omnibus utilitatibus suis, pro manifestis excessibus et offensis eiusdem Nicolai, videlicet pro furtu et latrocinio ac aliis maleficiis per eundem perpetratis, licite et de iure ipsi Stephano voyvode et ad ipsum tamquam iudicem remansisset ac deducta et devoluta esset, et ipse Stephanus voyvoda eandem possessionem Devecher vocatam ab ipso Nicolao notorio malefactore ad ipsum devolutam iuste occupasset et teneret; ubi eciam post huiusmodi confessionem predictorum iudicum nobilium iuratorum ac universorum nobilium, Laurencius filius Abel consangvineus predicti Nicolai filii Andree in possessione et rebus ab ipso Nicolao per divisionem separatus, sponte dixisset et narrasset, quod quamvis ipse eundem Nicolaum filium Andree de predictis furtu et latrocinio frequenter occulte et expresse prohibuisset, tamen idem Nicolaus nunquam cessare voluisset, imo eciam sibi nonnulla nocumenta intulisset et fecisset, licet ipse racione consangvineitatis tolerasset et sustinuisset, et ideo idem Nicolaus dicta possessione sua Devecher vocata merito esset et fuisset privatus, et ipse scilicet Laurencius predictum Stephanum voyvodam ab occupacione et detencione predicte possessionis Devecher vocate non prohiberet, nec racione eiusdem possessionis Devecher vocate eidem Stephano voyvode contradiceret; adhuc idem Stephanus voyvoda Transsilvanus exhibuit nobis aliud privilegium eiusdem capituli ecclesie Transsilvane, super statucione eiusdem possessionis confectum, cuius tenor talis est: Capitulum ecclesie Transilvane .. harum serie declaramus, quod cum .. Lodovicus .. rex .. clausas literas suas nobis direxisset in hec verba: Lodovicus .. rex .. capitulo ecclesie Albensis Transsilvane .. dicit nobis magnificus vir Stephanus voyvoda Transsilvanus et comes de Zonuk, quod quedam possessio sua Devecher vocata in comitatu de Dobok existens apud manus suas habita, reambulacione et metarum ereccione plurimum indigeret; quare fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Iwanka de Ws, vel Petrus de Thur, aut Beke filius Ladislai aliis absentibus homo noster ad faciem predicte possessionis accedendo .. reambulet ipsam .. reambulatamque .. statuat ipsam eidem domino Stephano voyvode .. perpetuo possidendam, si non fuerit contra-

dictum, contradictores vero si qui fuerint, citet eosdem contra prefatum dominum Stephanum ad nostram presenciam ad terminum competentem, et post hec . . seriem tocius facti nobis . . rescribatis. Datum Bude, feria quinta proxima ante festum beate Margarethe virginis, anno domini M^mo CCC^mo XL^mo septimo. Nos . . unacum predicto Iwanka de Ws homine suo, hominem nostrum . . Michaelem clericum notarium nostrum vice nostra pro testimonio ad exequendum premissa duximus transmittendum, qui . . dixerunt nobis . . quod ipsi feria sexta proxima post festum sancti Jacobi apostoli proxime nunc preteritum, ad faciem supradicte possessionis Devecher vocate pariter accessissent et ibi omnibus vicinis et commetaneis suis propinquioribus et immediatis, videlicet Laurencio filio Abel de Devecher superiori cum filiis suis, item Johanne et Simone de Aronzenthmiclos, item ex parte magistri Stephani dicti Pagan, Gallo filio Johannis filii Both et Petro filio Jakch famulis et officialibus necnon legitimis procuratoribus eiusdem magistri Stephani dicti Pagan, item magistro Vosk castellano de Baluanus, item Simone Johanne et Nicolao filiis Petri de Chazartelke, item Nicolao et Ladislao dictis Vos, Johanne dicto Ochel et Petro rufo filiis Johannis filii Emuch, necnon Johanne filio Nicolai dicti Vos senioris de sancto Egidio, item Johanne Stephano et Ladislao filiis Thome filii Ambrosii de Gench et aliis multis viris nobilibus, vicinis remocioribus legitime convocatis et presentibus, predictus Iwanka homo domini regis . . coram predicto homine nostro supradictam possessionem Devecher vocatam, que pro excessibus et offensis Nicolai filii Andree de eadem Devecher notorii malefactoris ad predictum Stephanum voyvodam tamquam ad iudicem esset deventa et devoluta, per veteres et antiquas suas metas reambulasset, ubicunque opportunum et necesse videbatur antiquas metas renovando et iuxta eas novas erigendo, ipsam possesionem Devecher vocatam ab omnibus aliis possessionibus et terris separasset et distinxisset; et quia in ipsa reambulacione et metarum antiquarum renovacione et novarum ereccione publice et manifeste coram vicinis et commetaneis facta nullus contradictor exstitisset, nec aliqua prohibicio obviasset, ideo idem Iwanka homo domini regis, sub testimonio hominis nostri

prelibati, iuxta regium mandatum eandem possessionem Devecher vocatam, cum omnibus utilitatibus suis . . sub eisdem metis antiquis renovatis et de novo erectis, necnon cum omni plenitudine sui iuris et dominii, prefato domino Stephano voyvode Transsilvano et comiti de Zonuk statuisset . . eo iure quo sibi attinere dinoscitur perpetuo possidendam . . nullo contradictore . . apparente, imo omnibus predictis viris nobilibus vicinis et commetaneis tam propinquioribus et immediatis quam remocioribus, ibidem presentibus et predicte statucioni ipsius possessionis Devecher vocate eidem domino Stephano voyvode per hominem regium facte benivole consencientibus et ipsum Stephanum voyvodam in eadem possessione Devecher vocata pro vero vicino et commetaneo eorum pacifice assumentibus et recipientibus, ac nihilominus eisdem vicinis et commetaneis ibidem sponte et viva voce dicentibus et narrantibus prefatam possessionem Devecher vocatam pro notoriis offensis supradicti Nicolai filii Andree, videlicet pro furtu latrocinio per eundem sine intermissione illatis et perpetratis, ad ipsum dominum Stephanum voyvodam tamquam iudicem licite et legitime fuisse et esse deventam et devolutam, ipsumque Nicolaum filium Andree velud publicum furem et latronem ac notorium malefactorem, dicta possessione Devecher vocata iusticia svadente privatum; prout hec omnia premissa tam predictus Iwanka homo domini regis, quam idem Michael clericus homo noster concorditer et viva voce retulerunt et dixerunt coram nobis. Mete autem et cursus metarum ipsius possessionis Devecher vocate, prout predicti homines et regius scilicet et noster reambulando rescripserunt . . separantur et distinguntur isto modo: quod primo a parte meridionali a parte ville Gench vocate incipitur in berch in duabus metis antiquis terreis, quarum una a parte septemtrionali existens pro Devecher exstitit renovata, alia vero est pro Gench, iuxta quas unam novam metam terream erexerunt; de quibus in eodem berch eundo versus partem orientalem, in silva in loco Kuzureused vocato sunt due mete terree erecte, una pro Devecher et alia pro Gench; inde procedendo ad partem orientalem, exiendo parum de silva ad meridiem in loco Kuzurusedfey vocato sunt due mete antique terree, quarum una a parte

septemtrionali sita pro Devecher est renovata, alia vero est pro Geuch; abhinc descendendo versus orientem inventa est una meta antiqua currens, que pro Devecher est renovata, de qua tendendo ad orientem sunt tres mete antique terree, quarum una a septemtrione est pro Devecher, alia vero a meridie pro Gench, et tercia ad orientem ostendens; de quibus procedit ad locum Oloperdeyfey vocatum, ubi due mete terree noviter sunt erecte, quarum una est pro Devecher, alia pro Gench; inde procedit versus orientem, in loco Fulniresfey vocato inventa est una meta antiqua terrea, et quia ibi Laurencius filius Abel dixit suam possessionem Devecher superiorem ab eadem Devecher inferiori separari, ideo ibidem duas metas terreas novas, unam pro Devecher inferiori, et aliam pro Devecher superiori erexerunt; ubi reflectitur ad partem septemtrionalem, ascenditque ad berch, et ibi una nova meta terrea circumdans arborem kerkus pro Devecher est erecta; de qua procedendo descendit in gremio silve Oloperdey vocate versus septemtrionem ad vallem, et transit ipsam vallem et rivulum, ascenditque ad montem et cacumen montis Belch vocati, et in eodem Belch tendit quasi versus orientem ad Turmasto, et supra ipsum Turmasto in latere silve sunt due mete terree antique, quarum una a parte septemtrionali est pro Devecher, iuxta quam aliam metam novam terream erexerunt, alia vero a parte meridionali sita est pro Aron-Zenthmiklos; de quibus procedendo per berch versus septemtrionem venit ad alias duas metas terreas antiquas, iuxta quandam viam magnam positas, quarum una ab occidente est pro Devecher, alia vero ab oriente est pro Aron-Zenthmiclosa; inde vadit ad alias duas metas terreas ex utraque parte vie positas, quarum una ab occidente est pro Devecher, alia in radice arboris kerkus est pro Arun-Zenthmiclosa, ubi separatur a metis terre Aron-Zenthmiclosa et incipit tenere metas cum terra Cyke, et procedit per viam antedictam versus septemtrionem ad bonum spacium, salitque de ipsa via ad occidentem, ubi sunt due mete antique terree, una pro Devecher et alia pro terra Cyka; de quibus vadit ad magnam metam antiquam perforatam, que separat Devecher et terris Cyka et Zenthmartun; inde descendendo per berch versus occidentem, in gremio silve Bykerdey

vocate pro Devecher posita est una meta terrea, abhinc desc
dit ad unam metam antiquam terream, de qua descendit
idem berch versus occidentem ad duas metas antiquas,
quibus eundo in eodem berch in quodam monticulo pa
rotundo erexerunt unam novam metam terream, que sepa
Devecher a terra Zenthmartun; hinc procedit per ipsum be
ad unam metam terream antiquam, que pro Devecher est re
vata, de qua descendendo per idem berch venit ad duas me
terreas antiquas, iuxta quas unam novam metam terream
xerunt; inde ascendit per idem berch et venit ad alias d
metas terreas antiquas, iuxta quas una nova meta terrea si
liter est erecta, ubi incipit tenere metas cum terra Vasa
vocata; deinde procedit versus occidentem ad locum Kechl
hatfey vocatum, ubi unam novam metam terream pro Devec
erexerunt, de qua descendendo ad acutum berch, in quo a p
occidentali unam novam metam terream erexerunt, que sep
Devecher a terra Vasarhel; inde descendit ex obliquo ve
occidentem per terras arabiles ad vallem, transitque v
magnam et ibi est una nova meta terrea erecta pro Devecl
abhinc ascendit ad silvam Oldolerdew vocatam et in intr
ipsius silve pro Devecher erecta est una nova meta terrea,
qua ascendit in silvam versus partem meridionalem, tendit
bonum spacium ad quoddam berch, pendens ad rivulum M
vocatum, in quo berch erecta est una nova meta terrea
Devecher; de qua procedendo versus meridiem iterum ad be
et revertitur ad metas principales, et sic mete ipsius pos
sionis Devecher vocate distinguntur et terminantur. U
licet nos in predictis literis ipsius domini nostri regis
dando privilegio nostro super premissis non habuerimus
ob hoc predictam reambulacionem et statucionem ipsius
sessionis Devecher vocate cum cursibus metarum eius ac
sensu vicinorum et commetaneorum suorum predicto dor
nostro regi iuxta mandatum eius seriatim rescripserimus, r
lominus tamen communi iusticia svadente, ad peticionem
dicti domini Stephani voyvode eciam presentes literas nos
privilegiales pendenti sigillo nostro communitas in eviden
testimonium premissorum duximus concedendas. Datur
dominica proxima post octavas predicti festi beati Ja

apostoli, anno domini M^mo CCC^mo XL^mo septimo; Dominico preposito, Michaele cantore, Lorando custode et Nicolao archidiacono de Clus decano ecclesie nostre existentibus. Quorum duorum privilegiorum capituli ecclesie Transsilvane tenoribus et continenciis perlectis, idem Stephanus voyvoda a nobis humiliter .. postulavit, ut predictam possessionem Devecher quondam prelibati Nicolai filii Andree de eadem, ex premissis racionibus et vigoribus manibus suis iudiciariis rite et legitime devolutam et nemine contradictore existente sibi statutam Petro filio Michaelis de Jara vicevoyvode suo impignoracionis titulo obligare de nostra regia gracia et permissione speciali sibi permittere et consentire dignaremur; verum quia prefatum Nicolaum filium Andree de dicta Devecher pro furtu et latrocinio publico ac aliis maleficiis suis tum tempore voyvodatus Nicolai quondam voyvode Transsilvani et in congregacionibus eiusdem, tum eciam in tribus congregacionibus predicti Stephani voyvode generalibus, rite condemnatum et predicta possessione sua Devecher legitime privatum, eandemque possessionem Devecher per hominem nostrum coram testimonio predicti capituli ecclesie Transsilvane vicinis et commetaneis eiusdem universis legitime convocatis et presentibus et in nullo contradicentibus, imo benivole permittentibus et consencientibus, eidem Stephano voyvode sub metis premissis statutam esse series dictorum privilegiorum capituli pretaxati .. exprimebat, ipsamque possessionem Devecher a tanti temporis spacio nec generaciones vel proximi ipsius Nicolai filii Andree nec vicini et commetanei eiusdem, nec alii quorum redemcioni eadam magis pertinuisset, in tam diversis generalibus congregacionibus primo tempore voyvodatus prefati Nicolai quondam voyvode et demum tempore predicti Stephani nunc voyvode in dictis partibus Transsilvanis publica proclamacione facta celebratis, nec tempore premisse statucionis eiusdem vicinis et commetaneis suis universis convocatis et presentibus eidem Stephano voyvode facte redimere curavissent, ideo nos in hac parte peticionem ipsius Stephani voyvode iustam et legitimam fore cognoscentes, premisse possessionarie impignoracioni per eundem Stephanum voyvodam prelibato Petro vicevoyvode suo ut premittitur faciende, nostrum consensum

regium prebuimus et assensum; ubi idem Stephanus voyvoda coram nobis personaliter comparendo, predictam possessionem Devecher quondam prelibati Nicolai filii Andree de eadem, cum omnibus suis utilitatibus, sub metis premissis et in eodem privilegio capituli ecclesie Transsilvane contentis, eidem Petro vicevoyvode suo similiter personaliter coram nobis astanti, pro ducentis marcis fini argenti ponderis Budensis pleno ab eodem receptis, impignorasse est confessus ut prediximus ex nostra regia permissione speciali; pro eo quia idem Stephanus voyvoda in nostris summe arduis negociis pro recuperandis nostris iuribus regalibus versus partes Italie proficiscens copia pecunia et expensa secum deferenda necessarius existebat, et ob hoc cum pro his, tum eciam dictorum privilegiorum vigoribus consideratis, de consensu .. Elizabeth .. regine .. genitricis nostre .. et consilio prelatorum et baronum nostrorum commisimus regia auctoritate, ut si a modo generaciones vel proximi aut vicini et commetanei prefati Nicolai filii Andree quondam de dicta Devecher vel alii quicunque quorum redemcioni eadem possessio Devecher magis convenire dinosceretur, eam redimere voluerint, non aliter nisi cum predictis ducentis marcis fini argenti ponderis Budensis, pro quibus est impignorata, eandem redimere valeant atque possint; nam sicut principis presidentis auctoritas demeritorum insolencias non debet inultas pertransire, quia si errata non corrigeret, viam delinquendi aperiret, sic bene meritorum pacienciam recommendatam habens et acceptam, dignis premiis et gratis favoribus prosequi debet et tenetur. Datum Bude, in octavis festi beati Michaelis archangeli, anno domini M^mo CCC^mo XL^mo septimo.

I. Lajos királynak 1366. aug. 12-én Járai Péter alvajda kérésére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. dipl. oszt. 3924. Ugyanott megvan az erdélyi káptalan jelentése Járai Péter alvajda beiktatásáról 1347. dec. 13-ikáról, dipl. oszt. 3946. Közli: Kovács N. V. ö. Fejér György i. m. IX. I. 524. l.

61.

1347. Buda, oct. 13. Pál országbíró Rozgonyi Péternek és Lászlónak Sóvári László elleni ügyét, azért mert ez utóbbi a király szolgálatában Olaszországban távol van, elhalasztja.

Nos comes Paulus iudex curie . . damus pro memoria, quod causam, quam Petrus filius Ladislai et Ladislaus filius Johannis de Rozgun, contra Ladislaum filium Johannis de Souar, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum in octavis festi beati Michaelis archangeli movere habebant coram nobis, de regio literatorio mandato, eo quod idem magister Ladislaus in serviciis regalibus in partibus Italie existit constitutus, a predictis octavis beati Michaelis archangeli ad revolucionem annualem earumdem octavarum, sub eodem statu in quo nunc existit, peremtorie duximus prorogandam. Datum Bude, octavo die termini prenotati, anno domini M° CCC° XL^mo septimo.

Papiron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 48. 20. dipl. oszt. 3940. Közli: Kovács N.

62.

1347. Buda, oct. 18. Pál országbíró átírja 1345. évi jan. 29-én kelt saját ítéletét és a boszniai káptalannak 1346. évi febr. 16-án kelt bizonyságlevelét, melyek szerint Maróthi István Sorros nevü Valkó vármegyei birtokát András macsói várnagyra átruházza, s egyszersmind a feleknek Zelezunzad és Gyánfalva nevü birtokaik között a határ megjáratott.

Nos comes Paulus iudex curie .. significamus . . quod Stephanus filius Michaelis famulus magistri Andree filii Nicolai castellani de Machou, in persona eiusdem magistri Andree filii Nicolai domini sui ad nostram accedens presenciam, exhibuit nobis literas nostras et . . capituli ecclesie Boznensis, modum composicionis inter ipsum magistrum Andream filium Nicolai et magistrum Stephanum de Morouth facte exprimentes

patenter confectas, petens nos cum instancia, ut tenorem e[illegible]a
rum . . transscribi . . dignaremur; quarum literarum nostraru[illegible]n
tenor talis est: Nos comes Paulus iudex curie . . memor[illegible]i
commendamus, quod cum magister Andreas filius Nicolai c[illegible]a
stellanus de Machow magistrum Stephanum filium Stepha[illegible]n
de Morouth super iudiciorum et iudicialium gravaminibus, i
quibus racione hospitalitatis quorumdam furum Znynicha[illegible]a
draxin et Znynichaobrad vocatorum in deposicione cuiusda[illegible]n
iuramenti contra ipsum magistrum Andream filium Nico[illegible]la
convictus fuerat, primo evocari, et demum in tribus foris co[illegible]m
provincialibus iuxta continenciam priorum literarum nostraru[illegible]m
et capituli Boznensis proclamatoriarum ad octavas diei Stre[illegible]en
narum publice et manifeste fecisset proclamari, tandem ip[illegible]si
octavis diei Strennarum occurrentibus, Stephano filio Micha[illegible]li
pro predicto magistro Andrea filio Nicolai . . ab una, it[illegible]em
predicto magistro Stephano filio Stephani de Morouth per[illegible]so-
naliter parte ab altera coram nobis constitutis, per eosd[illegible]em
propositum exstitit . . quod ipsi interveniente ordinacione et
composicione baronum et nobilium vestrorum, videlicet dom[illegible]ini
Nicolai . . palatini, Pauli magistri tavarnicorum domine regi ne,
magistri Johannis filii Gelety comitis de Turuch, comitis De[illegible]ceu
de Puk vice iudicis et magistri Pauli de Wgal protonota[illegible]rii
nostri ac aliorum quamplurimorum, super omnibus nocum[illegible]en-
tis . . hinc et inde inter ipsos . . usque diem datarum pres[illegible]en-
cium factis . . mutuo sibi invicem satisfacientes, in talem pa[illegible]cis
et concordie . . devenissent unionem atque devenerunt cor[illegible]am
nobis: quod idem magister Stephanus filius Stephani quand[illegible]am
possessionem Sumus vocatam in comitatu de Wolkow exist[illegible]en-
tem, a Gregorio et Jacobo filiis Apor titulo impignoracio[illegible]nis
sibi devolutam, ipsi magistro Andree filio Nicolai per eosd[illegible]em
filios Apor in ea quantitate pecunie pro qua sibi impignor[illegible]ata
exstitisset dum voluerint redimendam, sub premisse impig[illegible]no-
racionis federe qua sibi fuisset obligata, cum omnibus s[illegible]uis
utilitatibus dedisset et assignasset, ac in dominium eius[illegible]dem
secundo die festi beati Georgii martiris nunc venturi eund[illegible]em
magistrum Andream filium Nicolai introducere, ac inter qu[illegible]am-
dam aliam possessionem suam Dywanfalua et possessio[illegible]nem
magistri Andree filii Nicolai Zelenzad vocatas, in dicto comita[illegible]tu

Wolkow existentes, certas et veras metas, presentibus . . minibus domini regis et testimoniis dicti capituli Boznensis, e per ipsum capitulum ad id transmitti presentibus amica- iter postulamus, tercio die dicti festi beati Georgii martiris ostendere et extradare, ac iuxta veterum et antiquarum me- rum cursus in locis necessariis novas metas erigere . . ac iversas suas literas super impignoracione dicte possessionis mus confectas in manus ipsius magistri Andree filii Nicolai sui procuratoris eodem die in facie dicte possessionis, tem- re statucionis eiusdem, presentibus ipsis hominibus domini gis et testimoniis dicti capituli assignare, et insuper quadra- ita marcas compoti Budensis . . in duobus terminis infra- riptis, videlicet viginti marcas in quindenis predicti festi ati Georgii martiris, et iterum viginti marcas in octavis ati Jacobi apostoli nunc post se se proxime succedentibus, rsolvere teneretur coram nobis; talibus obligacionibus inter- sitis, quod si prime solucionis terminum obmitteret, iudicio um marcarum idem magister Stephanus subiaceret, si vero edictam possessionem Sumus ipsi magistro Andree filii Ni- lai premisse impignoracionis titulo dare, et veras metas cte possessionis Zelenzad vocate ex parte possessionis sue ywanfolua vocate extradare, et iuxta veterum ac verarum etarum cursus in locis necessariis veras metas erigere vel igi facere, ac predictam ultimam solucionem viginti marca- m persolvere in terminis preassumtis non curaret, extunc succubitu duelli facti potencialis convinceretur eo facto . . riem autem statucionis predicte possessionis Sumus vocate metarum ereccionum ac metalium distinccionum dictarum arum possessionum Zelenzad et Dywanfolua vocatarum ad ctas octavas beati Jacobi apostoli, partes in literis ipsius pituli Boznensis nobis tenebuntur reportare. Datum in Vyssegrad, duodecimo die octavarum diei Strennarum pre- ctarum, anno domini M° CCC° XL^mo^ quinto. Tenor vero terarum capituli Boznensis per omnia is est: Nos capitulum cclesie Bozniensis memorie commendamus per presentes, quod am secundum continenciam literarum magnifici viri comitis Pauli iudicis curie domini regis, Stephanus filius Stephani de Morouth quandam possessionem Sumus vocatam in comitatu

de Wolkow existentem, a Gregorio et Jacobo filiis Opor, titulo impignoracionis sibi devolutam, magistro Andree filio Nicolai castellano de Machow secundo die festi beati Georgii martiris, cuius nunc secunda iam preteriisset revolucio annualis, cum omnibus . . pertinenciis . . ad eandem, dare assignare ac in dominium eiusdem eundem magistrum Andream filium Nicolai introducere, ac inter quandam aliam possessionem eiusdem Stephani de Morouth Gyanfolua (igy) et possessionem magistri Andree filii Nicolai Zelenzad vocatas in dicto comitatu de Wolkow existentes, certas et veras metas presentibus Laurencio de Bodun, vel Benedicto filio Gege, aut Dominico de Chyk pro parte ipsius magistri Andree filii Nicolai, item Gregorio dicto Feuldera, vel Michaele filio Elye, aut Gregorio filio Marcelli pro parte ipsius magistri Stephani filii Stephani, hominibus domini regis et nostris testimoniis mediantibus extradare et iuxta veterum ac verarum metarum cursus in locis necessariis novas metas erigere vel facere erigi, tercio die eiusdem festi beati Georgii martiris post restitucionem et reddicionem predicte possessionis Sumus debuisset; ipso itaque termino adveniente, ipsa restitucio possessionis Sumus et renovacio metarum alterius possessionis Gyanfolua ac introduccio dominii ex mandato . . Lodovici . . regis . . statu et ordine tamen earumdem literarum supradicti . . Pauli iudicis curie . . ad quindenas residencie exercitus dicti domini regis fuisset prorogata; tandem iterum ipsis quindenis residencie exercitus regalis advenientibus, cum prefato Laurencio de Bodun homine domini regis discretum virum magistrum Johannem maiorem pro parte ipsius magistri Andree filii Nicolai, pro parte vero ipsius Stephani filii Stephani cum Michaele filio Elye similiter discretum virum magistrum Bene lectorem ecclesie nostre ad exequenda premissa pro testimonio transmisimus, qui postmodum ad nos reversi nobis concorditer retulerunt tali modo, quod cum ipsi in predictis quindenis residencie exercitus domini nostri regis ad faciem dicte possessionis Sumus accessissent, convocatis vicinis et commetaneis dicte possessionis Sumus universis et singulis et ipsis presentibus, prefatus Stephanus filius Stephani de Morouch prefatam possessionem Sumus sub eisdem metis, quibus sibi per predictos Gregorium et Jacobum

filios Opor obligata fuisset pro pignore et sicut ipse usque nunc possedisset, nihil sibi de eadem reliquisset, sed in verum dominium dicte possessionis Sumus introducendo, sepedicto magistro Andree absque contradiccione aliquali, nec aliquo alio contradictore existente, statuisset perpetuo possidendam. Inter prefatas vero possessiones, scilicet possessionem eiusdem Stephani filii Stephani Dyankfolua (így) vocatam, ac supradicti magistri Andree filii Nicolai Zelezunzad vocatam, per veteres metas et antiquas reambulando, ipsas veteres metas et antiquas renovassent: incipiendo primo et principaliter a Surkyboza, iuxta antiquum portum vulgariter Orew vocatum, ubi sunt due nove mete terree per ipsos erecte, inde tendit versus partem meridionalem ad arborem turffa vocatam, sub qua erexissent duas metas terreas, abhinc ad arborem twl, ubi similiter erexissent duas metas terreas, deinde ad arborem nyarfa vocatam, ubi similiter erexissent duas metas terreas, inde procedendo venitur ad duas metas terreas iuxta pratum, exhinc ulterius procedendo, similiter versus meridiem itur ad unam magnam arborem tulfa, sub qua duas terreas metas erexissent, que stat iuxta magnam silvam, quam scilicet separarent antique mete, ex parte occidentis cessisset Stephano filio Stephani de Morouth, a parte vero orientis cessisset magistro Andree prenotato; et sic pacifice et quiete ab invicem fuissent per supradictas metas separati. Datum in quindenis festi Purificacionis virginis gloriose, anno ab incarnacione domini M° CCC° XL^mo sexto. Nos igitur peticionibus predicti Stephani filii Michaelis in persona dicti magistri Andree filii Nicolai domini sui nobis porrectis . . favorabiliter inclinati, predictas literas nostras et dicti capituli Bosnensis patentes de verbo ad verbum presentibus inseri et transscribi, in formamque nostri privilegii redigi et sigilli nostri autentici pendentis munimine fecimus roborari. Datum Bude, in festo beati Luce evangeliste, anno domini M° CCC° quadragesimo septimo.

A pecsét zöld és veres selyem sodraton függött; eredetije a N. Museum könyvtárában. Közli: Kovács N.

63.

1347. Buda, oct. 20. Pál országbíró azon ügyet, mely a margitszigeti apáczák és Dancs fiai között Szakállos birtok s az ottani halászó helyek és vám miatt folyt, elhalasztja.

Nos comes Paulus iudex curie . . damus pro memoria, quod causam quam . . sanctimoniales de Insula Leporum, pro quibus frater Ladislaus . . astitit, contra Stephanum et Nicolaum filios Donch, pro quibus Michael literatus . . comparuit, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum in octavis festi beati regis Stephani, super facto prohibicionis percepcionis usuum fructuum et aliarum utilitatum possessionis Zakalus vocate et quarumdam piscinarum Zeleueze, Benedukueze et Mihalueze nominatarum, et porcionis in aqua Duduagh habitarum, ad dictam possessionem Zakalus ut referebatur pertinencium, necnon recepcionis tributi in eadem possessione Zakalus habiti, movere habebant coram nobis, quia idem Michael literatus legitimus procurator eorumdem Stephani et Nicolai filiorum magistri Donch, eosdem absque interessencia Johannis filii Ladislai filii Donch cum quo iidem filii Donch in possessionibus eorum indivisi forent, respondere non posse allegabat; ideo ad quindenas festi beati Michaelis archangeli nunc venturas eo modo duximus peremtorie prorogandam, ut in ipsis quindenis predicti Stephanus et Nicolaus filii Donch preallegatum Johannem filium Ladislai fratrem ipsorum patruelem, ut dictum exstitit indivisum cum ipsis, ad obiecta religiosarum dominarum predictarum simul cum ipsis peremtorie responsurum, iuxta regni consvetudinem, in causam attrahere teneantur, ut ipso in causam attracto et coram nobis per eosdem filios magistri Donch statuto, super premissis inter partes iudicium et iusticiam facere valeamus, iure exposcente. Datum Bude, octavo die termini prenotati, anno domini M^mo CCC^o XL^mo septimo.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincsosz. N. R. A. 33. 4. dipl. oszt. 3944. Közli: Kovács N.

64.

1347. Esztergom, oct. 30. Csanád esztergomi érsek Elefánti Miklósnak Kerek Pál ellen bizonyos esztergomi ház iránt indított perében halasztást ad.

Nos Chanadinus . . archiepiscopus Strigoniensis locique eiusdem comes perpetuus damus pro memoria, quod causam quam magister Nicolaus filius Mathie nobilis de Elefanth, qui personaliter astitit, iuxta continenciam literarum prorogatoriarum iudicis iuratorum civitatis Strigoniensis, vigesimo quinto die post festum beati Michaelis archangeli, contra Paulum dictum Kerek hospitem de eadem Strigonio movere habebat coram nobis; quo termino adveniente predictus Nicolaus filius Mathie in figura nostri iudicii contra ipsum Paulum Kerek egit isto modo, ut racionem vellet scire, quo iure teneat idem Paulus illam domum quam habitaret, cum sibi annuali censu solvere teneretur; qui quidem Paulus in sui expedicionem quoddam privilegium . . Benedicte priorisse monasterii beate virginis de Insula Strigoniensi et aliarum sociarum suarum conventus eiusdem in anno domini M° CCC° XL^mo primo confectum nobis damonstravit, in quo reperiebatur, quod domina Elizabeth socia et amica ipsarum in suis extremis in presencia Petri presbiteri et omnium aliarum sociarum suarum, necnon aliorum providorum virorum, sic dixisset et commisisset, quod predictus Paulus dictus Kerek de civitate Strigoniensi de suis domibus in eadem civitate existentibus sibi pro censu seu terragio singulis annis unum fertonem dare debuisset et persolvere; sed consideratis serviciis ipsius Pauli, quas sibi tempore sue necessitatis fecisset et impendisset, censum ipsius unius fertonis in medio fertone misisset et relaxasset coram ipsis tali modo, quod ipsum medium fertonem domine Genich fratris sue annis singulis dare et solvere, et ultra id ipsum Paulum dictum Kerek et suos heredes seu successores racione census seu terragii in aliquo aggravare deinceps possint nec presummant; quo audito et perlecto prelibatus Nicolaus filius Mathie contra predictum privilegium aliud instrumentum habere se allegabat, et sibi ad exhibendum a nobis terminum

dari postulabat, nosque unacum aliis discretis viris in iudicio nobiscum consedentibus adiudicantes commisimus, quod prenominatus Nicolaus filius Mathie ipsum instrumentum suum in octavis festi Epiphaniarum domini proxime nunc venturis coram nobis exhibeat, ut inter partes iudicium et iusticiam fieri facere valeamus. Datum Strigonii, septimo die termini prenotati, anno domini M° CCC^mo XL^mo septimo.

Papiron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. 1671. 70. dipl. oszt. 3811. Közli: Kovács N.

65.

1347. oct. 30. A garam-szentbenedeki convent előtt Sárói Bed fia Péter, szolgája helyett, Both fia Péter megsebesítéséért hét és fél márka megfizetésére kötelezi magát.

Nos conventus monasterii sancti Benedicti de iuxta fluvium Goron . . significamus . . quod Petro filio Bede de Sarow pro Nicolao dicto Reynis serviente suo ab una, et Benedicto filio Both parte ab altera, mediantibus probis et nobilibus viris, Nicolao magno filio Bodow et Petro filio Stephani de Kyssarlow, coram nobis personaliter constitutis, propositum per eosdem . . exstitit . . quod super facto vulneracionis ipsius Benedicti filii Both composicione et ordinacione proborum et nobilium virorum interveniente, et precipue racione consangvineitatis et proximitatis, ad plenam et amicabilem pacis unionem devenissent . . eo modo, quod predictus Petrus filius Bede pro Nicolao dicto Reynis famulo suo assumsit dare et solvere prenotato Benedicto septimam dimidiam marcam denariorum wiennensium Budensis compoti coram nobis sine crastinacione in duobus terminis infrascriptis, videlicet in octavis festi Epiphaniarum domini proxime nunc venturis tres marcas, et in octavis diei Cinerum immediate subsequentibus quartam mediam marcam; tali obligacionis pena interposita, ut si primam solucionem obmitteret insolutam, in pena iudicii sive birsagii convinceretur, si vero secundam solucionem negligeret

extunc penam dupli incurreret eo facto . . Datum feria tercia proxima ante festum Omnium Sanctorum, anno domini M^mo CCC^mo XL^mo septimo.

Papiron, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1698. 58. dipl. lt. 3947. Közli: Kovács N.

66.

1347. nov. 12. A budai káptalan előtt Domokos fia István kir. jegyző, és testvérének Pálnak fia István, Heves- Nógrád- Bihar- Bereg- Pilis- Szatmár- és Szabolcs vármegyei közös birtokaikon megosztoznak.

. . capitulum Budensis ecclesie . . ad universorum . . noticiam . . volumus pervenire, quod magistro Stephano filio Dominici speciali notario . . Ludovici . . regis . . sigilli anularis, cum Petro filio suo ab una parte, et Stephano filio Pauli filii eiusdem Dominici fratris sui natu maioris ex altera, coram nobis personaliter constitutis, propositum exstitit per eosdem . . ut possessionariam divisionem infrascriptam inter se fecissent . . perpetuo duraturam, videlicet possessiones Bura Bachanad et Kerekwdwor vocate in comitatu de Heweswyuar, et Vossyan vocata in comitatu Neugradiensi, ac Chukmo et Belmezow vocate in comitatu Bihoriensi, necnon Atya vocata in comitatu de Bereg, et possessionaria porcio Bekasmeger in comitatu Pilisiensi existentes, cum omnibus . . pertinenciis . . cessissent . . in ius et proprietatem ipsorum magistri Stephani et Petri filii sui perennaliter possidende; e converso possessiones Ewr et Apathi vocate ac porciones possessionarie in possessionibus Pathwd et Gernez in comitatu Zothmariensi, necnon possessiones Boog Gyurgy et Nog-Iwan vocate in comitatu Zabooch existentes, similiter cum omnibus . . pertinenciis . . cessissent in ius et proprietatem ipsius Stephani filii Pauli eodem modo perennaliter possidende . . Datum per manus discreti viri magistri Benedicti lectoris ecclesie nostre, secundo die festi beati Martini confessoris, anno domini M° CCC^mo XL^mo

septimo; presentibus . . Michaele custode, Posonio, Jacobo, Thoma, Petro, Michaele, Nicolao, Emerico et aliis canonicis..

A pecsét zöld és vörös selyemsodraton függ; a chyrographum az oklevél alsó szélén van; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 392. 11. dipl. oszt. 3951. Közli: Kovács N.

67.

1347. nov. 18. A pozsonyi káptalan előtt Olgyai Pál és rokonai beleegyeznek, hogy Olgyai Andich nőtlen rokonuk, halála esetére, egyházi célokra szabadon rendelkezhessen.

. . capitulum ecclesie Posoniensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod Paulus filius Andree dicti Chuna, Nicolaus et Michael filii Alberti, item Nicolaus filius Thome nobiles de Ogya in nostri presencia personaliter constituti, nobilem virum magistrum Andych filium Petri de eadem Ogya, qui eciam presens aderat, de suis possessionibus iure hereditario sibi debentibus, que ipso decesso racione generacionis eos contingerent, pro remedio anime sue si quid ecclesiis quibuscunque disponere dare et ordinare seu legare vellet et niteretur, ipso existente sano vel in extremis, prout suo placeret voto seu devocioni, ut optata ex hoc consequeretur, plenam annuendo dederunt potestatem. Datum in octavis festi beati Martini confessoris, anno domini M° CCC^mo XL° septimo.

A pecsét piros és szederjes selyem sodraton függ, alúl chyrographummal; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. Poson. 52. 5. dipl. oszt. 3952. Közli: Kovács N.

68.

1347. nov. 18. Buda város bírája és esküttei előtt, Sebe asszony és fia Domokos, Budavárában a Gilet fia János szomszédságában fekvő házukat Péter polgárnak és nejének hetven márkáért eladják.

Nos Lorandus iudex castri novi montis Pestiensis (.....) filius Johannis, Nicolaus Uluingii, Johannes (.....) Petrus

de Jaurino, Nicolaus (. . . . .) Losnych, Michael filius Kunclini, Nicolaus examinator, Johannes Crispus, Nicolaus (. . . . .) filius Petri et Petrus frater cruciferorum (. . . . .) pro tempore iurati ipsius castri, significamus . . quod domina Sebe relicta Gregorii dicti Ho(. . g . . .) et Dominicus filius eiusdem concives nostri coram nobis personaliter constituti, domum ipsorum in predicto castro situatam in vicinitate domorum magistri Johannis filii Gyelet et Johannis filii Bochk adiacentem, cum fundo curie, cellariis, edificiis, necnon universis utilitatibus . . de consensu omnium proximorum suorum, nullo contradictore existente, vendiderunt . . Petro filio Benedicti et domine Anne uxori eiusdem concivibus nostris et per eos eorum heredibus .. iure perpetuo . . possidendam, pro septuaginta marcis argenti plene receptis ab eisdem; assumserunt nihilominus predicti domina Sebe et Dominicus, eosdem Petrum et dominam Annam ipsorumque heredes, secundum usum et consvetudinem nostre civitatis ab antiquo approbatam, propriis laboribus et expensis expedire ab omnibus racione prenotate domus et universarum utilitatum pertinencium ad eandem volentibus molestare . . Datum in octavis festi beati Martini confessoris, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo septimo.

A kettős pecsét sárga és piros selyemszálakon függ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1537. 13. dipl. oszt. 3953. Közli: Kovács N.

69.

1347. nov. 28. Az egri káptalan jelentése I. Lajos királyhoz, hogy a midőn István kir. jegyzőt Besenyőtelek nevü Heves vármegyei birtokba beiktatták, Tamás volt erdélyi vajda nevében ennek zsadányi tisztje ellentmondott.

. . Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie Agriensis . . (literas ve)stre serenitatis . . recepimus in hec verba: Lodovicus . . rex . . capitulo ecclesie Agriensis . . noveritis quod Stephanus specialis notarius noster sigilli anularis dilectus noster et fidelis, ad nostram accedens presenciam et sue fidelitatis servicia proponens et declarans, quandam (terram ho-

minis) sine herede decedentis Beseneutelek vocatam, iuxta possessionem eiusdem Bachanad vocatam similiter per nos collatam, in comitatu de Heueswyvar existentem, a nostra maiestate sibi dari perpetuo et conferri postulavit. Nos igitur consideratis fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis multa laude dignis eiusdem magistri Stephani, que prius . . Karolo regi genitori nostro . . et consequenter nobis cum summe fidelitatis ardore et indesinenter, prius lateri ipsius domini regis genitoris nostri et demum nostro iugiter adherendo exhibuit et impendit, eandem terram Beseneutelek vocatam, in predicto comitatu Heueswyuar existentem, cum omnibus . . pertinenciis suis, eidem magistro Stephano et per eum suis heredibus . . donavimus .. iure perpetuo . . possidendam .. ex certa sciencia, eodem modo prout iam dudum possessionem Bachanad vocatam, iuxta quam ipsa terra Beseneutelek exstitit, contulimus eidem. Quapropter . . mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio . . coram quo Fogach de Fogach, vel Ictor de Mise, aut Laurencius filius Petri de Mera, sive Johannes rufus de Erdeutelek, vel ipsis absentibus Michael filius Demetrii de Agarch homo noster, accedat ad faciem dicte terre Beseneutelek et . . reambulet eandem . . factaque reambulacione statuat eam predicto magistro Stephano perpetuo possidendam si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, citet illos contra eundem magistrum Stephanum in nostram presenciam ad terminum competentem; et post hec seriem reambulacionis . . cum serie tocius facti nostre maiestati . . rescribatis. Datum Bude, secundo die festi Omnium Sanctorum, anno domini M° CCC° XL^mo septimo. Nos igitur . . cum prefato comite Fogach filio Jacobi de Fogach homine vestro, nostrum hominem . . Johannem sacerdotem de choro nostro transmisimus . . qui quidem homo vester . . nobis retulit isto modo, quod ipse unacum eodem testimonio nostro, feria secunda proxima post festum sancte Katharine virginis iam preteritum accessissent ad faciem terre Beseneutelek prenotate et eandem vicinis et commetaneis suis legitime convocatis, per suas antiquas metas reambulassent, reambulatamque cum ipsi eandem iuxta collacionem vestre maiestatis ac dictarum literarum vestrarum continenciam prenominato magistro Stephano speciali

notario vestro statuere voluissent, tandem Petrus filius Sahman officialis domini Thome condam voyvode Transsilvani de Sadan, in persona eiusdem Thome voyvode tunc inibi comparendo, ipsos non a reambulacione, sed a statucione pretaxate terre Beseneutelek dicto magistro Stephano quo supra facienda, vice et nomine eiusdem domini sui prohibuisset; quem quidem Thomam voyvodam ipsi eodem die et loco contra memoratum magistrum Stephanum ad vestram citassent presenciam, octavas Epiphaniarum domini iam venturas eidem pro termino coram vobis comparendi assignando . . Datum feria quarta proxima ante festum sancti Andree apostoli, anno supradicto.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 30. 37. dipl. oszt. 3949. Közli: Kovács N.

70.

1347. nov. 30. A veszprémi káptalan bizonyságlevele, hogy a király rendeletéből ugodi Chenyk mestert a karakói várnépek Gecsen és Szajk nevü birtokaiba Vas vármegyében, beiktatta.

(C)apitulum ecclesie Wesprimiensis . . noverint universi nos literas Lodovici . . regis . . recepisse hunc tenorem continentes: Lodovicus . . rex . . capitulo ecclesie Wesprimiensis, . . noveritis, quod magister Chenyk de Wgud ad nostre maiestatis accedens presenciam, fidelitates suas et fidelium serviciorum suorum preclara merita primum . . Karolo olim . . regi . . genitori nostro . . et demum nobis regni gubernaculo adepto, in cunctis nostris et regni nostri expedicionibus properis et adversis, non parcens rebus nec persone, exhibitas et impensa proponens et declarans, quasdam possessiones populorum castrensium castri Koroky vocati, Zwayk et Kechen vocatas in comitatu Castriferrei existentes, habitatoribus destitutas, asserens ipsas ad nostram collacionem pertinere, a nobis sibi dari et conferri perpetuo postulavit; unde quia nobis de qualitate et quantitate dictarum possessionum et utrum modo premisso nostre pertineant collacioni nec ne, veritas non

constat, ideo .. precipimus per presentes, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio .. quo presente Ladizlaus filius Laurencii aule nostre miles, vel Nicolaus de Thothy altero absente homo noster, ad facies dictarum possessionum accedendo .. reambulet ipsas .. reambulatasque et ab aliorum possessionibus distinctas statuat easdem predicto magistro Chenyk titulo nostre nove donacionis perpetuo possidendas si non fuerit contradictum, contradictoribus vero ad nostram presenciam ad terminum competentem legitime evocatis; et post hec seriem tocius facti .. nobis .. rescribatis. Datum Bude, feria quarta proxima post festum Exaltacionis sancte crucis, anno domini M° CCC° XL^mo septimo. Itaque nos .. unacum predicto Ladislao filio Laurencii homine ipsius domini nostri regis, magistrum Albertum socium et concanonicum ac notarium ecclesie nostre hominem nostrum, ad exequenda premissa transmisimus pro testimonio .. qui demum .. nobis retulerunt, quod ipsi in festo beate Cecilie virginis proxime preterito, ad facies predictarum terrarum seu possessionum populorum castrensium prefatorum Zwayk et Kechen vocatarum, vicinis et commetaneis earum universis legitime convocatis et presentibus accedendo,reambulassent easdem undique circuendo et nullo contradictore apparente, per infrascriptarum metarum erecciones ab aliorum possessionibus distingendo, statuissent prenominato magistro Chenyk perpetuo possidendas; cuius predicte terre Zwayk vocate meta, prout iidem homines regie celsitudinis et noster nobis in registro reportarunt, incipit eo modo: quod ultra longitudinem quorumdam duorum iugerum terre a quodam portu seu transitu Zwaykzorn vocato incipiens, erexissent duas metas terreas, unam iuxta fluvium Zwayk vocatum ad quandam arborem egurfa vulgariter vocatam, et aliam non longe ab ipsa a parte orientis ad arborem salicis sulfa (igy) dictam, cuius fluvii medietas equalis ad partem occidentalem separaret nobilibus de Zuayk alia vero similiter equalis medietas eiusdem fluvii ad partem orientalem remaneret terre quondam dictorum populorum castrensium Zwayk antedicte; inde iuxta ipsum fluvium vadit versus septemtrionem usque finem nemoris ipsius fluvii, prope quod in terra arabili erexissent unam metam, ubi predicta

terra Zwayk a possessione nobilium de Endred separatur; inde vadit versus orientem ad virgultum supra ad unam antiquam metam, circa quam aliam novam erexissent; inde flectitur versus septemtrionem, et modicum in eodem virgulto eundo venit ad duas metas antiquas quarum una ad partem orientalem separat possessionem predicti magistri Chenyk Perezlegfeu vocatam, et alia ad partem occidentalem distingit possessionem Endred prenotatam, iuxta quas quidem duas antiquas metas terciam de novo erexissent; inde vadit versus septemtrionem in eodem virgulto eundo devenit ad predictam terram seu possessionem Kechen ad duas metas angulares, circa quas terciam novam erexissent, quarum una predictam possessionem Perezlegfeu, et alia possessionem Endred, ac tercia ipsam terram Kechen separant et distingunt; inde descendit versus occidentem ad terram arabilem, in qua ad quendam parvum dumum salicis erexissent unam metam, que ad partem septemtrionem predictam terram Kechen, et ad meridiem separat possessionem Endred prenotatam; inde venit ad quandam viam, qua de Kechen venitur in Endred predictam, iuxta quam viam unam metam terream erexissent, inde vadit ad montem Chamahyge dictum, in quo iuxta locum stagni sunt due antique mete, quas renovassent, quarum una ad septemtrionem predictam terram Kechen, et alia ad meridiem ipsam possessionem Endred separarent, de quo monte versus orientem descendendo, venit ad magnam viam, que distingit ipsam terram seu possessionem Kechen a possessione Johannis filii Budur, circa quam viam erexissent unam metam; inde per ipsam viam vadit versus septemtrionem ad magnum spacium, et iuxta ipsam viam a parte occidentis erexissent iterum unam metam; adhuc per ipsam viam versus septemtrionem eundo, inter duas vias erexissent unam metam; inde modicum versus occidentem divertendo, vadit ad montem et pervenit ad viam, circa quam a parte orientali erexissent unam metam angularem, que via ad partem orientis separat predictam terram Kechen, et ad partem occidentalem distingit possessionem Johannis filii Budur prenotati; inde in eadem via in silva per magnum spacium eundo, secus quandam stratam erexissent unam metam; inde adhuc versus septemtrionem eundo, venit ad tres metas

angulares habitas iuxta viam, que venit de Castroferreo, que ipsam terram Kechen ad meridiem separat a possessionibus Gely Kald et Puchg vocatis, et sic mete predictarum terrarum seu possessionum Zuayk et Kechen vocatarum concurrunt et terminantur. Et quia prenominati homines regie magnitudinis et noster, pretactas possessiones seu terras Zwayk et Kechen vocatas ipsi magistro Chenyk absque contradiccione aliquali se statuisse ut premittitur et separasse asseruerunt, ideo nos presentes literas nostras privilegiales sigilli nostri autentici et pendentis communitas, eidem magistro Chenyk ad instantem peticionem eiusdem duximus concedendas, super statucione et separacione possessionum earumdem. Datum per manus discreti viri magistri Johannis lectoris ecclesie nostre in festo beati Andree apostoli, anno domini M° CCC° XL^mo septimo ut supra .. Johanne . . electo confirmato ecclesie nostre, aule regine cancellario in iure licenciato, comite capelle et secretario cancellario domini nostri regis prenotati . . Johanne preposito, Sebastiano cantore et Stephano custode ecclesie nostre existentibus.

Veres és zöld selyemzsinóron függött pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1711. 9. I. Lajos király adománylevele u. o. külön is megvan N. R. A. 1508. 53. Mindkettő pedig a dipl. oszt. 3933. és 3934. sz. a. őriztetik.

71.

1347. nov. 30. A tihanyi convent előtt Veszprémi Beke egy curiát Veszprémben és két hold földet a veszprémi káptalannak elad.

Nos conventus monasterii Tykoniensis . . significamus .. quod Beke filius Markus de Wesprimio coram nobis personaliter comparendo, confessus exstitit . . quod ipse medietatem cuiusdam sessionis seu fundi curie, quam in Wesprimio circa puteum Kamakuta vocatum habuisset, cuius sessionis alia medietas capituli ecclesie Vesprimiensis foret, cum suis domibus et edificiis in eadem medietate fundi curie scilicet porcione sua habitis, et cum quibusdam duobus iugeribus terrarum

suarum, emcionis titulo ut dicebat ad ipsum pertinencium, in monte Wodas dicto existencium, predicto capitulo Wesprimiensi pro quindecim pensis latorum viennensium denariorum, plene ab eodem capitulo habitis et receptis, vendidisset perpetuo .. possidendas .. Datum in festo beati Andree apostoli, anno domini M° CCC° XL^mo septimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Eccles. 19. 13. dipl. oszt. 3957. Közli: Kovács N.

72.

1347. dec. 5. Az egri káptalan jelentése I. Lajos királyhoz, hogy Sárospatak város és az olaszi nemesek birtoka közti határt, azért mert a város arról Erzsébet királyné oklevelét nem bírta felmutatni, meg nem járhatták.

.. Lodovico .. regi .. capitulum ecclesie Agriensis .. literas vestre serenitatis .. recepimus in hec verba: Lodovicus .. rex .. capitulo ecclesie Agriensis .. noveritis quod cum inter Paulum filium Blasii et Ladislaum filium Feudruch nobiles de Olazy ab una parte, et cives et hospites nostros de Potak ex altera, super quadam terra inter civitatem regalem Potak vocatam et inter possessionem predictorum nobilium Olazy vocatam existenti diuturno tempore controversia ventillata et eciam litis materia exorta coram domina regina genitrice nostra .. fuisset, et iidem cives et hospites de Potak super metis, que terras (. . . .) civitatis a possessione ipsorum nobilium separant, efficacia instrumenta se habere dixissent, nos volentes, ut bona pacis unio inter ipsos nobiles et ipsam civitatem Potak reformetur, decrevimus, ut ereccione novarum metarum perpetuo durandarum dicta civitas Potak et terre eiusdem, a possessione dictorum nobilium separentur; quapropter .. mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem dignitatem in ecclesia vestra habentem .. pro testimonio, coram quo magister Ladislaus filius Laurencii miles aule nostre et .. Nicolaus cantor ecclesie Vaciensis capellanus noster, homines nostri ad hoc transmissi, in quindenis festi sancti

Martini confessoris nunc venturis, accedant ad faciem dicte terre litigiose et reambulent eandem, et iuxta continenciam literalium instrumentorum, que iidem cives et hospites nostri de Potak illuc apportabunt, iuxta veteres novas erigant metas; si vero iidem cives et hospites nostri literalia instrumenta ipsorum super ereccione ipsarum metarum non possent exhibere, tunc iidem homines nostri non ob favorem aliquorum, sed deum et eius iusticiam pre oculis habentes, videant et considerent ea que pertinent ad predictam civitatem Potak et eciam ea que sunt nobilium predictorum, et hoc viso et considerato, ea que ad predictam civitatem pertinent, ipsis nobilibus non dent, et ea que sunt ipsorum nobilium, civibus et hospitibus ipsius civitatis similiter non dent et non dimittant, et sic inter ipsam civitatem et possessionem Olazy iamdictam erigant novas metas perpetuo duraturas, et possessionem ipsorum nobilium a dicta civitate et terris civitatis expressius separent et distingant, et post hec cursus ipsarum metarum cum tocius facti serie domine regine genitrici nostre . . rescribatis. Datum Bude, secundo die festi sancti Briccii confessoris, anno domini M° CCC° XL^mo septimo. Nos igitur . . cum prefatis magistro Ladislao aule vestre milite et . . Nicolao cantore Vaciensis ecclesie capellano vestro ad presens negocium perficiendum de dicta aula vestra pro hominibus vestris destinatis, nostrum hominem . . Johannem sacerdotem ex choro nostro transmisimus pro testimonio ad premissa mandata vestra exequenda, pro eo, quia tunc cum noticia dictarum literarum vestrarum ad nos pervenit, socii nostri in dignitatibus positi pluribus arduis negociis eiusdem ecclesie nostre extiterant occupati, cui tamen Johanni presbitero nos causa in presenti propter suam idoneitatem tantam fidem adhibemus quantam uni ex nobis in dignitate posito habuissemus; quiquidem homines . . nobis retulerunt isto modo, quod ipsi unacum eodem testimonio nostro et predictis nobilibus de Olazy ac pluribus et pocioribus civibus vestris de eadem Potak, in prefatis quindenis sancti Martini confessoris iam preteritis accessisent ad faciem ipsius litigiose terre inter easdem civitatem Potak et possessionem Olazy ut refertur existentis, ubi primo annotati hospites et cives vestri de Potak quasdam literas patentes . . Karoli

quondam regis . . patris vestri, transscriptum literarum domine Elizabeth . . regine Hungarie matris vestre . . in se exprimentes, ac eciam easdem literas reginales exhibuissent, inter cetera continentes, quod dum pretacta domina regina mater vestra quadam vice in Vissegrad viros religiosos prepositos de Turuch de Saag de Lelez et de Bazouk ordinis premonstratensis super eo, qualibus metis vel distinccionibus dicta civitas Potak ab eadem possessione Olazy separaretur, propter evitandum litigium et tunc sicut nunc inter eosdem nobiles et hospites vestros de Potak ut dicitur exortum requisivisset, iidem quatuor prepositi tunc predicte domine regine matri vestre respondissent, quod quidam fluvius Darnoupataka vocatus ipsas civitatem Potak et possessionem Olazy ac terminos earumdem semper ab invicem distinxisset et separasset, utilitatesque et fructus montis Hoziuheg vocati sepedicti cives vestri de Potak percepissent et in suos usus convertissent, sed tamen nullus cursus metarum in eisdem literis regalibus et reginalibus insertus haberetur, propterquod ipsi iuxta continenciam earumdem duarum literarum in ipsis terris litigiosis metas erigere nequivissent pro distinccione civitatis Potak et possessionis Olazy supradictarum; et tandem ipsi cum ipso testimonio nostro ac testimonio . . capituli ecclesie Varadiensis per adduccionem eorumdem nobilium et Olazy accessissent ad quendam locum Mathoupataka vocatum, et deinde versus plagam meridionalem redeuntes venissent ad unam magnam metam terream, a qua in latere ipsius montis Hoziuheg a parte dicte civitatis Potak ad eandem plagam meridionalem descendentes, reperissent duas metas terreas currentes et bene apparentes, ac satis in largo spacio post se invicem positas; unde ad eandem plagam descendentes venissent ad unam stratam publicam de ipsa civitate Potak ad ecclesiam Darnyo vocatam ac ad silvam ducentem, ubi predicti nobiles cursus suarum metarum terminari dixissent, a parte civitatis prenotate, et sic dictus mons Hoziuheg intra terminos ipsius possessionis Olazy remaneret; et licet ipsi tum pro eo, quia pretactas metas apparentes per demonstracionem eorumdem nobilium de Olazy in loco prenominato vidissent, et tum eciam ex eo, quia diligenti scrutinio prehabito a pluribus nobilibus et ignobilibus, vicinis scilicet et

commetaneis prenominatorum nobilium, specialiterque a qu
busdam senioribus hospitibus in eadem civitate Potak occul
super hoc inquirentes, easdem civitatem Potak et Olazy a di
turnis temporibus per dictas metas ab invicem separari debe
rescivissent, iuxta preceptum vestre serenitatis predictas met
renovare et easdem civitatem vestram Potak ab ipsa possessio
Olazy per cursus ipsarum metarum separare presto fuissent e
parati, tamen quia exhibicio prefatarum duarum literaru
regalium et reginalium ipsos tunc impedivisset mentesqu
eorum vacillari fecisset, ideo ipsi talem vacillam ac ipsaru
duarum literarum exhibicionem vestre discussioni pariterqu
deliberacioni ac prelatorum vestrorum commisissent differente
Retulerunt eciam homines vestri prenotati, quod si dictu
fluvius Dorno easdem civitatem Potak et possessionem Olaz
separaret, extunc dimidietas ipsius possessionis Olazy et fe
maior pars iurium dictorum nobilium in usus dictorum civi
tensium converteretur procul dubio, quia ipse fluvius per d
ctam possessionem Olazy transire dinosceretur . . Datum fe
quarta proxima ante festum sancti Nicolai confessoris, an
supradicto.

Papíron, zárlatán közép nagyságú kerek pecsét nyomaival; e
detije az orsz. ltárban a Csicsery cs. letéteményében. Közli: Kamm
rer Ernő.

73.

*1347. dec. 8. A pozsonyi káptalan előtt az Ethi nemesek Tej
Pethő fiait atyjuk megöletéseért husz márkával kielégítik.*

. . capitulum ecclesie Posoniensis . . ad universorum
ticiam . . volumus pervenire, quod Andreas Nicolaus et J
hannes filii Pethew de Theyed in nostri presencia . . constitu
super morte seu interemcione dicti Pethew patris ipsorum
Johannem filium Polda, Petrum et Michaelem filios eiusdem
Johannis, Polda et Stephanum filios Petri, Paulum filium Be-
nedicti et Thomam filium Laurencii nobiles de Ethy, qui eciam
presentes aderant, quos homicidas eiusdem patris ipsorum fore

asserebant, pro viginti marcis denariorum wiennensium singulis decem pensis computatis ab eisdem ex integro habitis et receptis, tam ipsos quam successores suos iure perpetuo dimiserunt quitatos (így) liberos semper et expeditos, excludendo alios si qui plures quam prenominati in prelibati patris ipsorum morte sint nocentes, ut tempore et loco opportunis cum ipsis facultas suppetat iure conveniendi eos, habeant potestatem. Obligantes se quod si ipsi vel ipsorum aliquis . . racione dicte mortis contra . . pre expressos denuo litem suscitarent, extunc tamquam victi .. in duello contra ipsos .. remaneant .. eo facto. Datum sabbato proximo post festum beati Nicolai confessoris, anno domini M° CCC° XL^mo septimo.

Zöld és vörös selyem kóczon függött pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

74.

1347. dec. 16. István kalocsai érsek, Somogy Gömör és Baranya vármegyei birtokait vérrokonainak ajándékozza.

Stephanus .. archiepiscopus Colocensis auleque regie cancellarius, significamus .. quod nos universas possessiones nostras emticias scilicet et quovis alio colore et modo acquisitas, in comitatibus Simigiensi Gwmuriensi et de Baranya habitas, donavimus comiti Nicolao filio Pauli fratri nostro uterino et Johanni filio eiusdem ac magistro Gallo filio Benedicti similiter fratri nostro, ipsis communiter, amore fraterne dilecionis eorumdem, in filios filiorum suorum perpetuo . . possidendas . . In cuius donacionis robur perpetuum presentibus eisdem sigillum nostrum autenticum duximus apponendum. Datum Bude, in festo sancti Stephani protomartiris, anno domini M^mo CCC^mo XL^mo septimo.

Az ép pecsét zöld selyem szálakon függ. Eredetije az orsz. lt. kincst. ort. N. R. A. 944. 7. dipl. osyt. 3959. Közli: Kovács N.

75.

1347—1348. körül, Nagy-Marton, Pünkösd 15-ödnapja utá való hétfőn. Nagymartoni Pál országbíró levele István kir. tá nokhoz, melyben ezzel tudatja, hogy Avignoneba utazik, a tárn kot tehát fölkéri, hogy egyik vele utazó belső szolgája huszonné ökrét Töth Lőrincz mester elhajtatván, ezek visszaadásán járjon közbe.

Stephano magistro thavarnicorum domini regis proxim suo reverendo, comes Paulus iudex curie domini regis eiusde se promtum ad quelibet eius beneplacita et paratum. Quoslib nostros famulos dum recessimus vestre proximitatis protecciо duximus commitendos; unde cum magister Laurencius dict Touth viginti quatuor pecora Nicolai et Thome filiorum M thie famulorum nostrorum, ex quibus idem Thomas part Avinionis nobiscum est profectus, culpis eorumdem non requ rentibus receperit, vestram proximitatem causa nostri servic postulamus per presentes, quatenus boves predictorum famu lorum nostrorum per ipsum magistrum Laurencium restitu faciatis; qui si restitui facere recusaverit, extunc petimus vos ut in domino nostro rege predicto Nicolao famulo nostro vestrum auxilium prebere et eosdem Nicolaum et Thomam simul cum eorum iobagionibus deinceps a predicto magistro Laurencio et ab aliis quibuslibet protegere et defendere dignemini et velitis. Datun in Mortun, feria secunda post quindenas festi Penthecostes.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. 1671. 1. dipl. oszt. 3995. Közli: Kovács N.

76.

1348. jan. 9. A bácsi káptalan előtt Ujlaki Ugrin fia Miklós, Kurpe nevü birtokot Bács vármegyében, Mihály fiának Istvánnak Ujlak város birájának adományozza.

Capitulum ecclesie Bachiensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod nobilis vir magister Nicolaus

Vgrini de Wylak ab una, item comes Stephanus filius
aelis iudex civitatis sue Wylak predicte parte ab altera,
stram . . accedentes presenciam, idem magister Nicolaus
Ugrini . . nobis est confessus, quod eidem magistro Vgrino
suo usque suam vitam, et eidem magistro Nicolao ab
cia sua usque ad hoc tempus, idem providus vir comes
anus filius Michaelis iudex eiusdem civitatis sue Wylak
e, a multis retroactis temporibus fidelissima servicia et
iorum premia, graciosasque et laudabiles gratitudines,
ue rebus facultatibus et bonis in diversis causarum pro-
tatis et adversitatis eventibus seu articulis, immensas sub-
ones et vigilaciones, multiphariis multisque modis feliciter
lelissime impendisset; volens itaque tam mirifica bona
itu cum favore, quia bonis bona iustis iusta et fidelibus
a sunt reddenda pro meritis, ut bonus pater familias tem-
ia et spiritualia circumamictans refundere et graciose
uere, quandam possessionem suam sive terram Kurpe
am in comitatu Bachiensi existentem, tam mediante effi-
imo instrumento domini Bele quondam regis Hungarie
um contingentem, quam eciam ordine iudiciario de Bar-
meo Stephano et Demetrio filiis Pongracii de Alpar
ce sibi perpetuatam, videlicet rectam et equalem medie-
totalis ipsius possessionis sive terre Kurpe vocate a
meridionali existentem, simul cum medietate iuris pa-
tus ecclesie Omnium Sanctorum ibidem existentis, cete-
e iuribus proprietatibus et utilitatum integritatibus, sub
et antiquis metis suis, ad ipsam medietatem de vero iure
ere debentibus, eidem comiti Stephano filio Michaelis et
sum suis heredibus . . utriusque sexus, cum suis privi-
et instrumentis literalibus super eadem confectis universis
cie nobis demonstratis . . donavit . . iure perpetuo . . pos-
dam . . a nullo unquam suorum proximorum generacionum
redum nec per ipsum deinceps aliqualiter retractandam;
ic donacioni et facto Matheus filius Ipoliti et Blasius
Philippi de Zylbach, item Johannes filius Nicolai, De-
us filius Martini et Thomas filius Elie de Puztascentmihal
hannes dictus Feuldura de Wrs nobiles pro se, et pro
um fratribus heredibus et generacionibus universis per-

sonaliter astando, scilicet vicini et commetanei eiusdem possessionis sive terre Kurpe vocate, plenum consensum coram nobis prebuerunt et assensum; ipsumque comitem Stephanum ad hec benigne et benivole permittentes, in vicinum et commetaneum ipsorum heredum per heredes suos assumserunt et receperunt pleno iure . . Datum feria quarta proxima post festum Epiphaniarum domini, anno eiusdem M° trecentesimo XL^mo octavo; discretis viris Thoma preposito, Stephano lectore, Ladislao cantore, Petro custode, Nicolao Bachiensi, Alberto Zegediensi, Laurencio Sirimiensi archidiaconis, Mauricio decano, ceterisque canonicis in eadem ecclesia . . famulantibus . .

A pecsét piros selyem zsinóron függött. A chyrographum alá van rajta. Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1711. 10. dipl. oszt. 3977. Közli: Kovács N.

77.

1348. jan. 12. Az egri káptalan előtt Csicseri Domokos fia János, Pezereni Benedek fiainak tíz márkát fizet.

Nos capitulum ecclesie Agriensis memorie commendamus, quod cum iuxta continenciam literarum . . Nicolai . . palatini composicionalium et obligatoriarum Johannes filius Dominici filii Job de Checher domino Ladislao sacerdoti filio Benedicti de Pezeren, Gregorio et Johanni fratribus eiusdem, in octavis festi Circumcisionis domini seu diei Strennarum coram nobis decem marcas solvere debuisset, adveniente ipso termino, Stephanus filius eiusdem Dominici et frater dicti Johannis prenotatas decem marcas partim in promta pecunia, partim vero in estimacione condigna in persona ipsius fratris sui persolvit coram nobis dicto Gregorio pro se personaliter et dictis Ladislao sacerdote ac Johanne fratribus suis plenarie recipienti. Quibus quidem decem marcis sic receptis, idem Gregorius sua et annotatorum fratrum suorum in personis vigore dictarum literarum procuratoriarum . . capituli sancte Strigoniensis ecclesie, ipsum Johannem expeditum reliquit coram nobis, super decem marcis

duntaxat prenotatis. Datum quinto die termini supradicti, anno domini M° CCC° XL^mo octavo.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. ltárban, a Csicsery cs. letéteményében. Közli: Kovács N.

78.

1348. jan. 21—24. A pécsváradi convent jelentése I. Lajos királyhoz, hogy Kéméndi Jakab fiainak Gerécz nevü birtokán a szőllőültetést és egyéb haszonvételt a szomszéd birtokosok jobbágyainak betiltotta.

.. Lodovico .. regi .. conventus monasterii Waradiensis .. literas vestre serenitatis recepimus .. in hec verba: Lodovicus .. rex .. conventui Pechwaradiensi .. dicitur nobis in personis Nicolai et Corrardi filiorum Jacobi de Kemud, quod iobagiones capituli Quinqueecclesiensis et alii quamplures iobagiones nobilium ipsius provincie in territorio possessionis ipsorum Gerech vocate vineas plantassent et adhuc plantare uiterentur, ac silvas ipsorum succiderent et per pontem eorum procederent contra ipsorum voluntatem indebite et iniuste; super quo .. precipimus .. quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio .. quo presente Andreas filius Mark de Lothard vel Paulus frater eiusdem aut Stephanus filius Mathyus de Borryad aliis absentibus homo noster ad facies dicte possessionis accedendo, prohibeat eosdem a plantacione vinearum in territorio ipsius possessionis, et a percepcione vini vinearum quas in tempore ipsorum in dicta possessione plantassent, ac a transitu per pontem ipsorum et succisione silvarum eorumdem violenta, iuris ordine mediante; et post hec seriem ipsius prohibicionis nobis .. rescribatis. Datum Bude, in octavis festi Omnium Sanctorum, anno domini M° CCC° XL^mo septimo. Nos igitur .. unacum predicto Paulo filio March de (Lothard) homine celsitudinis vestre, hominem nostrum videlicet Johannem sacerdotem ecclesie nostre de villa Katul pro testimonio transmisimus ad (premissam pro)hibicionem faciendam, qui postmodum .. retulerunt, quod ipsi feria quarta proxima post

festum (. . . . . .) nunc preteritum ad facies dicte possessionis eorumdem filiorum Jacobi accessissent, ibique idem homo vestre celsitudinis presente (testimonio) nostro, iobagiones prefati capituli ecclesie Quinqueecclesiensis et alios iobagiones universorum nobilium illius provincie a (. . . . . .) in territorio ipsius possessionis existencium et a percepcione vini vinearum quas in tempore ipsorum in eadem possessione (. . . . . .) a transitu per pontem ipsorum et succisione silvarum eorumdem violenta iuris ordine prohibuissent. Datum (feria) . . . . . proxima ante festum Conversionis beati Pauli apostoli, anno domini M° CCC° XL^mo octavo.

Papíron, zárlatán kerek pecsét nyomaival; eredetije a b. Révayaltárában, fasc. »Gyulay,« IV. 36.

79.

1348. febr. 10. Miklós a paulinusok generalisa, Geuri László fiainak megengedi, hogy egy malmot épithessenek.

Frater Nicolaus prior generalis fratrum sancti Pauli primi heremite ordinis beati Augustini in Ungaria et aliis partibus . . presentibus literis volui declarare, quod accedentes ad me Petrus et Paulus filii Ladislai de Geur, humiliter mihi supplicaverant, ut locum molendini ecclesie Corporis Christi, in prenominata villa existentem, quem locum molendini predicte ecclesie nostre magister Demetrius canonicus ecclesie Strigoniensis et capellanus archiepiscopi cum fratre suo cum literis capituli Strigoniensis condonavit, molendinum darem edificare; ego vero matura deliberacione unacum fratribus meis, videlicet Egidio priore eiusdem ecclesie ac ceteris fratribus prehabita, in predicto loco molendini benigne concessi molendinum edificare et usque ad vitam ipsorum pacifice et sine retraccione possidere, ita tamen, quod post vitam ipsorum, cum omnibus utilitatibus suis, sine omni contradiccione, predicta ecclesia nostra habeat in eternum possidere . . In cuius concessionis testimonium sigillum ordinis nostri duxi apponendum. Datum in festo beate Scolastice virginis, anno domini

M° CCC° XL^mo octavo; regnante domino Lodovico sublimi ac triumphatore rege Ungarie et Apulie, coronacionis vero anno sexto.

Papiron, hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. dipl. eszt. 3979. Közli: Kovács N.

80.

1348. mart. 21. Pál országbíró a garam-szentbenedeki conventet újabban kiküldi, hogy Györedi Mike fia Miklós részére Ujfalu másképp Poty nevü birtokot az esztergomi és a felhévvizi conventektől foglalja vissza.

. . conventui ecclesie sancti Benedicti de iuxta Goron, comes Paulus iudex curie . . noveritis quod cum iuxta continenciam priorum literarum nostrarum modum iudicii nostri demotancium, Petrus filius Kokas de Tuly homo regie maiestatis presente testimonio vestro in quindenis festi beati Michaelis archangeli nunc proxime preteritis ad faciem medietatis possessionis Wyfalu alio nomine Poty vocate, quam Nicolaus filius Myke de Gyeurud a magistro Petro procuratore magistri conventus fratrum sancti regis Stephani de Strigonio et de Calidis Aquis nomine sui iuris ordine iudiciario coram nobis requirebat . . accedendo, eandem nomine iuris dicti Nicolai recapere, recaptivatamque . . eidem Nicolao filio Myke . . statuere, si per ipsum magistrum Petrum procuratorem vel alios non fieret contradictum, contradictores autem alios si qui excepto ipso magistro Petro fierent, contra ipsum Nicolaum filium Myke ad vigesimum secundum diem predicti festi beati Michaelis archangeli in presenciam regie maiestatis racionem contradiccionis eorum reddituros citare, ipsum autem magistrum Petrum si in aliquo contradiceret citare non incumberet, quia absque citacione aliquali, eo quod in lite existeret cum eodem, ipsum in prefixo termino racionem sue contradiccionis reddere oporteret coram nobis, medietatem autem dicte possessionis Wyfalu per quempiam prohibitam, signis pro metis positis consignando, et regali mensura si mensurari posset mensurando, vel visu considerando . . estimare, et post hec pre-

dicte possessionarie reambulacionis et statucionis seriem . . ad dictum vigesimum secundum diem festi beati Michaelis archangeli partes in literis vestris nobis reportare debuissent, discussioque reportate seriei premissorum quibusdam prorogacionum cautelis supervenientibus ad presentes octavas diei Cinerum prorogata exstitisset, ipso siquidem termino occurrente, Nicolao literato pro ipso magistro Petro . . coram nobis astante, predictus Nicolaus filius Myke ad nostram personaliter accedendo presenciam, literas vestras regie serenitati rescriptas nobis, presentavit continentes, quod vos receptis premissis literis nostris, cum predicto Petro filio Kakas homine regie excellencie fratrem Ekardum unum ex vobis ad premissa exequanda pro testimonio duxissetis transmittendum, qui demum . . retulissent eo modo, quod ipsi in predictis quindenis festi beati Michaelis archangeli ad faciem dicte medietatis possessionis Wyfalu alio nomine Poty vocate, ambabus partibus presentibus accessissent, convocatis legitime vicinis et commetaneis universis et ipsis presentibus, supradictam medietatem possessionis Wyfalu alio nomine Poty recaptivassent, et per veteres metas et novas reambulassent, reambulatamque cum ipsi Nicolao filio Myke sub certis metis statuere voluissent eo iure quo ad ipsum dinosceretur pertinere perpetuo possidendam, tandem Andreas filius Lanch famulus magistri Petri procuratoris domini Guyllermi cardinalis . . personaliter ibidem astando, in statucione mensuracione et estimacione supradicte medietatis possessionis Wyfalu alio nomine Poty vocate, contradictor exstitisset; unde quia procurator predicti magistri Petri medietatem dicte possessionis Wyfalu alio nomine Poty vocate, quam nomine iuris dicti Nicolai filii Myke iuxta nostram iudiciariam commissionem legitime debebat recaptivari, tempore recaptivacionis eiusdem postergato nostro iudicio, nec mensurare nec eciam estimare permisisse ex serie dictarum literarum vestrarum reperiebatur, ideo eundem magistrum Petrum pro premissa indebita prohibicione racione non permissionis mensuracionis et estimacionis possessionarie (. . . .)le contra consvetudinarium modum (. . . . .)natarum in termino reportacionis seriei infrascripte ante litis ingressum persolvendo aggravari committentes, predictamque medietatem dicte possessionis Wyfalu alio nomine Poty vocate iterata re-

captivacione indigere debere decernentes, amiciam vestram presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Johannes filius Dominici de Zoda, vel Petrus filius Kokas de Tuhly aut Desen frater eiusdem aliis absentibus homo domini nostri regis, in octavis festi beati Georgii martiris nunc proxime venturis, ad faciem medietatis dicte possessionis Wyfalu alio nomine Poty vocate, quam idem Nicolaus filius Myke vel suus procurator legitimus in dicta possessione Wyfalu nomine sui iuris recaptivare voluerit, vicinis et commetaneis universis legitime convocatis et presentibus, vel eorum legitimis procuratoribus presentibus accedendo, eandem recapiat, habitaque recaptivacione huiusmodi, ipsi Nicolao filio Myke novis metis iuxta veteres in locis necessariis erectis, eo iure quo sibi pertinere dinoscitur, statuat perpetuo possidendam, si per ipsum magistrum Petrum vel alios non fuerit contradictum, contradictores autem alios si qui excepto ipso magistro Petro in stactuione eiusdem fuerint, contra ipsum Nicolaum filium Myke ad quindenas octavarum beati Georgii martiris predictarum in regiam citet presenciam, racionem sue contradiccionis reddituros, ipsum autem magistrum Petrum procuratorem si in aliquo contradixerit, citare non incumbit, quia absque citacione aliquali, eo quod in lite existat cum eodem, eundem termino in prefixo racionem contradiccionis sue reddere oportebit coram nobis. Ipsam autem medietatem possessionis Wyfalu alio nomine Poty vocate, nomine iuris predicti Nicolai filii Myke recaptivatam, per quempiam prohibitam, signis pro metis positis consignando et regali mensura si mensurari poterit mensurando vel visu considerando, unacum aliis probis viris per partes inibi adducendis estimet regni consvetudine exigente. Et post hec premisse possessionarie recaptivacionis . . seriem cum . . tocius facti processu ad easdem quindenas octavarum beati Georgii martiris regie fideliter rescribatis maiestati. Datum Bude, decimo die octavarum diei Cinerum predictarum, anno domini M° CCC° XL^mo octavo.

Papíron, zárlatán egy nagyobb és két kissebb pecsét töredékeivel; vmdetije az orsz. lt. kincst. oszt. 673. 0. dipl. oszt. 24421. Közli: Kovács N.

81.

1348. mart. 30. A dömölki convent előtt Gechei Beke fiai, az Osl nemzetségből való János fia Lökös által ellenük indított perben ügyvédet vallanak.

Nos Nicolaus abbas et conventus monasterii beate virginis de Demenk damus pro memoria, quod Monkus et Johannes filii Beke de Geche coram nobis personaliter constituti super causis eorum et causarum suarum articulis universis quas magister Leucus filius Johannis de genere Osl in octav medii Quadragesime in presencia . . Pauli iudicis curie . . habere dinoscitur contra ipsos, Nicolaum filium Pauli de eade Geche, Martinum filium Ladislai, Petrum filium Emerici e hibitores presencium, eorum pro personis in procuratores fo constituerunt speciales, ratum et firmum habituri quitqui actum vel ordinatum fuerit per eosdem vel per unum que libet ex eisdem in premissis. Datum in dominica Letare, an domini M° CCC° XL^mo octavo.

Papíron, zárlatán tojásdad alakú pecsét nyomaival; eredetije Ostffy cs. ltárában, 7.

82.

1348. Buda, mart. 31. Erzsébet királyné meghagyja a margitszigeti apáczák tisztjének, hogy a királyné Gemched nevü birtokán levő egyik jobbágynak két ökrét adassa vissza.

Elizabeth dei gracia regina Hungarie . . fratri Ladislao procuratori et officiali sanctimonialium de Insula Leporum, vel ipso fratre Ladislao absente vices eiusdem gerenti . . dicit nobis Paulus filius Petri iobagio noster de Gemched, quod quidam fures subtraxerint duos boves suos, quos in villa Sancti Michaelis in specie sub tua rectoria nunc reperisset; quare . . mandamus, quatenus predictos duos boves in specie reddere et restituere debeas Paulo iobagioni nostro prenotato et aliud non facturus; si vero secus feceris, scias, quod iobagionem

strum in damno non relinquimus. Datum Bude, feria se-
nda proxima post dominicam Letare, anno domini M°
C° XL^mo octavo.

Papiron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst.
t. Eccles. 45. 7. dipl. lt. 3980. Közli: Kovács N.

83.

48. Középnémeti, apr. 2. Péter Abauj vármegye ispánja és társai bizonyítják, hogy Enok fiát Dancsot és társait birtok elidegenítésétől, Kassa városát pedig azok megszerzésétől eltíltották.

Nos magister Petrus comes parochialis per dominum Lo-
icum regem Hungarie in comitatu de Abawywar consti-
is et quatuor iudices nobilium de eodem damus pro me-
ria, quod Mokyan maior castri homo noster et Blasius filius
ce de Gesche testimonium provincie, quos ad peticionem
nch filii Enok mediante sigillo nostro ad faciendam pro-
icionem inferius declarandam transmiseramus, feria quar-
proxima ante dominicam Judica ad nos reversi, dictum
illum nostrum nobis reportando retulerunt eo modo, quod
is presentibus predictos Donch ac Thomam filium Moyws,
orgium et Sebastianum filios eiusdem a condonacione por-
nis ipsorum possessionarie, quovis titulo pignori obliga-
ne, et alios quoscunque et specialiter cives de Cassa quo-
modo porciones occupacione, eo quod sibi racione linee
sangvineitatis ac commetaneitatis ad utendum magis atti-
et, prohibuisset contradicendo et contradixisset inhibendo.
tum in Kuzepnemyty, in termino prenotato, anno domini
CCC° XL^mo octavo.

Papiron, zárlatán három pecsét maradványaival; eredetije a N.
zeumban, a Máriássy cs. letéteményében.

75.

1347—1348. körül, Nagy-Marton, Pünkösd 15-öd napja u való hétfön. Nagymartoni Pál országbíró levele István kir. t nokhoz, melyben ezzel tudatja, hogy Avignoneba utazik, a tár kot tehát fölkéri, hogy egyik vele utazó belső szolgája huszonn ökrét Töth Lörincz mester elhajtatván, ezek visszaadásá járjon közbe.

Stephano magistro thavarnicorum domini regis proxi suo reverendo, comes Paulus iudex curie domini regis eiusd se promtum ad quelibet eius beneplacita et paratum. Quosli nostros famulos dum recessimus vestre proximitatis protecci duximus commitendos; unde cum magister Laurencius dic Touth viginti quatuor pecora Nicolai et Thome filiorum M thie famulorum nostrorum, ex quibus idem Thomas par Avinionis nobiscum est profectus, culpis eorumdem non rec rentibus receperit, vestram proximitatem causa nostri serv postulamus per presentes, quatenus boves predictorum fa lorum nostrorum per ipsum magistrum Laurencium resti faciatis; qui si restitui facere recusaverit, extunc petimus ut in domino nostro rege predicto Nicolao famulo nostro strum auxilium prebere et eosdem Nicolaum et Thomam sir cum eorum iobagionibus deinceps a predicto magistro Laur cio et ab aliis quibuslibet protegere et defendere dignen et velitis. Datun in Mortun, feria secunda post quinde festi Penthecostes.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kir oszt. 1671. 1. dipl. oszt. 3995. Közli: Kovács N.

76.

1348. jan. 9. A bácsi káptalan előtt Ujlaki Ugrin fia Mik Kurpe nevü birtokot Bács vármegyében, Mihály fiának Istv nak Ujlak város bírájának adományozza.

Capitulum ecclesie Bachiensis . . ad universorum no ciam . . volumus pervenire, quod nobilis vir magister Nicola

filius Vgrini de Wylak ab una, item comes Stephanus filius Michaelis iudex civitatis sue Wylak predicte parte ab altera, ad nostram . . accedentes presenciam, idem magister Nicolaus filius Ugrini . . nobis est confessus, quod eidem magistro Vgrino patri suo usque suam vitam, et eidem magistro Nicolao ab infancia sua usque ad hoc tempus, idem providus vir comes Stephanus filius Michaelis iudex eiusdem civitatis sue Wylak vocate, a multis retroactis temporibus fidelissima servicia et serviciorum premia, graciosasque et laudabiles gratitudines, suisque rebus facultatibus et bonis in diversis causarum prosperitatis et adversitatis eventibus seu articulis, immensas subvenciones et vigilaciones, multiphariis multisque modis feliciter et fidelissime impendisset; volens itaque tam mirifica bona gratuitu cum favore, quia bonis bona iustis iusta et fidelibus fidelia sunt reddenda pro meritis, ut bonus pater familias temporalia et spiritualia circumamictans refundere et graciose retribuere, quandam possessionem suam sive terram Kurpe vocatam in comitatu Bachiensi existentem, tam mediante efficacissimo instrumento domini Bele quondam regis Hungarie . . ipsum contingentem, quam eciam ordine iudiciario de Bartholomeo Stephano et Demetrio filiis Pongracii de Alpar iuridice sibi perpetuatam, videlicet rectam et equalem medietatem totalis ipsius possessionis sive terre Kurpe vocate a parte meridionali existentem, simul cum medietate iuris patronatus ecclesie Omnium Sanctorum ibidem existentis, ceterisque iuribus proprietatibus et utilitatum integritatibus, sub veris et antiquis metis suis, ad ipsam medietatem de vero iure pertinere debentibus, eidem comiti Stephano filio Michaelis et per ipsum suis heredibus . . utriusque sexus, cum suis privilegiis et instrumentis literalibus super eadem confectis universis in specie nobis demonstratis . . donavit . . iure perpetuo . . possidendam . . a nullo unquam suorum proximorum generacionum et heredum nec per ipsum deinceps aliqualiter retractandam; et huic donacioni et facto Matheus filius Ipoliti et Blasius filius Philippi de Zylbach, item Johannes filius Nicolai, Demetrius filius Martini et Thomas filius Elie de Puztascentmihal et Johannes dictus Feuldura de Wrs nobiles pro se, et pro ipsorum fratribus heredibus et generacionibus universis per-

terreas, quarum due ipsi [illegible]
possessioni Komnyati; ali[illegible]
premisso modo separantes; [illegible]
eodem modo distingventes [illegible]
modo quo supra currentes [illegible]
terreas eodem modo separ[illegible]
similiter distingventes; tan[illegible]
dictam essent tres mete terr[illegible]
penes vadum Horuathreu [illegible]
rentur, modo supra nomina[illegible]
Mete autem possessionis [illegible]
subsequenti: ita videlicet [illegible]
parte orientali circa viam [illegible]
terras arabiles nobilium [illegible]
quarum una a septemtrion[illegible]
nyati sepedicte, alia vero [illegible]
sessioni Nogzegh prenotat[illegible]
tem distingverent possess[illegible]
reret ad occidentem ad [illegible]
a parte meridionali habit[illegible]
alie due a parte septemtr[illegible]
nominate; inde ad tres [illegible]
existentes, deinde ad tre[illegible]
possessioni Nogzegh, terr[illegible]
magis ad eandem partem [illegible]
metas terreas eodem mo[illegible]
eandem partem desertam [illegible]
Komnyati ad Tordoskeddi, [illegible]
spacium et perveniret ad [illegible]
separantes; post hec in e[illegible]
cia et variaretur in plur[illegible]
reates, et dimissis ipsis vii[illegible]
ad eandem partem occid[illegible]
tas terreas angulares, qu[illegible]
possessioni Komnyati se[illegible]
sioni Tordoskeddi, ad par[illegible]
reat possessioni Nogzegh [illegible]
metales cum ipsa possessi[illegible]

[illegible] *bizonyságlevele, hogy*
[illegible] *következtében Booth fia*
[illegible] *a határ megjáratását*
[illegible]

[illegible] beati Michaelis archangeli
[illegible] quod nos literas .. Stephani
[illegible] de Zonuk per Gallum filium
[illegible] .. recepimus in hec verba:
[illegible] Michaelis archangeli Transsilvane.
[illegible] et comes de Zonuk .. dicit
[illegible] Booth, quod ipse veteres metas
[illegible] sub quibus ipsa possessio per
[illegible] Pagan donatorem eiusdem
[illegible] nostro testimonio requirere et
[illegible] requirente reambulare
[illegible] amiciciam, quatenus ve-
[illegible] ..quo presente Johannes
[illegible] Dominicus vel Beke filii Ladislai
[illegible] filius Nicolai de Doboka aliis
[illegible] dicte possessionis Markhaza
[illegible] metas a partibus possessio-
[illegible] eidem Markhaza separan-
[illegible] inventas reambulet si
[illegible] non fuerit contradictum,
[illegible] eosdem contra (predictum)
[illegible] ad terminum competen-
[illegible] redditurus; si vero
[illegible] premissis antiquarum
[illegible] eidem Gallo
[illegible] stadente condescit
[illegible] sane domini
[illegible] prefecto [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

duntaxat prenotatis. Datum quinto die termini supradicti, anno domini M° CCC° XL^mo octavo.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. ltárban, a Csicsery cs. letéteményében. Közli: Kovács N.

78.

1348. jan. 21—24. A pécsváradi convent jelentése I. Lajos királyhoz, hogy Kéméndi Jakab fiainak Gerécz nevü birtokán a szőlőültetést és egyéb haszonvételt a szomszéd birtokosok jobbágyainak betiltotta.

.. Lodovico .. regi .. conventus monasterii Waradiensis .. literas vestre serenitatis recepimus .. in hec verba: Lodovicus .. rex .. conventui Pechwaradiensi .. dicitur nobis in personis Nicolai et Corrardi filiorum Jacobi de Kemud, quod iobagiones capituli Quinqueecclesiensis et alii quamplures iobagiones nobilium ipsius provincie in territorio possessionis ipsorum Gerech vocate vineas plantassent et adhuc plantare niterentur, ac silvas ipsorum succiderent et per pontem eorum procederent contra ipsorum voluntatem indebite et iniuste; super quo .. precipimus .. quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio .. quo presente Andreas filius Mark de Lothard vel Paulus frater eiusdem aut Stephanus filius Mathyus de Borryad aliis absentibus homo noster ad facies dicte possessionis accedendo, prohibeat eosdem a plantacione vinearum in territorio ipsius possessionis, et a percepcione vini vinearum quas in tempore ipsorum in dicta possessione plantassent, ac a transitu per pontem ipsorum et succisione silvarum eorumdem violenta, iuris ordine mediante; et post hec seriem ipsius prohibicionis nobis .. rescribatis. Datum Bude, in octavis festi Omnium Sanctorum, anno domini M° CCC° XL^mo septimo. Nos igitur .. unacum predicto Paulo filio March de (Lothard) homine celsitudinis vestre, hominem nostrum videlicet Johannem sacerdotem ecclesie nostre de villa Katul pro testimonio transmisimus ad (premissam pro)hibicionem faciendam, qui postmodum .. retulerunt, quod ipsi feria quarta proxima post

87.

1348. máj. 8. Az erdélyi káptalannak bizonyságlevele, hogy István erdélyi vajdától nyert kiküldetése következtében Booth fia János fiát Gált, Markháza nevü birtokba, a határ megjárása után, beiktatta.

Nos capitulum ecclesie beati Michaelis archangeli Transsilvane .. significamus .. quod nos literas .. Stephani voyvode Transsilvani et comitis de Zonuk, per Gallum filium Johannis filii Booth nobis exhibitas .. recepimus in hec verba: .. capitulo ecclesie beati Michaelis archangeli Transsilvane. Stephanus voyvoda Transsilvanus et comes de Zonuk .. dicit nobis Gallus filius Joannis filii Booth, quod ipse veteres metas possessionis sue Markhaza vocate, sub quibus ipsa possessio per magistrum Stephanum dictum Pagan donatorem eiusdem terre possessa exstiterat, sub nostro testimonio requirere et invenire, inventasque regni consvetudine requirente reambulare niteretur; super quo vestram petimus amiciciam, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio .. quo presente Johannes filius Stephani de Zuchak, aut Dominicus vel Beke filii Ladislai nobiles de Iklod, sive Johannes filius Nicolai de Doboka aliis absentibus homo noster, ad faciem dicte possessionis Markhaza vocate accedendo, predictas veteres metas a partibus possessionum Wysa et Gyulatelke vocatarum eidem Markhaza separandas .. diligenter requirat et requirendo inventas reambulet si per quempiam dicte reambulacioni non fuerit contradictum, contradictores vero si qui apparuerint, eosdem contra (predictum) Gallum ad nostram citet presenciam, ad terminum competentem, racionem contradiccionum eorum reddituros; si vero contradictores non apparuerint, super premissis antiquarum metarum requisicionibus et reambulacionibus eidem Gallo vestras literas perpetuo duraturas iusticia svadente condonetis. Datum in Dewa, in dominica Ramispalmarum, anno domini M° CCC° XL^mo octavo. Nos enim .. unacum predicto Johanne filio Stephani homine eiusdem, nostrum hominem videlicet magistrum Benedictum socium et concanonicum nostrum ad premissa exequenda duximus transmittendum, qui demum

M° CCC° XL^mo octavo; regnante domino Lodovico sublimi ac triumphatore rege Ungarie et Apulie, coronacionis vero anno sexto.

Papíron, hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. dipl. oszt. 3979. Közli: Kovács N.

80.

1348. mart. 21. Pál országbíró a garam-szentbenedeki conventet újabban kiküldi, hogy Györedi Mike fia Miklós részére Ujfalu máskép Poty nevü birtokot az esztergomi és a felhévvízi conventektől foglalja vissza.

. . conventui ecclesie sancti Benedicti de iuxta Goron, comes Paulus iudex curie . . noveritis quod cum iuxta continenciam priorum literarum nostrarum modum iudicii nostri denotancium, Petrus filius Kokas de Tuly homo regie maiestatis presente testimonio vestro in quindenis festi beati Michaelis archangeli nunc proxime preteritis ad faciem medietatis possessionis Wyfalu alio nomine Poty vocate, quam Nicolaus filius Myke de Gyeurud a magistro Petro procuratore magistri conventus fratrum sancti regis Stephani de Strigonio et de Calidis Aquis nomine sui iuris ordine iudiciario coram nobis requirebat . . accedendo, eandem nomine iuris dicti Nicolai recapere, recaptivatamque . . eidem Nicolao filio Myke . . statuere, si per ipsum magistrum Petrum procuratorem vel alios non fieret contradictum, contradictores autem alios si qui excepto ipso magistro Petro fierent, contra ipsum Nicolaum filium Myke ad vigesimum secundum diem predicti festi beati Michaelis archangeli in presenciam regie maiestatis racionem contradiccionis eorum reddituros citare, ipsum autem magistrum Petrum si in aliquo contradiceret citare non incumberet, quia absque citacione aliquali, eo quod in lite existeret cum eodem, ipsum in prefixo termino racionem sue contradiccionis reddere oporteret coram nobis, medietatem autem dicte possessionis Wyfalu per quempiam prohibitam, signis pro metis positis consignando, et regali mensura si mensurari posset mensurando, vel visu considerando . . estimare, et post hec pre-

quod si predicte requisicioni et reambulacioni metarum contradictor non apparuerit, predicto Gallo super premissis requisicionibus et reambulacionibus metarum nostras literas perpetuo duraturas donare dignaremur, nos itaque auditis et perceptis relacionibus premissis dictorum Joannis filii Stephani et magistri Benedicti, quod predicte requisicioni et metarum reambulacioni nullus contradictor apparuisset, ideo presentes nostras literas eidem Gallo concessimus patentes sigilli nostri munimine roboratas. Datum in quindenis eiusdem festi beati Georgii, in anno prenotato.

János erdélyi alvajdának 1369. apr. 13-ikán »Johannes filius Galli filii Booth de Fracha plebanus de Gypsa« kérelmére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. dipl. oszt. 28728. Közli Kovács N.

88.

1348. máj. 4—11. A váradi káptalan előtt Herbard gáldi nemes az erdélyi részekből, társaival együtt, a velük egy nemzetségből származott Gergely fiait és társait, Gáld nevü birtok elidegenítésétől, András erdélyi püspököt pedig annak megszerzésétől tiltják.

Nos capitulum ecclesie Waradiensis damus pro memoria, quod accedens ad nostram presenciam Herbordus de Gald nobilis de partibus Transsilvanis pro se personaliter et pro Petheu filio Corrardi fratre suo patruele, et pro Paulo filio Bolta, item pro Paulo Petro Ladislao et Nicolao filiis Petheu, ac pro Adriano necnon pro filiis suis, videlicet Johanne Ladislao Michaele (. . . . . .) protestatus in hunc modum, quod Nicolaus et Jacobus filii Georgii et Elias filius Blasii ac Jacobus filius Buken homines generacionis ipsorum, porciones eorum possessionarias in predicta Gald habitas, videlicet quintam partem eiusdem possessionis, ipsis irrequisitis et omnino ignorantibus, contra deum et iusticiam domino Andree episcopo Transsilvano vendidissent et contra prohibicionem ipsorum alienassent in ipsorum preiudicium non modicum et gravamen. Unde facta protestacione nomine suo et (. . . . . .) fratrum ac

captivacione indigere debere decernentes, amiciam vestram presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Johannes filius Dominici de Zoda, vel Petrus filius Kokas de Tuhly aut Deseu frater eiusdem aliis absentibus homo domini nostri regis, in octavis festi beati Georgii martiris nunc proxime venturis, ad faciem medietatis dicte possessionis Wyfalu alio nomine Poty vocate, quam idem Nicolaus filius Myke vel suus procurator legitimus in dicta possessione Wyfalu nomine sui iuris recaptivare voluerit, vicinis et commetaneis universis legitime convocatis et presentibus, vel eorum legitimis procuratoribus presentibus accedendo, eandem recapiat, habitaque recaptivacione huiusmodi, ipsi Nicolao filio Myke novis metis iuxta veteres in locis necessariis erectis, eo iure quo sibi pertinere dinoscitur, statuat perpetuo possidendam, si per ipsum magistrum Petrum vel alios non fuerit contradictum, contradictores autem alios si qui excepto ipso magistro Petro in stactuione eiusdem fuerint, contra ipsum Nicolaum filium Myke ad quindenas octavarum beati Georgii martiris predictarum in regiam citet presenciam, racionem sue contradiccionis reddituros, ipsum autem magistrum Petrum procuratorem si in aliquo contradixerit, citare non incumbit, quia absque citacione aliquali, eo quod in lite existat cum eodem, eundem termino in prefixo racionem contradiccionis sue reddere oportebit coram nobis. Ipsam autem medietatem possessionis Wyfalu alio nomine Poty vocate, nomine iuris predicti Nicolai filii Myke recaptivatam, per quempiam prohibitam, signis pro metis positis consignando et regali mensura si mensurari poterit mensurando vel visu considerando, unacum aliis probis viris per partes inibi adducendis estimet regni consvetudine exigente. Et post hec premisse possessionarie recaptivacionis . . seriem cum . . tocius facti processu ad easdem quindenas octavarum beati Georgii martiris regie fideliter rescribatis maiestati. Datum Bude, decimo die octavarum diei Cinerum predictarum, anno domini M° CCC° XL^mo octavo.

Papiron, zárlatán egy nagyobb és két kissebb pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. 673. 0. dipl. oszt. 24421. Közli: Kovács N.

81.

1348. mart. 30. A dömölki convent előtt Gechei Beke fiai, az Osl nemzetségből való János fia Lökös által ellenük indított perben ügyvédet vallanak.

Nos Nicolaus abbas et conventus monasterii beate virginis de Demenk damus pro memoria, quod Monkus et Johannes filii Beke de Geche coram nobis personaliter constituti, super causis eorum et causarum suarum articulis universis, quas magister Leucus filius Johannis de genere Osl in octavis medii Quadragesime in presencia . . Pauli iudicis curie . . habere dinoscitur contra ipsos, Nicolaum filium Pauli de eadem Geche, Martinum filium Ladislai, Petrum filium Emerici exhibitores presencium, eorum pro personis in procuratores fore constituerunt speciales, ratum et firmum habituri quitquid actum vel ordinatum fuerit per eosdem vel per unum quemlibet ex eisdem in premissis. Datum in dominica Letare, anno domini M° CCC° XL^mo octavo.

Papíron, zárlatán tojásdad alakú pecsét nyomaival; eredetije az Ostffy cs. ltárában, 7.

82.

1348. Buda, mart. 31. Erzsébet királyné meghagyja a margitszigeti apáczák tisztjének, hogy a királyné Gemched nevü birtokán levö egyik jobbágynak két ökrét adassa vissza.

Elizabeth dei gracia regina Hungarie . . fratri Ladisl[illegible] procuratori et officiali sanctimonialium de Insula Leporu[illegible] vel ipso fratre Ladislao absente vices eiusdem gerenti . . dic[illegible] nobis Paulus filius Petri iobagio noster de Gemched, qu[illegible] quidam fures subtraxerint duos boves suos, quos in villa Sanc[illegible] Michaelis in specie sub tua rectoria nunc reperisset; quare . mandamus, quatenus predictos duos boves in specie redder[illegible] et restituere debeas Paulo iobagioni nostro prenotato et aliu[illegible] non facturus; si vero secus feceris, scias, quod iobagione[illegible]

nostrum in damno non relinquimus. Datum Bude, feria secunda proxima post dominicam Letare, anno domini M° CCC° XL^mo octavo.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Eccles. 45. 7. dipl. lt. 3980. Közli: Kovács N.

83.

1348. Középmeti, apr. 2. Péter Abauj vármegye ispánja és bírótársai bizonyítják, hogy Enok fiát Dancsot és társait birtokaik elidegenítésétől, Kassa városát pedig azok megszerzésétől eltiltották.

Nos magister Petrus comes parochialis per dominum Lodovicum regem Hungarie in comitatu de Abawywar constitutus et quatuor iudices nobilium de eodem damus pro memoria, quod Mokyan maior castri homo noster et Blasius filius Beke de Gesche testimonium provincie, quos ad peticionem Donch filii Enok mediante sigillo nostro ad faciendam prohibicionem inferius declarandam transmiseramus, feria quarta proxima ante dominicam Judica ad nos reversi, dictum sigillum nostrum nobis reportando retulerunt eo modo, quod ipsis presentibus predictos Donch ac Thomam filium Moyws, Georgium et Sebastianum filios eiusdem a condonacione porcionis ipsorum possessionarie, quovis titulo pignori obligacione, et alios quoscunque et specialiter cives de Cassa quoquomodo porciones occupacione, eo quod sibi racione linee consangvineitatis ac commetaneitatis ad utendum magis attineret, prohibuisset contradicendo et contradixisset inhibendo. Datum in Kuzepnemyty, in termino prenotato, anno domini M° CCC° XL^mo octavo.

Papíron, zárlatán három pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban, a Máriássy cs. letéteményében.

84.

1348. apr. 12. Somogy vármegye alispánja és szolgabírái, Osztopáni Pethőnek és fiának Ochuz fia János és ennek fiai elleni ügyében halasztást adnak.

Nos magister Konth vice domini Bartholomei comitis Simigiensis et quatuor iudices nobilium eiusdem comitatus damus pro memoria, quod causam quam magister Peteu de Ztupan et Georgius filius eiusdem, iuxta continenciam literarum citatoriarum conventus Simigiensis, contra magistrum Johannem filium Ochuz, Leukus, Johannem et Ochuz filios suos, pro quibus assumtores termini, sabbato proximo ante dominicam Ramispalmarum movere habebat coram nobis, racione prioritatis termini, ipsam causam ad sabbatum proximum post octavas beati Georgii martiris duximus peremtorie prorogandam. Datum sabbato predicto, anno domini M° CCC^mo XL^mo octavo.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1537. 15. dipl. oszt. 3982. Közli: Kovács N.

85.

1348. máj. 8. A nyitrai káptalan jelentése I. Lajos királyhoz, hogy Zeghi János fiait Tolmács és Nagyszeg nevű Nyitra vármegyei birtokokba beiktatta s a határt is megjáratta.

. . Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie Nitriensis . . literas vestre excellencie . . recepimus . . in hec verba: Lodovicus . . rex . . capitulo Nitriensi . . dicunt nobis Petrus et Michael filii Johannis de Zegh, quod quedam possessiones ipsorum Tolmach et Nogzegh vocate in comitatu Nitriensi ex utraque parte fluvii Nitra apud manus ipsorum habite, reambulacione et metarum renovacione plurimum indigerent; super quo . . mandamus, quatenus unacum Dominicio filio Myke de Wrbeel comitatus de Zala homine nostro, vestrum mittatis hominem pro testimonio . . quo presente idem homo noster ad

facies dictarum possessionum . . accedendo, reambulet easdem . . reambulatasque . . relinquat easdem prefatis Petro et Michaeli filiis Johannis . . perpetuo possidendas si non fuerit contradictum, contradictores autem si qui fuerint, citet ipsos contra eosdem Petrum et Michaelem in nostram presenciam ad terminum competentem, et post hec seriem ipsius reambulacionis . . nobis . . rescribatis. Datum in Wyssegrad, feria sexta proxima post festum Pasche domini, anno eiusdem M° CCC^mo XL^mo octavo. Nos igitur . . cum eodem . . homine vestro magistrum Michaelem sublectorem nostrum ad exequendum premissa pro testimonio duximus transmittendum; qui demum . . retulerunt, quod idem homo vester in festo sanctorum Philippi et Jacobi apostolorum proxime preterito, ad facies dictarum possessionum Tolmach et Nogzegh vocatarum, vicinis et commetaneis earumdem legitime convocatis et presentibus, cum eodem homine nostro accedendo, easdem per suas veras et antiquas reambulassent, novasque metas iuxta veteres ubi necesse fuisset erigi fecissent, reambulatasque et ab aliorum possessionibus distinctas et separatas reliquissent prenotatis Petro et Michaeli eo iure, quo ad ipsos dinoscitur pertinere perpetuo possidendas, nullo penitus contradictore apparente; mete autem quibus ipsa possessio Tolmach ab aliorum possessionibus distingitur et separatur currerent isto modo: quod primo inciperetur a parte meridiei a duabus metis terreis, quarum una a parte occidentali existens separaret ipsi possessioni Tolmach, altera vero a parte orientali habita possessioni Izdege nobilium de eadem, deinde curreret versus septemtrionem ad sex metas terreas, quarum due premisso modo separantes ipsi possessioni Tolmach, alie due possessioni Izdege eodem modo ut supra, relique vero due a parte septemtrionali existentes possessioni Komnyati vocate; deinde flectitur versus occidentem, et perveniretur ad tres metas terreas, quarum due a parte meridionali existentes separarent ipsi possessioni Tolmach, tercia vero a parte septemtrionali adiacens possessioni Komnyati antedicte; deinde ad eandem partem accedendo perveniret ad quatuor metas terreas, quarum due penes quas duo dumus keures haberentur, ipsi possessioni Tolmach, alie due dicte possessioni Komnyati sepedicte; deinde ad tres metas

terreas, quarum due ipsi possessioni Tolmach, tercia vero possessioni Komnyati; abhinc ad alias tres metas terreas premisso modo separantes; inde ad alias tres metas terreas eodem modo distingventes; dehinc ad tres metas terreas modo quo supra currentes et distingventes; hinc ad tres metas terreas eodem modo separantes; inde ad tres metas terreas similiter distingventes; tandem ultra venam Velg vulgariter dictam essent tres mete terree modo quo supra erecte; post hec penes vadum Horuathreu dictum similiter tres mete haberentur, modo supra nominato separantes, et ibi terminarentur. Mete autem possessionis Nogzegh haberent cursum ordine subsequenti: ita videlicet, quod prima meta inciperetur a parte orientali circa viam quandam infra transientem, iuxta terras arabiles nobilium de Ondroh a duabus metis terreis, quarum una a septemtrione habita separaret pessessioni Komnyati sepedicte, alia vero a parte meridionali adiacens possessioni Nogzegh prenotate, et ambe similiter versus orientem distingverent possessioni Ondroh antedicte; deinde curreret ad occidentem ad quatuor metas terreas, quarum due a parte meridionali habite separarent possessioni Nogzegh, alie due a parte septemtrionali adiacentes Komnyati sepius nominate; inde ad tres metas terreas a parte Komnyati existentes, deinde ad tres metas terreas, quarum due ipsi possessioni Nogzegh, tercia vero Komnyati; inde vergeret magis ad eandem partem occidentalen et veniret ad tres metas terreas eodem modo separantes; exhinc transiret ad eandem partem desertam, et intraret viam, que ducit de Komnyati ad Tordoskeddi, et in eadem transiret per bonum spacium et perveniret ad tres metas terreas modo ut supra separantes; post hec in eadem via curreret in bona distancia et variaretur in plures vias quasi versus meridiem currentes, et dimissis ipsis viis illuc ducentibus transiret semper ad eandem partem occidentalem et perveniret ad duas metas terreas angulares, que versus septemtrionem separarent possessioni Komnyati sepefate, ad occidentem vero possessioni Tordoskeddi, ad partem autem meridionalem distingverent possessioni Nogzegh preallegate, et illic teneret terminos metales cum ipsa possessione Tordoskeddi. Datum in octavis

festi sanctorum Philippi et Jacobi apostolorum antedicti, anno domini ut supra.

A nyitrai káptalannak 1390. oct. 25-én »ad mandatum Sigismundi regis Hungarie magistro Michaeli de Zeegh« kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 681. 18. dipl. oszt. 3984. Közli: Kovács N.

86.

1348. máj. 8. A váradi káptalan előtt László szerzetes, a váradolaszi apáczáknak a váradi hegyben egy szőllőt ajándékoz.

Capitulum ecclesie Waradiensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod constitutus in nostri presencia vir discretus Ladislaus sacerdos prebendarius ecclesie nostre et rector capelle beati Andree apostoli . . coram nobis est confessus, quod ipse ductus devocione quam habet erga sanctam Annam matrem matris nostri salvatoris, volensque terrena cum celestibus et transitoria cum perpetuis commutare ac sibi locum preparare in regione fidelium animarum, vineam suam emticiam suis rebus propriis a Johanne germano Michaelis dicti Tarnuk comparatam, in territorio Waradiensi existentem, cui ab una parte vinea magistratus altaris sancti Nicolai confessoris, ex altera vero vinea Nicolai dicti Fogyas vicinantur, cum omnibus . . pertinenciis eiusdem . . que nunc sunt vel esse possunt in futurum . . donasset . . iure perpetuo . . possidendam . . collegio sororum in claustro ipsius beate Anne habitancium in vico Veneciarum existenti, que quidem sanctimoniales vitam activam contemnentes, crebris oracionibus divine pietatis clemenciam contemplantur; renuncians pure et simpliciter omni iuri ac proprietati seu dominio, quod habebat in vinea supradicta . . Datum in octavis apostolorum Philippi et Jacobi beatorum, anno domini M° CCC° XL^mo octavo; discretis viris Philippo preposito, Ladislao rectore, Ladislao cantore, Gregorio custode canonicis ac magistris . . existentibus.

A pecsét piros és zöld selyemsodraton függ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. Poson. 59. 7. dipl. oszt. 3987. Közli: Kovács N.

87.

1348. máj. 8. Az erdélyi káptalannak bizonyságlevele, hogy István erdélyi vajdától nyert kiküldetése közetkeztében Booth fia János fiát Gált, Markháza nevü birtokba, a határ megjáratása után, beiktatta.

Nos capitulum ecclesie beati Michaelis archangeli Transsilvane . . significamus . . quod nos literas . . Stephani voyvode Transsilvani et comitis de Zonuk, per Gallum filium Johannis filii Booth nobis exhibitas . . recepimus in hec verba: . . capitulo ecclesie beati Michaelis archangeli Transsilvane. Stephanus voyvoda Transsilvanus et comes de Zonuk . . dicit nobis Gallus filius Joannis filii Booth, quod ipse veteres metas possessionis sue Markhaza vocate, sub quibus ipsa possessio per magistrum Stephanum dictum Pagan donatorem eiusdem terre possessa exstiterat, sub nostro testimonio requirere et invenire, inventasque regni consvetudine requirente reambulare niteretur; super quo vestram petimus amiciciam, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio . . quo presente Johannes filius Stephani de Zuchak, aut Dominicus vel Beke filii Ladislai nobiles de Iklod, sive Johannes filius Nicolai de Doboka aliis absentibus homo noster, ad faciem dicte possessionis Markhaza vocate accedendo, predictas veteres metas a partibus possessionum Wysa et Gyulatelke vocatarum eidem Markhaza separandas . . diligenter requirat et requirendo inventas reambulet si per quempiam dicte reambulacioni non fuerit contradictum, contradictores vero si qui apparuerint, eosdem contra (predictum) Gallum ad nostram citet presenciam, ad terminum competentem, racionem contradiccionum eorum reddituros; si vero contradictores non apparuerint, super premissis antiquarum metarum requisicionibus et reambulacionibus eidem Gallo vestras literas perpetuo duraturas iusticia svadente condonetis. Datum in Dewa, in dominica Ramispalmarum, anno domini M° CCC° XL^mo octavo. Nos enim . . unacum predicto Johanne filio Stephani homine eiusdem, nostrum hominem videlicet magistrum Benedictum socium et concanonicum nostrum ad premissa exequenda duximus transmittendum, qui demum

.. retulerunt, quod ipsi feria quarta proxima post festum beati Georgii martiris proxime preteritum ad faciem predicte possessionis Markhaza .. accessissent, ibique talibus distinccionibus antiquarum metalium, presentibus cunctis vicinis et commetaneis, dictam possessionem Markhaza vocatam a predictis villis Wysa et Gyulatelke vocatis separassent: quod primo in monte Buziasmagasa vocato tres antiquas metas terreas invenissent, quarum una separaret possessioni Ba (. . .), secunda Wysa, tercia vero ville Markhaza vocate; deinde in eodem monte Buziasberche vocato, tenderet ad partem occidentalem ad (unam metam) cursualem, abhinc in eodem berch procederet similiter versus occidentem (. . . . . .) ad quendam locum Kysbuziasberche nominatum, ubi due antique mete terree (. . . . . .) quarum una separaret possessioni Gyulatelke, alia ville Markhaza nominatis, deinde in eodem berch longius procedendo perveniretur ad unam metam cursualem, abhinc (. . . . . .) tenderet ad duas metas terreas, deinde in eodem berch procederetur ad unam metam cursualem, abhinc tenderet ad montem Sosaybercy vocatum et perveniretur ad quendam (. . . . . .) Sosaykapusa nominatum, ubi una meta terre olim constructa haberetur, deinde flectendo, tempore osticio existente, ut consideraretur, in eodem berch tenderetur ad partem orientalem ad plures metas antiquas cursuales per ordinem existentes, et de ipso berch descendendo similiter tenderetur ad partem orientalem ad unam metam cursualem, deinde descendendo procederetur ad quendam monticulum Kyskapus nominatum supra piscinam existentem, et de ipso monticulo transiendo ipsum rivulum piscine memorate, tenderet ad partem orientalem, deinde ascendendo perveniret supra ad quendam berch, longiusque in eodem berch ascendendo perveniret ad quendam locum Tababerche vocatum, et ibi predicte antique mete possessionis Markhaza vocate per predictos homines voyvode et nostrum requisite et invente terminarentur, nemine contradictore existente reambulassent, reambulandoque predictam possessionem Markhaza vocatam eidem Gallo et suis heredibus sub limitacionibus predictarum antiquarum metarum perpetue reliquissent possidendam. Et quia in fine predictarum literarum voyvodalium nobis transmissarum lucide continebatur,

quod si predicte requisicioni et reambulacioni metarum contr[illegible]-dictor non apparuerit, predicto Gallo super premissis requis[illegible]i-cionibus et reambulacionibus metarum nostras literas perpetu[illegible]o duraturas donare dignaremur, nos itaque auditis et percept[illegible]s relacionibus premissis dictorum Joannis filii Stephani et m[illegible]i-gistri Benedicti, quod predicte requisicioni et metarum rean[illegible]-bulacioni nullus contradictor apparuisset, ideo presentes nostra[illegible]s literas eidem Gallo concessimus patentes sigilli nostri mun[illegible]i-mine roboratas. Datum in quindenis eiusdem festi beati G[illegible]e-orgii, in anno prenotato.

János erdélyi alvajdának 1369. apr. 13-ikán »Johannes fili[illegible]us Galli filii Booth de Fracha plebanus de Gypsa« kérelmére kiadott átir[illegible]a-tából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. dipl. oszt. 28728. Közl[illegible]i: Kovács N.

88.

1348. máj. 4—11. A váradi káptalan előtt Herbard gáldi [illegible]e-mes az erdélyi részekből, társaival együtt, a velük egy nemzets[illegible]ég-ből származott Gergely fiait és társait, Gáld nevü birtok elide[illegible]e-nítésétől, András erdélyi püspököt pedig annak megszerzésé[illegible]től tiltják.

Nos capitulum ecclesie Waradiensis damus pro memor[illegible]ia, quod accedens ad nostram presenciam Herbordus de Gald [illegible]no-bilis de partibus Transsilvanis pro se personaliter et pro P[illegible]e-theu filio Corrardi fratre suo patruele, et pro Paulo filio Bol[illegible]ta, item pro Paulo Petro Ladislao et Nicolao filiis Petheu, ac p[illegible]ro Adriano necnon pro filiis suis, videlicet Johanne Ladisl[illegible]ao Michaele (. . . . . .) protestatus in hunc modum, quod Nic[illegible]co-laus et Jacobus filii Georgii et Elias filius Blasii ac Jacob[illegible]us filius Buken homines generacionis ipsorum, porciones eor[illegible]um possessionarias in predicta Gald habitas, videlicet quint[illegible]am partem eiusdem possessionis, ipsis irrequisitis et omnino ig[illegible]no-rantibus, contra deum et iusticiam domino Andree episc[illegible]po Transsilvano vendidissent et contra prohibicionem ipsor[illegible]um alienassent in ipsorum preiudicium non modicum et gravan[illegible]en. Unde facta protestacione nomine suo et (. . . . . .) fratrum ac

filiorum suorum, prohibuit eosdem Nicolaum et Jacobum filios Gregorii ac Eliam filium Blasii, necnon (Jacobum filium) Bukun ab alienacione earumdem possessionariarum porcionum; prohibuit et predictum dominum episcopum Transsilvanum (.....) earumdem et quoslibet alios, testimonio presencium coram nobis palam et expresse. Datum quarta feria (.....) Pentecostes, anno domini M^mo CCC^mo XL° octavo.

Rongált állapotban; eredetije az orsz. lt. dipl. oszt. 29144. Közli: Kovács N.

89.

1348. Torda, máj. 12. István erdélyi vajda Hassas nevü birtok határjárására és becslésére, mely birtok végett Iklódi László fia Beke, Márton dévai várnagy fiával perben állott, az erdélyi káptalant küldi ki.

..capitulo ecclesie Transsilvane Stephanus voyvoda Transsilvanus et comes de Zonuk .. declaramus, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium partis Transsilvane in quindenis festi beati Georgii martiris publica proclamacione facta Thorde celebrata, Beke filius Ladislai de Iklod de medio aliorum causidicorum consurgendo, literas Petri vicevoyvode nostri, formam proposicionis et exhibicionis instrumentorum continentes, contra Simonem, Thomam plebanum et Demetrium filios condam comitis Martini de Dewa demonstravit, in quibus reperiebatur, quod predictus Beke filius Ladislai, prelibatum comitem Martinum patrem dictorum Simonis, Thome plebani et Demetrii, quandam possessionem Hassas vocatam in contigua vicinitate et commetaneitate dicte possessionis sue Iklod adiacentem, non ex sua permissione sed contra suam voluntatem precio comparasse, et secundum regni consvetudinem ipsum in suam vicinitatem intromittere nolle proposuisset, predictusque Simon sua personaliter et dictorum Thome plebani ac Demetrii fratrum suorum in personis .. ipsam possessionem Hassas titulo emcionis, mediantibus vigorosis instrumentis ad ipsos devolutam fore respondisset; ad

quorum instrumentorum suorum exhibicionem pretactus Petrus vicevoyvoda noster ipsis terminum deputasset, et ipsa instrumentalis exhibicio ad presentem nostram congregacionem prorogative devenisset, ubi pretactus Simon filius Martini pro se personaliter et pro dictis Thoma plebano et Demetrio fratribus suis . . consurgendo, duo privilegia vestra nobis demonstravit; in quorum uno anno domini M° CCC° XL^mo sexto confecto reperiebatur, quod comes Rophoyn filius Alexandri de Kend pro se et Nicolao Rophoyn Ladislao Thoma et Johanne filiis suis coram vobis comparendo, prefatam possessionem Hassas, pro quinquaginta marcis argenti a Benedicto filio Bolyar, sicut dixisset sibi perpetuo devolutam, comiti Simoni dicto Horwath pro eisdem quinquaginta marcis argenti vendidisset, et postmodum ut in secundo privilegio vestro in anno domini M° CCC^mo XL^mo tercio emanato reperiebatur, idem comes Simon dictus Horvath coram vobis personaliter comparendo, eandem possessionem Hassas cum omnibus utilitatibus suis prefato comiti Martino castellano de Dewa pro quinquaginta marcis fini argenti perpetuo possidendam vendidisset, assummens ipsum comitem Martinum et suos heredes racione ipsius possessionis impetere volentibus expedire propriis laboribus et expensis; cui quidem possessionarie emcioni per ipsum comitem Martinum castellanum de Dewa facte, Clemens filius Johannis nobilis de Kereztus coram vobis in anno domini M° CCC^mo XL^mo quinto constitutus, ut in literis vestris patentibus per eundem Simonem filium Martini nobis exhibitis reperiebatur, consensum prebuisset racione vicinitatis et commetaneitatis et assensum. In cuius contrarium prefatus Beke filius Ladislai in anno domini M° CCC^mo XL^mo tercio, per Lorandum servientem suum in sua persona, eundem comitem Simonem dictum Horwath a vendicione, et pretactum comitem Martinum castellanum de Dewa ab emcione dicte possessionis Hassas, racione vicinitatis et commetaneitatis prohibicionem fecisse per literas vestras declarabat; adhuc idem Beke filius Ladislai per alias literas quondam Ladislai vicevoyvode Transsilvani anno domini M° CCC^mo XL^mo tercio confectas, ipsum comitem Martinum condam castellanum de Dewa, ab emcione eiusdem possessionis Hassas racione vicinitatis et commetaneitatis prohibuisse

comprobabat; et quia in predictis literis vestris privilegialibus ipse comes Simon dictus Horwath ipsum comitem Martinum et suos heredes ab omnibus racione dicte possessionis Hassas molestare volentibus expedire assumsisse reperiebatur, ideo cum ipsum Simonem filium ipsius comitis Martini (. . . . . .) instrumenta super ipsa possessione Hassas habebat, vel ipsum comitem Simonem dictum Horwath in expedicione dicte possessionis Hassas (. . . . . .) quampluribus vicibus habuissemus requisitum, idem Simon filius comitis Martini sua et fratrum suorum in personis . . astando (. . . . . .) in facto dicte possessionis Hassas plura instrumenta non habere. nec dictum comitem Simonem dictum Horwath in expedicione eiusdem possessionis (. . . . . .) allegavit; unde cum prefata possessio Hassas premisse emcionis titulo pretacto comiti Martino quondam castellano de Dewa et per consequens prefatis filiis suis contra legitimas prohibiciones prelibati Beke filii Ladislai vicini et commetanei eiusdem possessionis Hassas nullatenus perpetuari potuisse, sed eadem racione vicinitatis et commetaneitatis magis redemcioni prefati Beke filii Ladislai regni consvetudine exigente ex racionibus premissis pertinere dinoscatur, et ob hoc ad estimacionem eiusdem possessionis homines nostri unacum homine vestro debeant destinari, amiciciam discrecionis vestre . . petimus . . quatenus mittatis hominem vestrum pro testimonio . . quo presente Nicolaus dictus Butus, vel Johannes filius suus, aut Blasius filius Laurencii de Rethe pro parte predicti Beke filii Ladislai actoris, item Johannes filius Nicolai filii Mykud, vel Petrus de Baduk pro parte prefatorum filiorum comitis Martini in causam attractorum, aliis absentibus homines nostri, feria secunda proxima ante festum Pentecostes proxime venturum ad faciem dicte possessionis Hassas vocate, vicinis et commetaneis suis universis legitime convocatis et partibus vel earum legitimis procuratoribus presentibus accedant, et eandem per suas veras et antiquas metas, sub quibus prefato comiti Martino quondam castellano de Dewa vendita foret, reambulent et regali mensura si mensurari poterit secundum regni consvetudinem

ando, vel si mensurari non posset tunc visu conside-

sua qualitate utilitate et valore, deum habendo pre

oculis, absque scrupulo cuiuslibet falsitatis, estiment unacum aliis probis viris regni consvetudine exigente; et post hec seriem ipsius estimacionis ad octavas dicti festi Pentecostes proxime venturas in literis vestris Petro vicevoyvode nostro amicabiliter rescribatis, ut visa serie ipsius estimacionis, ad redimendum eandem possessionem predicto Beke filio Ladislai terminum deputare valeat congruentem, isto modo, ut si ipsa possessio in sua estimacione valorem quinquaginta marcarum argenti excesserit, vel in eisdem quinquaginta marcis estimata fuerit, tunc in ipsis quinquaginta marcis, si autem minoris valoris fuerit, tunc in sua estimacione redimatur, regni consvetudine exigente. Datum Thorde, quinto die congregacionis nostre prenotate, anno domini Millesimo CCC^{mo} XL^{mo} octavo.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. dipl. oszt. 29427. Közli: Kovács N.

90.

1348. Sáros, máj. 12. Sáros vármegye alispánja és szolgabírái bizonyítják, hogy a midön Soós László anyja az iránt megkérdeztetett, hogy Salgói János zálogos birtokát a rokonoknak kibocsátani hajlandó-e? az a kibocsátást fia nevében megtagadta.

Nos magister Johannes vicecomes et iudices nobilium de Sarus damus pro memoria, quod Luchasius filius Petri dicti Chatus famulus magistri Ladislai dicti Sous, verbo eiusdem domini sui ad nostram accedendo presenciam, nobis curavit significare, quod porcio possessionaria Johannis filii Petri de Solgou in eadem possessione Solgou habita, dicto magistro Ladislao domino suo per ipsum Johannem esset pignori obligata, et si ex nobilibus de eadem Solgou quibus ipsa redemcio possessionis attinet redimere eam vellet, prefatus magister Ladislaus dominus suus reddere promtus esset et paratus, quo audito Stephanus filius Nicolai de eadem Salgo et Ladislaus filius Floriani astantes dicebant, quod si dictus magister Ladislaus ipsam porcionem possessionariam eis vellet reddere, ipsi redimere presto essent et parati; et cum nos comitem Johannem unum ex nobis iudicibus

cum dicto Stephano filio Nicolai et Ladislao filio Floriani ad dictum magistrum Ladislaum pro facienda inquisicione super eo, si dictam porcionem possessionariam predictis Stephano et Ladislao redimere daret, transmisissemus, nec ne, idem ad nos reversus nobis retulit eo modo, quod ipse magistrum Ladislaum domi non invenisset, sed domina genitrix eiusdem magistri Ladislai taliter sibi respondisset, quod verum esset, quod ipse magister Ladislaus filius suus ipsam porcionem possessionariam ipsis nobilibus redimendo reddere voluisset, sed tamen nec ipse magister Ladislaus nec eciam ipsa causa reddere vellet aliquamodo. Datum in Sarus, feria secunda proxima post festum beati Stanizlai martiris, anno domini M° CCC^mo XL^mo octavo.

Papíron, zárlatán két pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Sóvári Soós cs. ltárában.

91.

1348. Enyiczke, máj. 14. István enyiczkei szerzetes az egri püspök vicariusának jelenti, hogy Villermus nádor özvegyét bizonyos leánynegyed dolgában az egri szentszék elé megidézte.

. . magistro Johanni archidiacono Borsodiensi et generali vicario . . Nicolai . episcopi Agriensis, Stephanus sacerdos et rector ecclesie beati Stephani regis de Enezke . . visis literis vestre discrecionis tali tenore continentes, quod ego cum Johanne sacerdote de Scina personaliter accederemus in villam Nadastd ad nobilem dominam relictam Vilermi condam palatini bone memorie, et ibidem convocatis officialem cum universis hospitibus ibidem commorantibus, verbo domini episcopi et vestro moneremus predictam nobilem dominam relictam palatini, ut Petro et Elene nepotis ipsius Lachk quartam filialem nobilis domine matris ipsorum iam defuncte, quas ordine iudiciario coram nobis conquisierunt, et contra ipsos citando venire non curassent, comparere eisdem terminis assignatis et essent contra suos adversarios et iudicem convicti. Nos igitur cum Johanne sacerdote nobiscum assummendo feria

quarta proxima ante octavas beati Stanizlai martiris iam proximo preteritis, personaliter accessimus in villam Nadastd et ibidem officialem cum universis iobagionibus seu hospitibus ibidem et aliis possessionibus suis convocando ad presenciam nobilis domine, et vestrum preceptum cum tocius facti seriem eidem recitavimus moniendo, et ipsam nobilem dominam vel suum procuratorem ad vestri presenciam vocavimus, ut de victis birsagiis viginti duabus marcis de vestris duabus partibus, et in tercia parte suo adversario satisfacturi, et eisdem pro termino coram vobis comparendi octavas Pentecostes assignavimus. Datum in Enezke, feria quarta proxima ante octavas beati Stanizlai martiris, anno domini M° CCC° XL^mo octavo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1537. 17. dipl. oszt. 3988. Közli: Kovács N.

92.

1348. Torda, máj. 14. István erdélyi vajda utasítja az erdélyi káptalant, hogy a tuzsoni nemesek Palathka és Miketelke nevű birtokába Wsi Ivánkát iktassa be.

. . capitulo ecclesie Transsilvane, Stephanus voyvoda Transsilvanus et comes de Zonuk . . cum Iwanka filius Gregorii de Ws superiorem medietatem possessionis Palathka vocate et quandam possessionem seu terram Mykatelke nominatam, ut in privilegio Petri vicevoyvode nostri in congregacione nostra generali universitati nobilium partis Transsilvanie, in quindenis festi beati Georgii martiris publica proclamacione facta Thorde celebrata nobis exhibito vidimus contineri, a Kiliano Simone Michaele Johanne et Ladislao filiis Michaelis filii Semyen, Stephano Laurencio et Michaeli filiis Stephani dicti Pap nobilibus de Thusun, ordine iudiciario nomine sui iuris hereditarii, in presencia ipsius Petri vicevoyvode nostri reoptinuerit, et ipsum privilegium Petri vicevoyvode nostri sentenciale in eadem nostra congregacione mediante nostro privilegio roboratum exstiterit, amiciciam discrecionis vestre presentibus petimus . . quatenus mittatis hominem vestrum pro testimonio . . quo presente Paulus crispus famulus

predicti Petri vicevoyvode nostri homo noster ad hoc specialiter destinatus, ad faciem predicte superioris medietatis possessionis Palathka et possessionis Mykotelke, vicinis et commetaneis suis .. convocatis .. accedat, et eandem superiorem medietatem possessionis Palathka nominate et possessionem Mykotelke vocatam, per earum veras et antiquas metas reambulando et ubi necesse fuerit novas metas iuxta veteres erigendo, cum omnibus earum utilitatibus prefato Iwanka filio Gregorii eo iure quo sibi dinoscuntur pertinere, non obstante contradiccione predictorum Kiliani Simonis Michaelis Johannis et Ladislai filiorum Michaelis filii Semyen, Stephani Laurencii et Michaelis filiorum Stephani dicti Pap nobilium de Thusun, statuat sine preiudicio iuris alieni perpetuo possidere .. si per alios quoslibet non fuerit contradictum, contradictores vero alios si qui fuerint, citet contra ipsum Iwanka filium Gregorii ad nostram vel eiusdem Petri vicevoywode nostri presenciam ad terminum competentem; et post hec seriem premisse statucionis cum cursibus metarum, vel nominibus contradictorum et citatorum ac termino assignato, nobis vel eidem vicevoyvode nostro .. rescribatis. Datum in predicta Thorda, septimo die congregacionis nostre prenotate, anno domini M^mo CCC^mo XL^mo octavo.

Az erdélyi káptalannak 1348. jun. 20-án Péter alvajdához intézett jelentéséből, mely szerint a beiktatás ellenmondás nélkül megtörtént; a határjárás nincs részletesen felsorolva; a jelentés eredetije a N. Muzeumban van.

93.

1348. Buda, máj. 16. Pál országbíró megerősíti azon egyezséget, melyet a Tinnye és Zsambék nevü Pilis vármegyei birtokok mellett fekvő tizenkét ekényi föld, erdő és szőllő felosztásáról Zudar Péter és Guthundorf János egy részről, más részről pedig Zaar László, Aynard, és Sumrakus unokája István kötöttek.

Nos comes Paulus iudex curie .. regis .. significamus .. quod cum inter Petrum Zudor et Johannem Guthundorf

dictos actores ab una, item magistros Ladislaum dictum Za[illegible]r, Aynardum filium Nicolai de Sambuk et Stephanum filiu[illegible]m Ladislai filii Sumrakus in causam attractos parte ex altera, [illegible]in facto metarum possessionum Tynnye eorumdem Petri Zud[illegible]or et Johannis Guthundorf dictorum, nec non Prebor vocataru[illegible]m, ipsorum magistrorum Ladislai dicti Zaar, Aynardi filii Nicol[illegible]lai et Stephani filii Ladislai filii Sumrakus, litis materia cora[illegible]m nobis iuris ordine mota exstitisset et exorta, ipsaque lite di[illegible]u-cius nostri in presencia iuxta complurium literarum nostraru[illegible]m iudiciarie deliberacionis nostre modum exprimencium ven[illegible]ti-lante, Andreas de Kezew pro parte eorumdem magistroru[illegible]m Ladislai dicti Zaar, Aynardi filii Nicolai de Sambuk et St[illegible]te-phani filii Ladislai filii Sumrakus, item Paulus dictus Za[illegible]ar de Wny pro parte predictorum Petri dicti Zudor et Johan[illegible]nis Guthundorf dicti homines regii, presentibus testimoniis capitu[illegible]uli ecclesie Budensis, in octavis festi Pasche domini nunc proxi[illegible]me preteritis, ad faciem possessionis Tynne vocate in comita[illegible]tu Pilisiensi existentis, per regiam maiestatem ipsis Petro Zud[illegible]lor et Johanni Guthundorf dictis pro fidelibus eorum servic[illegible]iis collate . . accedere, et eam per suas veras metas et antiqu[illegible]as quibus a possessione Prebor dictorum magistrorum Ladis[illegible]lai et Aynardi ac Stephani filii Ladislai filii Sumrakus dinosc[illegible]ce retur separari, iuxta parcium vel procuratorum eorum oste[illegible]en sionem reambulare, et . . a predicta possessione Prebor se[illegible]p rare . . sicque cuique parcium sua iura possessionaria paci[illegible]fi possidere relinquere, si partes concordes fierent in ereccionib[illegible]b metarum predictarum, et si in aliqua particula discordare[illegible]er tunc eam particulam litigiosam signis pro metis positis c[illegible]o signando, vel regali mensura si mensurari posset mensuran[illegible]n vel visu considerando, unacum aliis probis viris de regni c[illegible]o svetudine estimare, et post hec seriem ipsius possessiona[illegible]a reambulacionis . . ad octavas festi beati Georgii martiris nu[illegible]n proxime transactas, partes in literis dicti capituli Buden[illegible]is nobis reportare debuissent; tandem ipsis octavis festi be[illegible]at Georgii martiris occurrentibus, pro predictis Petro Zudor[illegible]e Johanne Guthundorf dictis, Nicolaus filius Johannis famu[illegible]lus eorum . . ab una, et dictus magister Aynardus pro se per[illegible]so-naliter, et pro prenominatis magistris Ladislao dicto Zaar ac

Stephano filio Ladislai Sumrakus . . ad nostram accedentes presenciam, literas prescripti capituli ecclesie Budensis . . nobis demonstrarant continentes: quod ipsum capitulum Budense . . cum Andrea de Kezeu pro parte magistrorum Ladislai dicti Zaar, Aynardi et Stephani filii Ladislai filii Sumrakus et Paulo dicto Zaar de Wny pro parte Petri dicti Zudor et Johannis Guthundorf dicti hominibus regiis, eorum homines . . Jacobum subcustodem et Petrum sacerdotes de choro ecclesie eorum, ad ea que infra dicerentur . . exequanda pro testimoniis duxissent transmittendos, qui demum . . retulissent, quod in octavis festi Pasche domini proxime preteriti, ad faciem dicte possessionis Tinnye vocate, vicinis et commetaneis eiusdem universis legitime convocatis, predictis magistris Ladislao dicto Zaar, Aynardo et idem pro Stephano filio Ladislai filii Sumrakus in causam attractis, ac Nicolao filio Johannis de Wama pro Petro Zudor et Johanne Guthundorf dictis . . presentibus accessissent, et ipsam per veras metas a possessione Prebor reambulando separare . . et cuique parcium sua iura pacifice possidere relinquere voluissent, predicti magistri Ladislaus dictus Zaar, Eynardus personaliter adherentes, et idem pro Stephano filio Ladislai filii Sumrakus, quandam particulam possessionariam in eadem parte existentem contradicendo, non a reambulacione sed a statucione predictis Petro Zudor dicto et Johanni dicto Guthundorf facienda, nomine iuris ipsorum prohibuissent; quam particulam terre prohibitam, unacum aliis probis viris tunc inibi existentibus, quia mensurari non potuissent opportune, visu considerando, ad duodecim aratra computassent et triginta sex marcis estimassent; item silvam et quasdam vineas similiter per eosdem magistros Ladislaum dictum Zaar et Eynardum a statucione predictis Petro et Johanni facienda prohibitas, ac alias utilitates centum marcis iuxta regni consvetudinem estimassent. Et cum discussio finalisque determinacio ipsius cause quibusdam prorogacionum cautelis ab eisdem octavis festi beati Georgii martiris ad octavas festi beati Michaelis archangeli nunc proxime preteritas prorogative devenisset, tandem ipsis octavis festi beati Michaelis archangeli advenientibus, pro eisdem Petro dicto Zudor et Johanne Guthundorf dicto, iamdictus Nicolaus filius Johannis

de Wama . . ab una, et pro predictis magistris Ladislao dicto Zaar, Eynardo et Stephano filio Ladislai filii Sumrakus Ladislaus filius Ladislai cum procuratoriis literis capituli sancti Irinei martiris parte ex altera, ad nostram presenciam accedentes, et ipsam particulam terre ad premissa duodecim aratra computatam et in triginta sex marcis estimatam, silvam et vineas prenotatas in dictis centum marcis estimatas, predictus Nicolaus filius Johannis procurator predictorum Petri dicti Zudor et Johannis dicti Guthundorf ad predictam possessionem eorumdem Petri dicti Zudor et Johannis Guthundorf dicti Tynnye nominatam, per regiam maiestatem perpetuo eisdem collatam, dictus vero Ladislaus filius Ladislai procurator pretactorum magistrorum Ladislai dicti Zaar, Eynardi et Stephani filii Ladislai filii Sumrakus, nunquam ad possessionem Tynnye sed ad possessionem eorumdem magistrorum Ladislai Eynardi et Stephani filii Ladislai, Prebor vocatam pertinuisse et pertinere, inter metasque eiusdem existere contrariose coram nobis allegantes, quia predicti magistri Ladislaus dictus Zaar, Eynardus et Stephanus filius Ladislai filii Sumrakus ab avo et predecessoribus eorum ibi possessionati, ipsiusque possessionis Prebor nominate priores possessores existerent, ipsis autem Petro dicto Zudor et Johanni Guthundorf dicto, memorata possessio Tynnie adhuc de novo per predictum dominum nostrum regem collata exstitisse cernebatur, et ex eo ipsis magistris Ladislao dicto Zaar, Eynardo et Stephano filio Ladislai super eisdem particula terre, silvaque et vineis litigiosis iuramentum cum tot nobilium personis, in quot marcis eadem particula terre, silvaque et vinee prenotate fuerant estimate, de legis equitate et regni approbata consvetudine nos adiudicare opportebat, ideo nos unacum baronibus et nobilibus regni in iudicio nobiscum assidentibus, procuratoribus parcium utrarumque prenotatis benivole hoc idem assummentibus, decreveramus iudicantes, ut iidem magistri Ladislaus dictus Zaar, Eynardus et Stephanus filius Ladislai, vel eorum quem voluerint, centesimo et tricesimo sexto se nobilibus in quindenis festi beati Martini confessoris nunc proxime preteritis, in facie dicte particule terre litigiose in dictis triginta sex marcis estimate, in uno loco comparendo, presentibus Petro de Berence

vel Paulo de Chelnuk aut Paulo dicto Zaar sive Andrea filio Blasii de Nyek pro parte predictorum Petri dicti Zudor et Johannis Guthundorf dicti, item Mathia de Jeneu vel Stephano filio Petri de eadem aut Andrea de Kezy pro parte ipsorum magistrorum Ladislai dicti Zaar, Eynardi et Stephani filii Ladislai aliis absentibus hominibus regiis, et testimoniis dicti capituli ecclesie Budensis que per ipsum capitulum ad id amicabiliter petiveramus destinari, resolutis cingulis, pedibus discalciatis, et terram super capita eorum levando, et generaliter prout moris est iuxta regni consvetudinem iurare super terram, super eo ut ipsa particula terre in dictis triginta sex marcis estimata, silvaque et vinee prenotate in pretactis centum marcis estimate ipsorum essent et ad dictam eorum possessionem hereditariam Prebor nominatam pertinuerint semper et nunc pertineant, inter metasque eorum Sambuk adiacentes existerent et nunquam ad ipsam possessionem Tynnie pertinentes existerent nec exnunc pertinerent, sacramentum prestare tenerentur; qui si prestarent, tunc ipsam terre particulam, silvam et vineas prenominatas, iidem regii et dicti capituli Budensis homines ipsis magistris Ladislao dicto Zaar, Eynardo et Stephano filio Ladislai filii Sumrakus ad possessionem Prebor, alioquin, si prestare nollent vel non possent, tunc pretactis Petro Zudor et Johanni Guthundorf dictis ad possessionem ipsorum Tynnie, eo iure quo ipsis pertinere dinoscerentur, sine alieni iuris preiudicio, statuerent et applicarent, novis metarum limitacionibus ab invicem sequestrando perpetuo possidendas; partibus tamen liberam concesseramus concordandi facultatem, dummodo nos iuxta extensionem gravaminis cause earum de iudicio pacis vellent complacare; seriem siquidem ipsius iuramenti cum nominibus coniuratorum et possessionum eorumdem, statucioneque possessionaria et cursibus metarum ac tocius facti processu, ad octavas diei Strennarum nunc presentes, in literis ipsius capituli Budensis nobis partes tenerentur reportare. Demum ipso termino reportacionis seriei premissorum occurrente, Dominicus filius Dyonisii de Bulch pater predicti Petri Zudor dicti pro eodem Petro filio suo et Johanne dicto Guthundorf . . ab una, item prefatus Eynardus filius Nicolai pro se personaliter et

predictis proximis suis . . parte ab altera, ad nostram accedentes presenciam, literas sepedicti capituli ecclesie Budensis memoriales nobis presentarunt continentes, quod ipsum capitulum Budense . . cum Paulo dicto Zaar pro parte Petri dicti Zudor et Johannis Guthundorf dicti, et Andrea de Kezy pro parte magistrorum Ladislai dicti Zaar, Eynardi et Stephani filii Ladislai hominibus regiis, eorum homines . . magistrum Thomam succentorem ecclesie ipsorum et Michaelem presbiterum capelle beate Margarete virginis et martiris ad videndam quandam iuramentalem deposicionem infradicendam pro testimoniis duxissent destinandos, qui demum ad eos reversi ipsis concorditer retulissent, quod in quindenis festi beati Martini confessoris proxime preteriti ad faciem cuiusdam particule terre litigiose inter possessiones Prebor magistrorum Ladislai dicti Zaar, Eynardi et Stephani filii Ladislai, et Tynnie dictorum Petri dicti Zudor et Johannis Guthundorf dicti existentis, in triginta sex marcis estimate, silve et vinearum in centum marcis estimatarum, similiter litigiosarum accessissent, et predicti magistri Ladislaus dictus Zaar, Eynardus et Stephanus filius Ladislai cum eorum coniuratoribus, videlicet cum tot personis nobilibus eisdem similibus in quot marcis prenotate particula terre, vinee et silva litigiosa fuerant estimate, scilicet cum centum et triginta sex hominibus, in facie eiusdem particule terre litigiose in uno loco comparendo, iuramentum . . deponere promti fuissent et parati, sed optenta paciscendi licencia iudiciaria, ut in dictis literis nostris contineretur, proborum virorum composicione et ordinacione intervenientibus, propter future pacis et tranquilitatis bonitatem, predicti magistri Ladislaus dictus Zaar, Eynardus et Stephanus filius Ladislai personaliter adherentes, Nicolao dicto Vertes pro Petro dicto Zudar . . Petro dicto Vertes pro Johanne dicto Guthundorf . . comparentibus, taliter inter se concordassent, . . quod predictam particulam terre litigiosam, silvam et vineas prenotatas per metas distingendo, ut infra declaratur, partem earumdem a parte possessionis Prebor predictis magistris Ladislao dicto Zaar, Eynardo et Stephano filio Ladislai, residuam partem seu aliam a parte possessionis Tynnie, predictis Petro dicto Zudor et Johanni Guthundorf dicto, sepedictis

magistris Ladislao dicto Zaar, Eynardo et Stephano filio Ladislai personaliter, predictis Nicolao et Petro pro predictis Petro dicto Zudor et Johanne Guthundorf dicto auctoritate procuratoria . . acceptantibus, benivole reliquissent et statuissent perpetuo possidendas. Mete autem quibus predictas particulam terre, silvam et vineas litigiosas perpetuo separassent, prout iidem regii et ipsorum homines ipsis retulissent, hoc modo distingerentur: primo et principaliter circa quandam viam, que dicitur via de Sumudur, a parte occidentali eiusdem vie duas metas terreas erexissent, deinde procederet ad partem meridionalem, veniret ad unam metam terream antiquam, iuxta quam aliam metam terream de novo erexissent, deinde iret ad eandem partem ad quendam fluvium et ibi in cacumine cuiusdam montis Seureghfeuhegy vocati esset meta antiqua, circa quam aliam de novo erexissent, deinde ad eandem partem et in latere eiusdem montis esset una meta antiqua, circa quam aliam de novo erexissent, inde ad eandem partem iuxta quandam viam per quam iretur ad Albam, esset una meta antiqua, ubi aliam de novo erexissent, deinde ad eandem partem ad unam metam antiquam, circa quam aliam de novo erexissent, deinde ad aliam partem ad duas metas terreas, et ibi flecteretur ad partem orientalem, et a latere predicti montis quasi ad iactum lapidis duas metas de novo erexissent, deinde ad eandem partem iuxta quandam viam que Buruth vocatur esset meta antiqua, circa quam aliam de novo erexissent, inde iretur ad eandem partem, circa quandam silvam Mutus vocatam esset meta antiqua, circa quam aliam metam de novo erexissent, deinde ad eandem partem in summitate cuiusdam montis eiusdem silve Mutus essent due mete terre, deinde ad eandem plagam transiret ad unam vallem et ibi essent due mete terre, deinde ad eandem partem sub quadam arbore sileris esset meta antiqua, circa quam aliam de novo erexissent, item ad eandem partem sub alia arbore essent due mete terree, inde ad eandem partem sub tercia arbore essent due mete terree, deinde ad eandem plagam sub quarta arbore sileris essent due mete terree; item ad eandem partem sub quinta arbore esset una meta terrea antiqua, circa quam aliam de novo erexissent, deinde ad eandem partem iuxta quandam

viam que iret versus villam Chaba, esset meta antiqua, circ
quam aliam de novo erexissent, deinde ad eandem parte
supra lacum Tynnyetou vocatum in cacumine eiusdem monti
Tynnye essent due mete iuxta viam Chaba, deinde procedend
in eadem via Chaba, essent due mete terree, et ibi terminarentu
mete distinguentes predictam terram litigiosam ab invicem
Quarum literarum exhibicionibus factis, cum nos predictu
Dominicum filium Dionisii procuratorem eorumdem Petri Zu
dor et Johannis Guthundorf dictorum, necnon pretactum ma
gistrum Eynardum in sua et eorumdem magistrorum Ladisla
dicti Zaar ac Stephani filii Ladislai personis, in eo, utrum iide
Petrus Zudor et Johannes Guthundorf dicti ac prenomina
magistri Ladislaus dictus Zaar, Eynardus et Stephanus filiu
Ladislai filii Sumrakus premissam concordialem composicione
et metarum erecciones in perennalem dictarum duarum po
sessionum, Prebor eorumdem magistrorum Ladislai dicti Zaa
Eynardi et Stephani filii Ladislai filii Sumrakus, ac Tynny
ipsorum Petri Zudor et Johannis Guthundorf dictorum sepa
racionem iuxta seriem literarum dicti capituli Budensis re
scripcionalium perpetuo inter se velint observare vel n
numero trinario ut nostro iudiciario inest officio quesivis
mus, nox idem Dominicus filius Dionisii procurator eorun
dem Petri Zudor et Johannis Guthundorf dictorum, eosde
procuratoria auctoritate prenotata, idemque magister Eyna
dus se personaliter et eosdem magistros Ladislaum dictu
Zaar ac Stephanum filium Ladislai filii Sumrakus similite
supradicta procuratoria virtute coram nobis astantes, tota
premisse composicionis formam et concordialis disposicioni
modum prenominatum, simul cum ereccionibus metaru
possessionum supradictarum, iuxta seriem et continencia
literarum predicti capituli Budensis rescripcionalium, pe
petuo et irrevocabiliter observare velle et in nullo retracta
turos fore allegarunt, pluries replicando coram nobis; und
nos audita procuratorum parcium huiusmodi relatoria co
fessione, predictam compositivam ordinacionem et pacifica
parcium disposicionem, simul cum ereccionibus et renovaci
nibus metarum possessionum predictarum, de parcium ultron
voluntate, iudiciaria nostre potestatis auctoritate perpet

inter partes, sine preiudicio iuris alieni, durari commisimus patrocinio presencium mediante . . Datum Bude, sedecimo die termini reportacionis seriei prenotate, anno domini M° CCC^mo XL^mo octavo.

Az elveszett pecsét sárgás selyemsodraton függött; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. Vet. Bud. 31. 17. dipl. oszt. 3989. Közli: Kovács N.

94.

1348. Buda, máj. 24. Miklós nádor Szárazberek és Sima nevü Szatmár vármegyei birtokokban László fiának Jánosnak részét, azért, mert ezen László, mint hamis pénzverő halálra ítéltetett, s birtokai Tamás volt erdélyi vajdának adományoztattak, a most nevezett Tamásnak ítéli.

Nos Nicolaus . . palatinus . . significamus . . quod dum nos in quindenis festi beati Michaelis archangeli iam preteritis, unacum baronibus et regni nobilibus iudiciario pro tribunali consedentes, universas quorumlibet coram nobis litigancium causas sua moderativa discussione discutere cepissemus, inter ceteros causidicos Johannes filius Stephani pro Johanne filio Ladislai de Zarrazberuk . . ad nostram accedens presenciam, contra magistrum Johannem magnum de Chahul quasdam literas . . conventus sancti Stephani nobis rescripcionales presentarat, in quibus reperieramus contineri, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium de Zathmar et de Vgacha comitatuum secunda feria proxima post festum beate Margarete virginis et martiris prope villam Gelyenus celebrata, Johannes filius Ladislai de Zarrazberuk de medio aliorum exurgendo proposuerat eo modo, quod magister Johannes magnus de Chahul possessionariam porcionem suam in eadem possessione Zarrazberuk habitam occupando detineret; cuius quidem occupacionis racionem voluerat experiri per eundem; quo audito ipse magister Johannes personaliter exurgendo, dictam possessionem Zarrazberuk ex collacione domini Thome condam voyvode Transsilvani domini sui se asseruerat conservare, unde nos . . dictam possessionariam porcionem ipsius Johannis filii Ladislai decreveramus per eundem legitime

recaptivari debere; scribentes itaque predicto conventui sancti Stephani protomartiris, amiciciam eorum .. postularamus, ut eorum mitterent hominem pro testimonio .. coram quo homo noster infra declarandus, ad faciem dicte possessionis Zarrazberuk vocate accedendo, dictam possessionariam porcionem ipsius Johannis filii Ladislai in eadem habitam recaptivando reambularet, reambulatamque .. statueret predicto Johanni filio Ladislai eo iure quo ad ipsum dignosceretur pertinere, perpetuo possidendam .. contradictores vero si qui fierent, contra eundem Johannem ad nostram citaret presenciam ad terminum competentem; et post hec ipsius possessionarie recaptivacionis .. seriem .. ad quindenas festi beati Michaelis archangeli tunc venturas per ipsum conventum nobis .. rescribi postularamus. Tandem idem conventus ad dictas quindenas nobis rescripserat isto modo, quod ipsi .. unacum Ladislao filio Michaelis de Mykola homine nostro, ipsorum hominem videlicet Michaelem dictum Nogh familiarem domus eorum ad premissa pro testimonio transmisissent exequenda. Qui demum .. retulissent, quod ipsi sabbato scilicet in festo Nativitatis virginis gloriose tunc proxime preterito, ad faciem dicte possessionis Zarrazberk vocate, vicinis et commetaneis suis legitime convocatis et presentibus accedendo, medietatem quarte partis dicte possessionis Zarrazberk a parte meridionali existentis longitudine versus plagam occidentalem simplici ordine adiacentis, scilicet circa locum seu fundum Pauli filii Thome, versus eandem plagam occidentalem tres curias consequenter existentes, simul cum .. utilitatibus eiusdem possessionis extraneis, ad ipsas tres curias spectantibus universis, idem Johannes filius Ladislai nomine sui iuris recaptivasset, tribus aliis curiis in porcionem ipsius Ladislai patris predicti Johannis remanentibus; et sic in facie eiusdem possessionis quatuor diebus continuis perseverando et expectando, idem homo noster et testimonium dicti conventus predictas tres curias simul cum aliis .. utilitatibus eiusdem possessionis, ad ipsas tres curias spectantibus, nemine penitus contradictore apparente, statuisset prefato Johanni filio Ladislai perpetuo .. possidendas. Quarum quidem literarum visis et perlectis continenciis, cum nos eorumdem baronum et regni nobilium inducti consilio, iuxta continenciam premissarum literarum dicti con-

ventus nobis rescripcionalium, eo quod eedem litere ipsius conventus predictam statucionem possessionariam nullo penitus contradictore apparente factam extitisse expresserant, prememorato Johanni filio Ladislai literas nostras perpetuales dare et emanari facere commisissemus, idem dominus Thomas quondam voyvoda Transsilvanus nobis per hominem suum eo modo intimarat, ut nos super premissa possessionaria statucione nostras literas perpetuales extradari et emanari facere denegaremus; nam idem magister Johannes magnus de Chahal famulus suus existeret, et ipsam possessionariam particulam nomine honoris ab ipso conservaret, ipseque super facto ipsius possessionarie particule coram nobis iuri parere et contra eundem Johannem filium Ladislai respondere promtus esset et paratus; quo pacto discussionem premisse cause ad tercium diem distuleramus; demum ipso tercio die adveniente, iamdictoque procuratore prefati Johannis filii Ladislai legitimo coram nobis adherente et de ipsius possessionarie porcionis statucionis contradiccione racionem sibi dari postulante, magister Peteu protonotarius ipsius domini Thome quondam voyvode, cum legitimis literis procuratoriis pro eodem ad nostram accedens presenciam, responderat ex adverso, quod ipse magister Johannes magnus de Chahul, dictam possessionariam particulam in ipsa possessione Zarrazberk habitam, ab eodem domino Thoma voyvoda domino suo nomine dignitatis et honoris conservaret, ac eadem dicto domino suo mediantibus efficacissimis literis pertineret, ad quorum siquidem instrumentorum exhibicionem eidem domino suo terminum per nos assignari postularat; unde nos commiseramus, quod ipse dominus Thomas quondam voyvoda, in presentibus octavis festi beati Georgii martiris, dicta sua instrumenta contra prefatum Johannem filium Ladislai de Zarrazberk teneretur exhibere coram nobis, quibus visis iudicium et iusticiam faceremus inter partes prenotatas, iuris ordine mediante. Tandem ipsis octavis festi beati Georgii martiris occurrentibus, pro prenotato domino Thoma voyvoda predicto magistro Peteu . . ab una, Georgio vero filio Pauli pro eodem Johanne filio Ladislai . . parte ex altera in nostram iudiciariam figuram comparentibus, idem magister Peteu in persona dicti domini Thome voyvode domini

sui, primo literas patentes .. Karoli .. regis .. in festo beati Jacobi apostoli anno domini M^mo CCC^mo XXX^mo sexto in Posonio emanatas presentavit, inter cetera seriatim declarantes, quod . (*l. III. köt. 282. l.*) Deinde literas comitis Pauli iudicis curie regie patentes in anno domini M^mo CCC^mo XXX^mo nono in Wissegrad emanatas presentavit, inter cetera exprimentes, quod Petrus literatus pro .. Thoma voyvoda Transsilvano et comite de Zonuk actore .. iuxta continenciam priorum literarum ipsius comitis Pauli prorogatoriarum, in quindenis residencie exercitus regi ad diem Strennarum tunc proxime preteritum proclamate, ac ipsius comitis Pauli accedens presenciam, contra Michaelem Jacobum et Johannem filios Stephani Zarrazberk, ac nobilem dominam relictam Ladislai filii eiusdem Stephani et Johannem filium suum, quasdam literas capituli ecclesie Waradiensis tenorem quarumdam literarum regalium rescribentes et formam proposicionis eiusdem Thome voyvode in figura iudicii ipsius comitis Pauli demonstrasset, in quibus idem comes Paulus reperisset inter cetera contineri, quod cum idem Thomas voyvoda quasdam possessiones Zarrazberk et Syma vocatas in comitatu Zathmariensi existentes, nomine possessionum Ladislai filii predicti Stephani qui per Nicolaum dictum de Zathma et Frychkonem comites camerarum regalium in falsa fabricacione et cussione monetarum domini regis publice deprehensus incendio concrematus extitisse dignosceretur, ea racione ad dominum nostrum regem et sue regie collacioni pertinere asserendo, ab eodem domino rege sibi perpetuo dari postulasset tandem statucioni earumdem per Thomam filium Pauli homnem regium, presente magistro Egidio canonico et testimonio ipsius capituli ecclesie Waradiensis, tercia feria proxima ante festum Assumcionis virginis gloriose anno domini M^mo CCC^mo XXX^mo sexto preterita eidem Thome voyvode faciende, inter ceteros predicti Michael Jacobus et Johannes filii Stephani domina relicta Ladislai et Johannes filius eiusdem contradixissent, adicientes eedem litere capituli Waradiensis per predictos domini regis et capituli homines tunc scitum exstitisse quod predictus Ladislaus filius Stephani infamatus falsorum denariorum incussione, vicio infamie laborasse, sed dum ipse per predictos comites camararum regalium apprehensus fuisse

nihil circa eum vel in manibus suis inventum extitisset, tamen cum per eosdem comites camararum regalium diris tormentis et cruciatibus tormentaretur, se reum fore confessus extitisset, ex eoque concrematus fuisset per eosdem; cuius quidem contradiccionis racionem prefatus procurator ipsius Thome voyvode scire postulasset a nobilibus prenotatis; quibus perceptis prefatus Michael filius Stephani pro se personaliter et pro aliis omnibus predictis . . astando respondisset eo modo, quod iidem Nicolaus dictus de Zathmar et Frychko comites camararum regalium prefatum Ladislaum fratrem eorum carnalem, pro suo equo quem antea iidem comites camararum regalium ab eodem emere voluissent et ipse Ladislaus eundem ipsis vendere noluisset, manibus armatis cum eorum complicibus super ipsum irruendo et eundem ad claustrum beati Dominici confessoris de Nempti auffugando, fractisque foribus et ianuis eiusdem claustri, ipsum Ladislaum violenter extractum ignis incendio concremassent sine lege, morte miserabili ipsum condemnando, nec falsas monetas nec ferramenta nec alias sculpturas apud ipsum inveniendo, et ipse ac predicti fratres sui cum predictis comitibus camararum regalium super premissis in lite extitissent et contra eos complures literas inquisitorias confectas haberent, sed nondum adhuc ex parte eorumdem finem debitum facto in eodem prosequi potuissent, asserens nihilominus eidem Ladislao fratri ipsorum quartam partem possessionariarum porcionum ipsos communiter tangencium, eo quod quatuor fuissent fratres uterini, pertinere; unde quia prefate litere capituli ecclesie Waradiensis predictas possessiones Zarrazberk et Syma vocatas nomine possessionum predicti Ladislai filii Stephani, eo quod idem Ladislaus per predictos comites camararum regalium in falsa fabricacione et cussione monetarum ipsius domini regis publice deprehensus et incendio ut premissum est concrematus existeret, collacioni ipsius domini Karoli regis pertinere debuisse et per ipsum dominum regem dicto Thome voyvode datam et collatam extitisse denotassent, prefatus vero Michael filius Stephani, eundem Ladislaum fratrem suum nullis culpis suis exigentibus concrematum esse, et sic easdem possessiones seu possessionarias porciones dicti Ladislai fratri sui non regie collacioni sed predicto

Johanni filio eiusdem Ladislai et sibi ac aliis fratribus suis pertinere ut premissum est allegasset, et eidem Ladislao fratri ipsorum quartam partem possessionariarum porcionum ipsos communiter tangencium, eo quod quatuor fuissent fratres uterini, pertinere indicasset, de eo autem utrum ipse Ladislaus filius Stephani per predictos comites camararum regalium pro suis culpis concrematus extiterit nec ne, omnimode sufficienti et maturo documento eidem comiti Paulo veritatem non contendisset, sed pretextu ipsius facti se cum eisdem comitibus camararum regalium in lite fuisse et ex parte eorumdem terminatum finem usque tunc prosequi se non potuisse oratenus confessus extitisset; ideo idem comes Paulus unacum baronibus et regni nobilibus secum in iudicio consedentibus, communi tractatu prehabito, decrevisset iudicando, ut Johannes filius Jacobi de Tamasfalva vel magister Thomas filius Pauli pro parte ipsius Thome voyvode, item Petrus filius Petrych de Egri vel Jacobus de Gwge aut Georgius filius Pauli de Saralyan pro parte predictorum filiorum Stephani, aliis absentibus homines domini regis, presente testimonio dicti capituli Waradiensis . . in octavis festi beati Georgii martiris tunc venturis, ad faciem predictarum possessionum Zarrazberk et Syma vocatarum . . accedendo, proprias porciones eorumdem Ladislai Michaelis Johannis et Jacobi filiorum Stephani in eisdem possessionibus habitas, prout eos inibi contigissent, sine preiudicio iurium aliorum, per veras et veteres suas metas et distincciones reambularent, et cum omnibus . . pertinenciis in quatuor partes equales rite dividerent, quarum quatuor possessionariarum porcionum tunc dividendarum tres partes predictis Michaeli Johanni et Jacobi filiis Stephani prout eis pertinere dinoscerentur statuerent perpetuo possidendas, quartam vero partem earumdem quatuor porcionum, videlicet in ipsis duabus possessionibus ipsum Ladislaum contingentem, eidem Thome voyvode secundum quod sibi ex dicta regia collacione pertineret, assignarent possidendam, donec iidem filii Stephani, domina relicta Ladislai et Johannes filius eiusdem, de eo, utrum predictus Ladislaus filius Stephani per predictos comites camararum regalium culpis suis non exigentibus aut ne concrematus extiterit, debitum finem cum eisdem comitibus

camararum regalium possent adipisci, iidemque filii Stephani, domina relicta Ladislai et Johannes filius suus adepto fine huiusmodi cause ipsorum, litem super eisdem possessionariis porcionibus Ladislai filii Stephani, si eas ab ipso Thoma voyvoda se rehabere posse sperarent, suscitandi liberam haberent facultatem; si enim iidem filii Stephani, domina relicta Ladislai et Johannes filius eiusdem hoc quod predictus Ladislaus filius Stephani per prefatos comites camararum regalium culpis suis non exigentibus concrematus fuerit sufficienter et determinative nequirent demonstrare, extunc eedem porciones possessionarie ipsius Ladislai filii Stephani in predictis possessionibus ipsum proprie contingentes, per premissam regalem collacionem ipsi Thome woyvode remanerent perpetuo possidende, sine preiudicio . . iuris alieni, metis novis seu distinccionibus metalibus ipsas dividendas possessionarias porciones ab invicem distingvendi liberam haberent facultatem; et post hec seriem tocius facti . . in literis dicti capituli Waradiensis partes eidem comiti Paulo ad vigesimum secundum diem festi beati Georgii martiris tunc venturum reportarent. Tandem ipso termino reportacionis seriei premissorum occurrente, Petrus literatus pro eodem Thoma voyvoda . . ab una, prefatus autem Michael filius Stephani de Zarrazberk pro se personaliter, pro Jacoboque et Johanne fratribus suis ac nobili domina relicta Ladislai et Johanne filio eiusdem . . parte ab altera ad ipsius comitis Pauli accedentes presenciam, literas sepedicti capituli ecclesie Waradiensis eidem demonstrassent, in quibus ipse comes Paulus adinvenisset contineri, quod prefatus Jacobus de Gyge homo domini regis et . . Johannes sacerdos chori dicte ecclesie Waradiensis testimonium capituli eiusdem ecclesie, in predictis octavis festi beati Georgii martiris tunc proxime preteritis, primo ad possessionem Zarrazberk vocatam in comitatu Zathmariensi existentem pariter accessissent, convocatisque vicinis et commetaneis eiusdem possessionis, ante omnia medietatem ipsius possessionis a parte occidentali filios Stephani dumtaxat contingentem, salva alia mediate eiusdem possessionis a parte orientali habita que Michaelem filium Deseu contigisset, quantum ad loca sessionalia, in quatuor partes equales divisissent, quarum tres porciones per ipsos divisas et metis terreis

distinctas, a parte meridionali existentes, reliquissent fili[illegible] Stephani scilicet Michaeli Johanni et Jacobo, quartam ve[illegible] partem a parte septemtrionali sitam, que ut premissum e[illegible] metis terreis ab aliis esset distincta et Ladislai filii Stepha[illegible] ac suorum heredum extitisset, statuissent magistro Thome fil[illegible] Pauli servienti predicti Thome voyvode Transsilvani, vice [illegible] nomine eiusdem domini sui recipienti, qui ibi non cum liter[illegible] procuratoriis sed cum literis totum processum cause contine[illegible] tibus comparuisset; plateam autem versus fluvium Egur pr[illegible] cedentem et ecclesiam in eadem possessione fundatam commu[illegible] usui reliquissent, deinde terras arabiles prata et silvas [illegible] alias utilitates eiusdem medietatis possessionis Zarrazbe[illegible] filios Stephani contingentes, hoc ordine distinxissent: prim[illegible] parte Nogegur incipiendo a duabus metis terreis ivissent ver[illegible] septemtrionem per metas terreas creberrime positas, [illegible] distingerent ipsam possessionem a possessione Pyliske, et c[illegible] devenissent ad vicinitatem possessionis Gorbolch, magis[illegible] Elleus filius Nicolai usque fluvium Twr ubi exit quidam ri- vulus nomine Hudus de eodem fluvio, ab ereccione metar[illegible] eosdem prohibuisset; deinde iuxta eundem fluvium tende[illegible] supra usque metas possessionis Mykula, ubi essent nove m[illegible] iuxta veteres erecte, et transiret silvam magnam versus o[illegible] dentem per metas arboreas cruce signatas et aliis signis [illegible] circumdatas, post hec exiens de ipsa silva iret ad Vermesagh [illegible] metas terreas, deinde transiret iuxta Zeuleusberuk per m[illegible] terreas et arboreas et veniret per saltum vulgariter Ly[illegible] dictum usque quendam locum Kenduratto vocatum, de[illegible] perveniret ad locum Nogteluk similiter per metas terrea[illegible] arboreas iuxta fluvium Kysegur descendendo, caderet in fluv[illegible] Nogegur vocatum et ibi mete terminarentur; post hec au[illegible] ivisset ad possessionem Syma vocatam, et ipsam per veras [illegible] metas et antiquas seu veteres et novas, preter Johannem fil[illegible] Thome de Lazaar nemine alio contradictore existente, ream- bulassent; et quia idem Johannes filius Thome ipsos in qua- dam particula terre prohibuisset, terras silvas et alias utilitates eiusdem possessionis reliquissent indivisas, sicut possession[illegible] Zarrazberk supradicte; loca autem sessionum divisissent in[illegible] hunc modum, quod rectam dimidietatem a parte occidenta[illegible]

habitam in eadem possessione Syma reliquissent Michaeli filio Desew, ad quem iure hereditario pertineret, aliam vero medietatem a parte orientali eosdem filios Stephani contingentem in quatuor partes equales dividendo, tres porciones eiusdem a parte septemtrionali adiacentes reliquissent filiis Stephani antedictis, quartam vero partem a parte meridionali metis terreis distinctam que Ladislaum filium Stephani contigisset, statuissent Thome filio Pauli antedicto, vice et nomine eiusdem Thome voyvode recipienti modo supradicto. Quarum quidem literarum regalium videlicet et dicti comitis Pauli patencium visis et perlectis tenoribus, quia predictam quartam partem recte dimidietatis predictarum possessionum Zarrazberk et Syma vocatarum in dicto comitatu Zathmariensi existencium, porcionem videlicet Ladislai filii Stephani, quondam racione false fabricacionis et cussionis premissarum monetarum ipsius domini regis per prefatos comites camararum regalium exusti seu concremati, ad manus ipsius domini Karoli regis domini nostri et sue regie collacioni devolutam existere, per ipsumque dominum regem predicto domino Thome quondam voyvode Transsilvano pro suis meritoriis serviciis et fidelibus perpetuo datam et collatam, ac demum iuxta iudiciariam sentenciam predicti comitis Pauli iudicis curie regie, per hominem regium presente testimonio sepedicti capituli Waradiensis, cum universis suis utilitatibus eiusdem fore statutam adinveniebamus, predictus eciam Johannes filius ipsius Ladislai filii Stephani, hoc quod dictus Ladislaus pater suus non meritorie sine culpis suis et iniuste per ipsos comites camararum regalium ut asseruerat concrematus extiterit, nulla evidenti racione comprobabat nec comprobare assummebat, regnique baronum et nobilium infranominandorum matura seu moderata deliberacio falsarios et falsos cusores monetarum regalium de regum et regni infidelium numero existere, ex eoque filios eorumdem falsariorum seu falsarum monetarum cusorum ac heredes tamquam aliorum infidelium, possessionibus et proprietatibus patrum suorum omnino privari debere legitime sanciebat, ideo nos eandem possessionariam porcionem predicti Ladislai filii Stephani in predictis duabus possessionibus habitam, simul cum .. utilitatibus suis, predicto domino Thome quondam

voyvode Transsilvano et suis heredibus eo iure quo ex dicta regia collacione sibi pertinere dignoscitur, unacum magnificis viris Paulo quondam bano nunc vero magistro tavarnicorum domine nostre regine, Nicolao filio Stephani olim tocius Sclavonie bano, necnon magistris Laurencio Nitriensi Supruniensi et Castriferrei, Johanne filio Geleth fratre nostro karissimo de Turuch comitibus, item Johanne filio Pauli de Ida, Philippo filio Philippi de Talya, Lucasio et Gregorio de Petri ac aliis quampluribus regni nobilibus, nobisbum in iudicio consedentibus, auctoritate nostri palatinatus adiudicamus et committimus, perpetuo . . possidendam, predicto Johanni filio ipsius Ladislai deinceps super eadem perpetuum silencium imponentes . . Datum Bude, vigesimo quarto die octavarum festi sancti Georgii martiris predictarum, anno domini M^mo^ CCC^mo^ XL^mo^ octavo.

A pecsét sárga-piros selyem sodraton függ; eredetije az orsz. ll. kincst. oszt. N. R. A. 914. 3. dipl. oszt. 3011. Ugyanott őrzik I. Lajos királynak 1348. jun. 1-én Budán kelt oklevelét, a mely szerint Tamás volt erdélyi vajda s Keve és Krassó vármegyék főispánja, Szárazberek nevű birtokát Csaholi Péter fiának Nagy Jánosnak ajándékozza. N. R. A. 914. 2. dipl. oszt. 3991. Közli: Kovács N.

95.

1348. Lêva, máj. 27. Bars vármegye alispánja és szolgabirái Zselézi Tötös és Vesszös jobbágyait Mikolai András birtokának elfoglalásától eltiltatták.

Nos magister Stephanus dictus Rouaz vicecomes Bursiensis et iudices nobilium eiusdem comitatus, damus pro memoria, quod Andreas filius Petri de Mykula ad nostram personaliter accedens presenciam, dixit nobis protestando, quod iobagiones magistrorum Teuteus et Wezzeus de Seliz, potencialiter unam terre arabilem (igy) arassent; super quo petens unum ex nobis ad prohibicionem faciendam; ex quibus iustis et legitimis peticionibus unum ex nobis, videlicet magistrum Nicolaum filium Zonchuk unacum Johanne filio Benedicti de Nir ad faciem predicte particule terre duximus destinandos; qui de-

mum . . retulerunt in hunc modum: quod ipsi sabbato proximo ante festum beati Urbani pape ad faciem predicte particule terre accessissent, et ibi universos populos de Seliz convocassent et eosdem facie in faciem a predicta particula terre prohibuissent et interdixissent. Datum in Leva, feria tercia proxima ante festum Ascensionis domini, anno eiusdem M° CCC^mo XL^mo octavo.

Papíron, zárlatán három pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 280. 25. dipl. oszt. 3990. Közli: Kovács N.

96.

1348. Buda, jun. 18. I. Lajos király előtt Kanizsai János, ki Pozsegai Gylet Miklós leányát eljegyezte, az ezzel hozományúl kapott több rendbeli ingóságok és clenodiák, valamint egy Körös vármegyei birtok visszaadására kötelezi magát.

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod nobilis domina relicta Nicolai filii Gyeleti de comitatu de Posega ab una, parte vero ex altera Johannes filius Laurencii filii Emerici de Kanysa sponsus eiusdem domine coram nobis constituti, ipse Johannes est confessus . . quod ipse de rebus seu clenodiis per predictam dominam eidem Johanni sponso suo cum filia sua pro dote et rebus parorphanalibus tempore nupcie sue datis, hec clenodia seu has res ab emanacione presencium infra vigesimum secundum diem reddere assumsisset domine prenotate . . primo videlicet unum palium hermelina pelle subductum cum tunica ampla de panno moryt cum foliis argenteis vulgo scaba dictis ordinatum, item unum palium cum tunica similiter ampla de scarleto similiter cum foliis argenteis, item unum superum vulgo rokola dictum cum perlis ordinatum et bisso subductum, item peplum unum deauratum et unum crinale vulgo chrenchul dictum, item lectisternium unum cum supellectili vario subducto, item quoddam ornamentum domus vulgo sparlah dictum, item quandam possessionem Gyelekewch vocatam in comitatu de Keres existentem cum quibuslibet suis instrumentis super eadem confectis, per eandem dominam predicto Johanni similiter cum filia sua predicta tempore

nupcie sue datarum, eidem domine reddere et resignare teneretur. Dicta tamen clenodia in curru ville Gyelekewch ad Budam deferri facere et predicte domine nostri in presencia reddere deberet Johannes filius Laurencii annotatus. Item quoddam aliud crinale in octavis festi beati Michaelis archangeli nunc venturis eidem domine similiter reddere teneretur coram nobis. Tale vinculo mediante, quod si ipsum crinale eidem in dictis octavis festi beati Michaelis archangeli reddere non curaret, extunc quinquaginta marcas ipso die eidem domine persolvere deberet, et si eodem die ipsas quinquaginta marcas non persolveret, in pena dupli earumdem convincideberet contra dominam prenotatam, prout ad hoc predictus Johannes se sponte obligavit coram nobis. Datum Bude, in vigilia festi Corporis Christi, anno eiusdem M° CCC^mo XL^mo octavo.

Eredetije papiron, elmosódva, külső pecsét nyomaival, az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 21. 12. dipl. oszt. 3992. A pecsét alatt e szavak olvashatók: »confessio facta est nomine nostro coram utroque Petro et Mathe notariis« Közölve néhai Vincze Gábor másolataiból. Ugyancsak meg van I. Lajos király bizonyitványa 1348. oct. 6-ról, hogy Kanizsay János a fejkötőt, a király jegyzője Szepesi János előtt, napának visszaadta. N. R. A. 10. 17. dipl. oszt. 4011.

97.

1348. jun. 22. A zobori convent jelentése I. Lajos királyhoz, hogy a garam-szentbenedeki convent birtokának elfoglalásától Sente nevü barsi polgárt tiltassa.

. . Lodovico . . regi . . conventus monasterii Ypoliti martiris de Zubur . . Literis vestre excellencie generalibus prohibitoriis pro domino Syffrido abbate et conventu monasterii sancti Benedicti de iuxta fluvium Goron . . receptis, cum Michaele de Hymd homine vestre serenitatis, fratrem Stephanum sacerdotem unum ex nobis, ad prohibicionem infrascriptam faciendam pro testimonio nostrum hominem duximus transmittendum; qui demum ad nos reversi . . retulerunt, quod sabbato proximo post festum Corporis Christi, predicti . . abbas et

conventus sancti Benedicti ipsos ad faciem terre monasterii Seulen vocatam prope Bors adiacentem, per officiales eorum deducere fecissent et ibidem destrucciones metarum eiusdem terre Seulen occulata fide se vidisse retulerunt; ideo Sente civem seu hospitem de Bors, cultorem supradicte terre Seulen, a cultura ipsius terre Seulen et ab universis fructuum utilitatibus in eadem terra existentibus, regni consvetudine prohibuissent. Datum feria secunda proxima post diem prohibicionis, anno domini M° CCC^mo XL^mo octavo.

Papíron, zarlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Eccles. 24. 27. dipl. oszt. 3910. Közli: Kovács N.

98.

1348. jun. 23. Az egri káptalan előtt Saali Aba fia Péter és ennek fiai, Leáni István fia Miklós megöletéseért ennek anyját és fivérét Meszallja és Dorogma nevü Borsod vármegyei birtokokkal kielégítik.

Nos capitulum ecclesie Agriensis significamus . . quod Johannes filius Stephani de Lean pro se et pro Petro fratre ac nobili domina relicta eiusdem Stephani matre suis . . ex una, et Nicolaus filius Petri filii Aba de Saal parte ab altera coram nobis personaliter constitutí, dixerunt . . quod licet ex causis diversis que inter ipsos contigissent usquemodo, specialiterque racione mortis Nicolai filii ‚eiusdem Stephani, per dictum Nicolaum filium Petri in eadem villa Lean, ut dicitur casualiter interemti, primo coram . . Nicolao . . palatino et demum in presencia aliorum iudicum ordinariorum lis . . mota fuisset inter ipsos . . tandem tamen ut omnis litis . . materia de medio ipsorum radicitus evelleretur . . eciam ordinacione et amicabili composicione . . comitis Nicolai filii Mark de Abram reginalis hominis, et domini Jacobi sacerdotis testimonii nostri, qui pridie per nos ad mandatum literatorium domine Elizabet . . regine . . unacum eodem reginali homine ad statuendum tercie partis universarum porcionum possessionariarum memorati Nicolai filii Petri ubilibet existencium

destinatus fuerat, taliter inter se concordassent . . quod idem Nicolaus filius Petri pro omnimoda expedicione dicte mortis Nicolai filii Stephani, totales porciones suas et predicti comitis Petri patris ac Johannis fratris sui in possessionibus Mezalya et Dorogma vocatis in comitatu Borsodiensi ut dicitur existentibus habitas, per mortem condam Johannis filii Chepani proximi eorum titulo successorio racioneque linee generacionis ad ipsos devolutas, cum earum . . pertinenciis, specialiterque molendinis et curia, prefatis nobili domine et filiis suis ac ipsorum heredibus perpetuo possidendas contulissent, et iusuper totam requisicionem suam quam ipse racione vulnerum suorum, possessionis sue combuscionis, quatuor de suorum evulsionis, duorum famulorum suorum vulneracionis et aliarum iniuriarum atque damnorum illacionis contra eosdem filios Stephani iudiciario ordine movere voluisset et potuisset, penitus et per omnia supersedere faciendo, ipsos filios Stephani super eisdem causis . . expeditos reliquisset, et quandam porcionem ipsorum possessionariam in possessione Kach vocata ut dicitur habitam, quam idem Nicolaus interfectus tempore vite sue sibi impignoraverat, similiter dictis filiis Stephani resignasset, literasque super eadem impignoracione mortuas fore denunciasset . . ideo sepedicti filii Stephani et domina mater ipsorum prescriptum Nicolaum filium Petri et ipsius heredes super ipsa morte Nicolai fratris ipsorum prorsus et per omnia expeditos reliquissent . . et prenominati comes Petrus filius Aba ac Johannes iunior filius suus similiter personaliter coram nobis comparentes, in dacione et perpetuacione pretactarum porcionum possessionariarum in Mezalya et Dorogma quo supra habitarum, ob favorem dicti Nicolai filii et fratris ipsorum ac pro roboramento dicte pacis plenum consensum prebuerunt et assensum . . et ut dicta pax inter partes perdurare posset et in evum permanere, sepedicti comes Petrus et Nicolaus ac Johannes filii sui in additamentum pretactarum porcionum possessionariarum decem marcas grossorum compoti Cassensis partim in promta pecunia partim vero in estimacione condigna in tribus terminis infrascriptis solvere assumserunt prescripti filiis Stephani et nobili domine matri ipsorum coram nobis videlicet tres marcas solvent in octavis Nativitatis virgin

gloriose iam venturis, item tres marcas in octavis sancti Andree apostoli, et residuas quatuor marcas in octavis Nativitatis domini subsequentibus, semper duplum incursuri si aliquem dictorum terminorum omitterent in solvendo. Insuper obligarunt se iidem comes Petrus et filii sui ac eorumdem posteritates, ab omnibus generacionibus suis et non ab aliis, pretextu dictarum porcionum possessionariarum, e converso eciam predictus Johannes filius Stephani se et eosdem matrem ac Petrum fratrem suos necnon heredes ipsorum pretaxatos, comitem Petrum et filios suos ac ipsorum posteritates . . ab omnibus racione dicte mortis tempore progressivo inquietare nitentibus, semper et ubique sese alternatim defendere . . literas eciam ipsorum universas . . super dicta morte et iniuriosis factis ac damnis exinde contingentibus hactenus inter se confectas, cassatas . . reliquissent . . . dicimus eciam, quod predicta nobilis domina relicta Stephani nuperrime coram eisdem reginali et nostro hominibus, ut iidem reginalis et noster homines ad nos reversi nobis retulerunt, in loco ipsius concordie suum consensum prebuisset, et cum eisdem comite Petro ac filiis suis, sic veluti pretactus Johannes filius suus perfecte concordasset super morte filii sui prenotati. Datum in vigilia festi nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini M° CCC° XL^mo octavo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 530. 18. dipl. oszt. 3994. Közli: Kovács N.

99.

1348. Sáros, jun. 23. Sáros vármegye alispánja és szolgabírái bizonyítják, hogy Chepleni János fia Máté, Torchani György ellen a kitüzött határidöre nem jelent meg.

Nos magister Johannes vicecomes et iudices nobilium de Sarus damus pro memoria, quod cum iuxta continenciam priorum literarum nostrarum feria secunda proxima post quindenas festi Pentecostis, Matheus filius Johannis de Cheplen

contra Georgium filium Nicolai de Torchan, literas capituli Scepusiensis exhibere debuisset, super eo videlicet, quod Petrus frater suus in dicta possessione Cheplen nullam habeat porcionem; ipso die adveniente, predictus Matheus non venit nec predictas literas capituli curari (így) exhibere, per predictum Georgium legitime expectatus. Datum in Sarus, die prenotata, anno domini M° CCC° XL^mo octavo.

Papíron, zárlatán két pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban, a Csicseri cs. letéteményében.

100.

1348. Hidvég, jun. 25. Hont vármegye alispánjának és szolgabíráinak bizonyságlevele Kismagyarádi Moch fiának Lukácsnak és János fiainak bizonyos magyarádi birtokrészen való osztozkodásáról és ezen osztályrész határjárásáról.

Nos Paulus vicecomes Hontensis, item Andreas filius Herbort, Johannes de Jezer, Nicolaus filius Nicolai et Michael de Pribel iudices nobilium eiusdem comitatus . . significamus . . quod comes Lucasius filius Moch de Magyarad ab una, ab altera vero Nicolaus et Michael filii Johannis de minori Magyarad coram nobis personaliter constituti, relatum extitit per eosdem . . quod ipsi in possessionis (így) Blasii filii Benk que vocatur Magyarad, inter eos talem divisionem presente seu testimonio homine nostro Andrea filio Herbort et Johannis ac quampluribus nobilibus provincie in ipsa divisione et ereccionibus metarum interessentibus fecisset: cuius terre seu possessionis Magyarad prima meta incipit a parte ville Gyarmath ab uno kerku (így) sub quo est meta terrea, deinde tendit versus orientem similiter ad unam terream metam que iacet in fine cuiusdam terre arabilis, deinde tendit eodem modo similiter ad unam terream metam in qua est lignum kerkus, deinde tendit versus septemtrionem ad unum lignum ilicis sub quo est meta terrea, deinde tendit versus eandem similiter ad lignum kerkus sub quo est meta terrea, deinde tendit versus eandem partem ad lignum kerkus sub

quo est meta terrea, deinde descendit ad eandem partem septemtrionis ad lignum ilicis sub quo est meta terrea, deinde transit valle (igy) Zador et vadit ad unam metam terream, deinde transit et vadit ad eandem partem septemtrionis ad unum lignum kerkus sub quo est meta terrea, deinde tendit per eandem ad unam terream metam, que iacet secus seminatam (igy) que vadit in Garmat, deinde tendit per seminatam ad eandem septemtrionem ad unam metam terream que iacet in fine terre arabilis, deinde tendit per ipsam terram ad eandem partem septemtrionis ad unam metam terream, deinde descendit versus orientem ad unam metam terream que est in medio terre arabilis, deinde descendit versus eundem orientem ad unam metam terream, deinde descendit versus meridianum per unam magnam viam que vadit de villa Zantho in villam Demien ad unam metam terream, deinde descendit versus orientem ad partem Lucasii ubi sunt due mete terree et ibi terminantur; separatur autem Nicolao ac Michaeli antedictis a parte inferiori, Lucasio vero antedicto a superiori; pratum autem dicti Blasii filii Benk partes predicte taliter diviserunt: quod a fructibus plantatis tendit versus meridianum per metas quamplures usque ad finem eiusdem prati, a parte terre arabilis Nikolao et Michaeli filiis Johannis separat et distingit, a parte vero fluvii Lucasio filio Moch successit perpetualiter et sic terminantur. . Datum in Hyduegh, feria quarta proxima post octavas sancte Trinitatis, anno domi M° CCC° XL^mo octavo.

Hátlapján öt pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban. Ugyanott őrzik az esztergomi káptalannak 1348. mart. 19-én kelt oklevelét, mely szerint »Blasius filius Benk de Magerad« hasonnevű Hont vármegyei birtokának egy harmadát a föntebb említett Magyarádi János fiának eladta, megjegyezvén, hogy a másik részt »Lucachio filio Moch«-nak adta el.

101.

1348. jul. 16. A vasvári káptalan jelentése I. Lajos királyhoz Peteunych birtok határjárásáról.

Excellentissimo principi domino Lodovico dei gracia illustri regi Hungarie domino eorum, capitulum ecclesie Castriferrei oraciones in filio virginis gloriose. Receptis literis magnifici viri comitis Pauli iudicis curie vestre, modum et formam sentencionarie commissionis eiusdem declarantibus, cum Johanne filio Dominici de Zeulche pro parte magistrorum Laurencii filii Stephani et Johannis filii Ladislai de Nadasd ab una, item Petro filio Johannis pro parte nobilis domine relicte magistri Nicolai filii Nicolai quondam bani, Johannis et Omodey filiorum eiusdem magistri Nicolai parte ab altera, hominibus vestre maiestatis, hominem nostrum magistrum Gregorium socium et concanonicum nostrum pro testimonio transmisimus; qui postmodum ad nos reversi concorditer retulerunt, quod ipsi iuxta informacionem premissarum literarum sentencionariarum ipsius magnifici viri comitis Pauli iudicis curie vestre, feria secunda proxima post octavas festi beatorum Petri et Pauli apostolorum nunc proxime preteriti ad faciem possessionis Peteunych vocate in comitatu Castriferrei existentis, vicinis et commetaneis eiusdem universis legitime convocatis, predictisque magistris Laurencio filio Stephani et Johanne filio Ladislai personaliter adherentibus et instrumenta nostra privilegialia in facto predicte possessionis Peteunych confecta in specie exhibentibus, pro predictis vero scilicet nobili domina relicta magistri Nicolai Johanne et Omodeo filiis eiusdem magistro Dionisio de Bolugd nunc castellano de Lendua et discreto viro domino Jacobo plebano de Murazombatha in personis et nominibus eorumdem nobilis domine relicte magistri Nicolai, Johannis et Omodey filiorum eiusdem comparentibus et procedentibus accedendo, reambulassent eandem per suas veras metas et antiquas, reambulatamque et ab aliorum possessionibus limitacionibusque metarum undique separatam et distinctam, statuissent et reliquissent ipsam eisdem magistris Laurencio et Johanni filio Ladislai eo iure quo eis dinoscitur pertinere, perpetuo possidendam, nullo penitus contradictore existente,

imo cunctis vicinis et commetaneis benivole permittentibus et faventibus; cuius quidem possessionis Peteunych vocate, metas isto ordine distinctas esse retulerunt: prima scilicet meta in opposito ecclesie beate virginis de Mysinch incipit super quodam fluvio Atholchicha vocato, ubi de ipso fluvio Atholchicha tempore inundacionis aquarum per quandam parvam valliculam ad meridiem rivulus derivaretur, ubi secus litus eiusdem fluvii Atholchicha sunt due mete terre angulares, quarum una ad orientem predictis Johanni et Omodeo filiis magistri Nicolai filii Nicolai quondam bani, alia ad occidentem predictam possessionem Peteunych vocatam distingunt et separant; de quibus per eandem valliculam progreditur versus meridiem et transit usque ad caput ipsius vallicule ubi sunt due mete terre, de quibus exit ipsam valliculam ad eandem plagam meridiei ad quandam viam graminosam in qua it ad longitudinem unius iugeris, ubi sunt due mete terre, de quibus in eandem viam procedit ad unum lacum paludosum carinosum, ubi sunt due mete terre, quarum una in latere eiusdem paludis et alia ad orientem in diverticulo terre arabilis ex utraque parte ipsius vie persistentes, de quibus adhuc in eadem via et ad eandem plagam meridiei iuxta eundem lacum paludosum transit ad longitudinem unius iugeris vel circa hoc, pervenitque iterato ad duas metas terreas iuxta eundem lacum habitas, de quibus non longe procedendo in acie insule Nogzygethov vocate cadit in fluvium Muricha dictum, ubi eciam sunt due mete terre, qui fluvius Muricha dictus ad orientem possessionem Tistna vocatam et ad occidentem predictam possessionem Peteunych separat et distingit; et in eodem fluvio Muricha currit ad fluvium Mura appellatum, et in eodem fluvio Mura inclinatur ad occidentem, qui quidem fluvius Mura ad meridiem regnum Teutonye et ad aquilonem premissam possessionem Peteunych separat et distingit, in quo quidem fluvio Mura ad occidentem valde longe peragrando exit ipsum fluvium Mura ad aquilonem ad quoddam fossatum quod ad occidentem regnum Teutonye et ad orientem ipsam possessionem Peteunych separat et distingit; in quo namque fossato ad aquilonem transit usque ad partem vulgo Nemethkapu vocatam, ubi ex utraque parte eiusdem porte Nemethkapu vocate sunt due mete terre, qua-

rum una ad aquilonem predictis filiis magistri Nicolai, alia ad meridiem sepedictam possessionem Peteunych separant et distingunt; de quibus progrediendo in via publica per quam de civitate Redegeer nuncupata itur ad Murazombata, currit usque ad quendam fontem vulgariter Soskuth vocatam, ubi ex utraque parte eiusdem vie sunt due mete terre, de quibus in eadem via versus orientem satis longe procedendo pervenit ad quoddam virgultum, in quo attingit iterato unum fossatum, in cuius utroque latere ex utraque parte ipsius vie sunt due mete terre, de quibus procedendo exit ipsum virgultum ad orientem, ubi in finibus sive lateribus eiusdem virgulti ex utraque parte ipsius vie sunt due mete terre, de quibus satis longe procedendo pervenit ad vadum sive transitum vulgariter rew dictum super predicto fluvio Atholchycha situm et existentes, ubi ex utraque parte ipsius vadi sunt due mete terre, in terrasque ipsum fluvium Atholchycha vocatum adhuc ad eandem plagam orientis in meatu eiusdem currit usque ad priorem metam, qui fluvius Atholchycha ad meridiem memoratam possessionem Peteunych et ad aquilonem possessionem Petrusteleke nominatam separat et distingit, ibique terminantur. Datum decimo die statucionis prenotate, anno domini M° CCC° XXXX° octavo.

K i v ű l: Domino regi pro magistris Johanne filio Ladislai et Laurencio filio Stephani de Nadasd super possessione Peteuch statutoria.

Eredetije a magyar Nemzeti Muzeum könyvtárában; zárlatán kerek pecsét maradványaival. A N. Muzeumba a gr. Nádasdy cs. elpusztult f.-lendvai levéltárából került Gózon Imre Szentgyörgyvölgyi tanító útján. Hasonló metalis: föntebb 48. sz. a. Rövid kiv. Fejérnél id. m. IX. 7. 91.

102.

1348. jul. 21. A székesfehérvári káptalan előtt Elias fia Gergely, igari besenyő, igari birtokrészét Ipoch fiának Bekének bocsi nemes besenyőnek eladja.

Capitulum ecclesie Albensis omnibus . . volumus pervenire, quod Gregorius bissenus filius Elie nobilis de Igor ab una, item Beke pugil filius Ipoch similiter bissenus nobilis de Boch parte ab altera coram nobis personaliter constituti, per

etactum Georgium propositum exstitit . . quod ipse totalem rcionariam possessionem suam ipsum solum iure hereditario ntingentem, salvo iure ecclesie nostre et aliorum quorum-et in ibidem remanente, in dicta Igor supra ecclesiam beate ginis eiusdem ville a parte septemtrionali in vicinitate por-nariarum possessionum Thome filii Pethe a dicta plaga temtrionali, a parte vero orientali eiusdem Beke filii Ipoch, ridionali vero plaga Georgii filii Ladislai de eadem Igor m . . de consensu . . omnium proximorum commetaneorum icinorum suorum, coram nobis similiter personaliter com-rencium, cum . . porcione dicte ecclesie beate virginis supra misse . . et aliis quibuslibet utilitatibus suis ad eandem ctantibus et pertinentibus, prefato Beke pugili filio Ipoch et cum suis heredibus . . pro quadraginta marcis denariorum numerum Budensem, plene ab eodem Beke habitorum . . e perpetuo . . vendidisset . . et ad manus eiusdem . . assi-sset possidendam . . nullo contradictore penitus apparente, obligacione tali . . quod si aliquis . . sepefatum Beke vel eius redes . . racione iam vendite . . possessionis . . inquietare eretur . . coram quovis iudice et ubique locorum, tam in licio quam extra iudicium, cum suis heredibus expedire te-bitur . . Datum anno dominice incarnacionis Millesimo tre-(. . . . . .) octavo, duodecimo kalendas Augusti; re-endo viro magistro Tatamerio ecclesie nostre preposito, leque regie vicecancellario; discretis viris Pet (. . .) custode, Johanne decano ecclesie nostre existentibus.

A pecsét vörös és zöld selyem sodratról függ. Az évszám egy ré-egér rágta ki. Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1597. 25. oszt. 3997. Közli: Kovács N.

103.

1348. jul. 22. A pozsonyi káptalan előtt Miklós pozsonyi polgár kijelenti, hogy Görgetegi János és Dénes birtoka azon mennyiségben mint az neki leköttetett, kezéhez nem adatott.

Capitulum ecclesie Posoniensis memorie commendamus, od providus vir Nicolaus filius Jacobi civis dicte civitatis

Posoniensis in nostri presencia personaliter constitutus, per modum protestacionis significare curavit, quod cum secundum continenciam literarum nostrarum obligatoriarum ex porcione possessionaria Johannis dicti Mester filii Petri de Gurgethek septem medii lanei cum pertinenciis eorumdem, et Dionisii fratris eiusdem totalis porcio in villa Lactis que ipsum contingit, sibi statui debuisset, ex cuius quidem porcione Johannis tantum quinque medios laneos haberet, de porcione vero Dionisii penitus nihil percepisset, cum sua sicut Johannis fratris sui sibi statui debuisset, ex hoc damnum non modicum . . percepisset. Datum in die beate Marie Magdalene, anno domini M° CCC° XL° octavo.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

104.

1348. Lipcse, jul. 23. I. Lajos király Vörös Beke comes fiának Péternek, Sáró nevü Bars vármegyei birtokára vásárjogot adományoz.

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod nos consideratis fidelitatibus et fidelitatum plurimis obsequiis Petri filii comitis Bede rufi, quibus nobis a plurimis iam retrolapsis temporibus adherendo eo fideliter quo constanter studuit complacere, in possessione sua Sarow vocata in comitatu Borsiensi habita, die sabbati singulis hebdomodis, salvis foris comprovincialibus, forum annuimus et concessimus celebrandum. Igitur universos mercatores, et quoslibet homines ad ipsum forum causa vendicionis et emcionis quarumlibet rerum convenire volentes et necesse habentes, assecuramus et affidamus per presentes, ut ad ipsum forum libere et absque timore alicuius inquietacionis convenire possint et ad propria redeundi liberam habeant facultatem, sub nostra proteccione regia et tutela. Itaque vobis prelatis baronibus comitibus castellanis, quarumlibet ecclesiarum rectoribus, nobilibus et cuiusvis dignitatis et preeminencie hominibus quibus presentes ostendentur, firmiter precipimus et distincte, quatenus ad ipsum forum procedere

volentes, videlicet homines vobis subiectos et quoslibet alios nullatenus presummatis prohibere, nec impedimentum aliquod eisdem inferatis, sed libere et absque alicuius inquietacionis obstaculo eosdem ad ipsum forum procedere et de eodem ad propria redire permittatis, secus pro nostra gracia facere non audentes; sicut eciam dominus rex genitor noster predicto Bede patri ipsius Petri dictum forum contulit mediantibus literis suis sub maiori sigillo suo emanatis. Et hec volumus per fora et ubique palam proclamari . . Datum in Lypche, feria quarta proxima ante festum sancti Jacobi apostoli, anno domini M° CCC° XL^mo octavo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt N. R. A. 903. 2. dipl. oszt. 3998. Közli: Kovács N.

105.

1348. Buda, aug. 9. I. Lajos király Miklóst Tót- és Horvátország bánját utasítja, hogy Töttös kir. ajtónálló mester banatusi ügyeit Budán intézze el, a birtokperek kivételével, melyeket a kir. curián fognak elítélni.

Lodovicus . . rex . . Nicolao bano tocius Sclavonie et Croacie pro nunc constituto ac pro tempore constituendo, ac vices eorum gerentibus . . cum magister Tuteus magister ianitorum nostrorum in nostra curia continuam faciat residenciam et in speciali officio nostro videlicet magisterii ianualis apud nos sit occupatus, et ob hoc consideratis fidelitatibus suis et fidelium serviciorum preclaris meritis quibus nobis laudabiliter studuit complacere et se efficere graciosum, volumus ut quicunque eundem magistrum Tuteus et filios suos ad vestram citaverint presenciam vel aliquam contra eosdem coram vobis in quibuslibet causis maioribus et minoribus, specialiter in facto possessionario moverint quescionem, ibi vestro banatu non possitis iudicare, sed cum prelatis et baronibus regni nostri dum ad nostram curiam accesseritis eosdem iudicetis. Ideo fidelitati vestre firmiter precipientes mandamus, quatenus dictum magistrum Tuteus et filios suos contra formam premisse nostre gracie sibi facte, contra quospiam in nullis causis et

causarum articulis, specialiter in facto possessionario in loco banatus vestri iudicare vel vestro astare iudicio compellere presummatis; sed (si) aliquid accionis contra eundem magistrum Teuteus et filios sues habuerint, ad nostram curiam prorogetis, ubi vos vel quem in persona vestra deputabitis, (coram) prelatis et baronibus regni nostri, quibuslibet querulantibus ex parte dicti magistri Teuteus et filiorum suorum iudicium et iusticiam faciatis ut (deposcit) ordo iuris. Secus obtentu nostre gracie non facturi; nam nos cassum vanum et inane committimus, si quid contra hoc per vos quoquo modo fue(rit per)petratum. Datum Bude, in vigilia beati Laurencii martiris, anno domini Millesimo CCC° XL° octavo.

Hátlapján nagy pecsét nyomaival; a pecsét alatt, valamint az oklevél első sora felett is e szavak olvashatók: »legacio Nicolai Kunth filii Laurencii per Mathe et Petrum notarios.« Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 46. 7. dipl. oszt. 3999. Közli: Kovács N.

106.

1348. Buda, aug. 13. I. Lajos király Domokos fia Miklós vitányi várnagynak a lengyel határszéleken két birtokot adományoz s azok megtelepítését megengedi.

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod consideratis fidelitatibus et fidelium serviciorum multimodis meritis magistri Nicolai filii Dominici castellani de Vytan et officialis de Twr et de Wossyan, annuimus eidem, ut in silva Dubuafew vocata, in confinio regni Polonie existenti, duas villas seu possisiones, quarum nomina Thopla et Dublafew vocitentur, congregare debeat, et ipsas duas possessiones quas in ipsa silva idem magister Nicolaus congregare faciet, cum omnibus suis . . pertinenciis universis contulimus . . ipsi magistro Nicolao et suis heredibus . . perpetuo possidendas . . Datum Bude, feria quarta proxima ante festum Assumcionis virginis gloriose, anno domini Millesimo CCC^mo^ XL^mo^ octavo.

I. Lajos királynak 1353. apr. 23-án kelt átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1537. 18. dipl. oszt. 4000. Közli: Kovács N.

107.

1348. aug. 13. A somogyvári convent jelentése I. Lajos királyhoz, hogy a midön a margit-szigeti apáczákat Viz nevü birtok egy részébe beiktatni akarták, ennek Fanch fiai s Dénes fiai Bede és Miklós ellentmondtak.

.. Lodovico .. regi .. conventus monasterii sancti Egidii de Simigio .. noverit vestra excellencia, quod literas vestras patentes ad citaciones inquisiciones prohibiciones reambulaciones recaptivaciones possessionum, metarumque earumdem erecciones ac ad alia omnia, que iuxta regni vestri consvetudinem talibus in processibus fieri consveverunt .. sanctimonialibus de Insula Leporum per anni circulum graciose datas et concessas recepimus .. et iuxta earumdem continenciam cum Ladislao filio Posa de Bereu homine vestro, Desew clericum chori nostri hominem nostrum pro testimonio transmisimus fide dignum; qui .. retulerunt, quod feria quarta scilicet in festo beati Sixti pape, ad possessionem Wyz vocatam accessissent, ibique unam particulam silve fere duo iugera in se continentem, quatuor iugera terrarum et duo fenilia falcature per diem quinque hominum sufficiencia, a magistris Ladislao et Paulo filiis Fanch, item tredecim iugera terrarum arabilium et unam vineam a Nicolao et Bede filiis Dionisii nomine iuris predictarum .. dominarum recaptivassent et reambulassent; cumque reambulando ipsis .. dominabus statuere voluissent, in personis predictorum filiorum Fanch, Johannes literatus officialis eorumdem de eadem Wyz, et predicti Nicolaus et Bede filii Dionisii presencialiter adherentes, in statucione omnium premissorum ipsis .. dominabus fienda contradictores exstitissent. Item eodem die unam silvam vulgariter Noygerdew dictam, supra eandem villam Wyz a parte septemtrionali habitam, nomine iuris predictarum .. dominarum recaptivassent, cumque recaptivatam eisdem dominabus statuere voluissent, non alii aliqui nisi Nicolaus et Bede filii Dionisii antedicti in una parte seu particula de eadem silva quatuor iugera in se continente, a parte septemtrionali iuxta terram arabilem adiacente, nomine iuris ipsorum hereditarii in statu-

cione eisdem dominabus fienda contradictores exstitissent; eodemque die et loco predictos magistros Ladislaum et Paulum filios Fanch. Nicolaum et Bede filios Dionisii, contra iamdictas religiosas dominas ad octavas sancti regis Stephani nunc venturas ad vestre excellencie presenciam citavissent. Datum quarta feria proxima post festum beati Laurencii martiris. anno domini M° CCC° XL^mo octavo.

Papiron. zárlatán pecsét töredékeivel: eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. 54. 11. dipl. oszt. 4001. Közli: Kovács N.

108.

1348. aug. 13. A somogyvári convent jelentése I. Lajos királyhoz, hogy Ders fiát Pétert és jobbágyait a margitszigeti apáczák Samud nevü Baranya vármegyei birtokának elfoglalásától eltiltatták.

.. Lodovico .. regi .. monasterium sancti Egidii de Simigio .. noverit vestra excellencia. quod literas vestras patentes ad citaciones inquisiciones et prohibiciones faciendas ac ad alia omnia que secundum regni consvetudinem talibus in processibus fieri consveverunt .. sanctimonialibus de Insula Leporum per anni circulum graciose datas et concessas. recepimus .. et iuxta earumdem continenciam cum Ladislao filio Posa de Beren homine vestro. Deseu clericum chori nostri hominem nostrum pro testimonio duximus transmittendum. qui .. retulerunt. quod feria quarta proxima post festum beati Jacobi apostoli ad possessionem .. dominarum predictarum Samud vocatam in comitatu de Baranya inter Orman et fluvium Drave existentem accessissent. ibique magistrum Petrum filium Ders et suos iobagiones de Azaryas a percepcione usuum fructuum et utilitatum. videlicet terrarum arabilium silvarum et fenilium inter metas eiusdem possessionis Samud existencium. contradixissent prohibendo. Datum quarta feria proxima post festum beati Laurencii martiris. anno domini M° CCC^mo XL.^mo octavo.

Papiron. zárlatán pecsét töredékeivel: eredetije az orsz. lt. kincst. Monial. Vet. Ba[illegible] 4. 48. dipl. oszt. 4002. Közli: Kovács N.

109.

1348. aug. 20. A budai káptalan jelentése Miklós nádorhoz, hogy Hasznosi Nagy Domokost és fiát, pásztói birtokukon, Csetneki Péter ellen megidéztették.

. . Nicolao palatino et iudici comanorum capitulum Budensis ecclesie . . literas . . Ludovici . . regis . . recepimus in hec verba: Ludovicus . . rex . . capitulo ecclesie Budensis . . fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio . . coram quo Paulus de Suran vel Nicolaus filius Thome de Bechke aut Georgius de Fugach aliis absentibus homo noster, citet Dominicum magnum et Stephanum filium suum de Paztuh, contra Petrum filium Benedicti de Chythnek in presenciam . . Nicolai . . palatini ad terminum competentem; et post hec diem et locum citacionis, nomina citatorum, et terminum assignatum eidem palatino fideliter rescribatis. Datum Bude, secundo die festi Assumcionis virginis gloriose, anno domini M° CCC^mo XL^mo octavo. Nos igitur . . cum predicto Nicolao filio Thome de Bechke . . nostrum hominem . . Michaelem presbiterum chori ecclesie nostre ad premissam citacionem faciendam pro testimonio duximus destinandum, qui . . retulerunt, quod feria secunda proxima post festum Assumcionis virginis gloriose proxime preteritum predictos magistrum Dominicum magnum de Haznus et Stephanum filium eiusdem in possessionaria porcione eorum in Paztuh habita, ad presenciam vestre magnificencie ad quindenas festi beati Stephani regis et confessoris proxime affuturas citavissent. Datum in festo beati Stephani regis prenotato, anno domini supradicto.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. ősz. N. R. A. 1537. 19. dipl. oszt. 4003. Közli: Kovács N.

110.

1348. aug. 21. A pécsváradi convent előtt Ilona asszony és férje Domokos, Poklos-Nádasd nevü birtokban egy szőllőt, Gergely pécsváradi polgárnak három márkáért eladnak.

Nos conventus monasterii Waradiensis memorie commendamus . . quod domina consors Dominici generi Anthus Ilona vocata, unacum eodem Dominico domino et marito suo de Poklusnadast ab una parte, item Gregorio filio Kelemen magni de civitate Waradiensi ab altera coram nobis personaliter comparentes, eadem domina Ilona et iamdictus Dominicus maritus eiusdem sunt confessi . . quod ipsi quandam vineam ipsorum in territorio predicte ville Poklusnadasd iuxta vineam eiusdem Gregorii a parte orientali existentem, eidem domine Ilona a Petro filio Emerici filii Blasii priore marito suo devolutam, habentem vicinos et conterminales Nicolaum filium prefati Emerici filii Blasii ab oriente, quandam silvulam Nicolai filii Petri a meridie, eundem Gregorium a parte occidentis et viam magnam a septemtrione, supradicto Gregorio filio Kelemen magni pro tribus marcis denariorum banalium, marcam quamlibet cum sex pensis computando, plene habitis et receptis ab eodem, et per eum suis heredibus . . vendidissent . . iure perpetuo . . possidendam . . Datum feria quinta proxima ante octavas festi Assumcionis virginis gloriose, anno domini M° CCC° XL^mo octavo.

A pécsváradi conventnek 1358. máj. 10-én »comes Gregorius filius Kelemen magni iudex de civitate Waradiensi« kérelmére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 605. 7. dipl. oszt. 3683. Közli: Kovács N.

111.

1348. sept. 7. A szepesi káptalan jelentése I. Lajos királyhoz, hogy a Csetneki Péter Nógrád vármegyei alispánon, akkor midőn egy tolvajt elzáratott, Hasznosi Domokos és fia által elkövetett hatalmaskodás mibenlétét megvizsgáltatta.

Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie beati Martini de Scepus . . literas vestre serenitatis . . recepimus in hec verba:

Lodovicus . . rex . . capitulo ecclesie Scepusiensis . . dicit nobis Petrus de Chythnek vicecomes Neugradiensis, quod in festo Assumcionis virginis gloriose nunc proxime preterito, visis literis nostris et domine regine genitricis nostre preceptoriis, et eciam ex induccione fratris magistri Alberti notarii eiusdem domine regine genitricis nostre, in villa Veres vocata quendam furem ordine iuris captivasset et captum ad hospicium suum ipsum furem duxisset, et Dominicus magnus filius Dominici de Haznus, cum filio suo Stephano et aliis suis complicibus potencialiter manibus armitis ad hospicium suum venisset, ipsum furem de captivitate sua excepisset et duos proximos ac tres famulos suos interfecisset et alios sex famulos suos letaliter vulnerasset, ac res suas ducentas marcas valentes abstulisset; super quo . . mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio . . coram quo Johannes filius Benedicti de Zeek vel Jacobus filius eiusdem altero absente homo noster, ab omnibus quibus decet et licet, sciat et inquirat omnimodam de premissis veritatem; et post hec . . de premissis nobis . . rescribatis. Datum Bude, in festo sancti regis Stephani, anno domini M° CCC^mo XL^mo octavo. Nos igitur . . unacum Jacobo homine vestro predicto, nostrum misimus hominem scilicet Blasium presbiterum chori nostri pro testimonio . . qui . . retulerunt, quod feria sexta proxima ante festum sancti Egidii proxime preteritum, idem homo vester dicto homine nostro presente, ab omnibus nobilibus comitatus Neugradiensis . . diligenti premissa investigacione, talem de premissis scivissent veritatem, quod cum idem Petrus de Chythnek in vigilia dicti festi Assumcionis virginis gloriose quendam hominem in foro captivari et duci ad hospicium suum fecisset, prenotatus Dominicus filius Dominici unacum Stephano filio suo predicto ad prefatum hospicium ipsius Petri manibus armatis potencialiter accedendo, ipsum captivum remitti postulasset; cum itaque idem Petrus eundem captivum remittere denegasset, verbis iniuriosis supercrescentibus, idem Dominicus cum filio suo ipsum Petrum de eodem hospicio effugassent, quod videntes omnes forenses et advene, super hospicium irruissent, eundem unacum Dominico prenotato et ipsum Petrum occidere voluissent, ubi quinque famuli dicti Petri fuissent in-

teremti et plures alii vulnerati; damna eciam plurima in eodem hospicio ipsi Petro tunc irrogata exstitissent, sed de quantitate et numero certitudinem suo modo reperire nequivissent. Datum die dominica proxima post dictum festum sancti Egidii, anno domini prenotato.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1537. 20. dipl. oszt. 4005. Közli: Kovács N.

112.

1348. sept. 10. A somogyvári convent előtt Szakcsi Domokos egyik jobbágya kötelezi magát, hogy a margitszigeti apáczák egyik kazsoki jobbágyának megöléséért Lápafőn kilencz márkát megfizetni tartoznak.

Nos conventus monasterii sancti Egidii de Simigio memorie commendamus . . quod Petrus dictus Feketheu de Igal pro . . sanctimonialibus de Insula Leporum et Nicolao filio Egidii de Kasuk officiali earumdem . . ab una parte, Georgius filius Ladislai filii Abram iobagio magistri Dominici filii Petri filii Stephani de villa Zakch pro se et dicto Ladislao patre suo, Blasio Petro et Johanne fratribus suis ex altera, coram nobis personaliter constituti, relatum exstitit per eosdem . . quod super omnibus causis damnis nocumentis, specialiter super morte et homicidio Jacobi institoris iobagionis dictarum . . dominarum de predicta villa Kasuk, per eosdem Ladislaum et filios suos casualiter interfecti, ac aliis quibuslibet iniuriis quovis modo usque ad diem datarum presencium per eosdem Ladislaum et filios suos perpetratis, proborum virorum composicione et ordinacione mediante, propter bonum pacis et debitum specialis dileccionis plenarie concordassent . . eo modo, quod idem Ladislaus et filii sui predicti pro morte et homicidio predicti Jacobi institoris assumsissent et obligassent se dare et solvere novem marcas, quamlibet marcam cum quinque pensis denariorum latorum viennensium computando, partem in denariis promtis latis viennensibus, et partem in estimacione denariis valenti, in villa Wapafew vocata, coram homine

nostro, in duobus terminis infrascriptis, videlicet quatuor marcas cum dimidia in octavis beati Michaelis archangeli, et alias quatuor marcas cum dimidia in octavis festi Omnium Sanctorum consequenter nunc venturis, Nicolao filio Egidii prenotato; tali pena interiecta, quod si quemlibet terminorum iidem Ladislaus et filii sui negligerent in solvendo, penam dupli incurrerent ipso facto. Datum quarta feria proxima post festum Nativitatis beate virginis, anno domini M° CCC° XL^mo octavo.

Papíron, hátlapján pecsét maradványaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. Poson. 50. 8. dipl. oszt. 4008. Közli: Kovács N.

113.

1348. Buda, sept. 20. Pál országbíró ítélete, melyben a Lukai Pál és Ondi László között Ond nevü Zemplén vármegyei birtok felosztása iránt létrejött egyezséget megerősíti.

Nos comes Paulus iudex curie . . significamus . . quod cum Paulus filius Johannis de Luka, Ladislaum filium Lukachii de Ond, legitime citacionis modum observando, contra se in regie maiestatis presenciam in causam attraxisset, et ipsa causa diversis prorogacionum cautelis et terminis intervenientibus iuxta complurium literarum nostrarum prorogatoriarum exinde confectarum continencias, octavas festi beati Georgii martiris anno nunc proxime elapso preteritas dilative attinxisset, ipso tandem termino occurrente, Paulus filius Mykocha pro predicto Paulo filio Johannis de Luka . . ad nostram accedendo presenciam, contra prefatum Ladislaum filium Lukachii de Ond quasdam literas capituli ecclesie Agriensis formam cuiusdam possessionarie reambulacionis denotantes, asserens seriem proposicionis eiusdem Pauli filii Johannis in eisdem plenissime denotari, nobis presentarat continentes, quod cum homo regius et testimonium dicti capituli ecclesie Agriensis sabbato die proximo ante dominicam Esto mihi anno superius expresso preterito, ad faciem possessionis Mazaondya vocate in comitatu Zemliniensi existentis, vicinis et commetaneis eiusdem universis legitime convocatis et presentibus accedendo, per veteras suas metas et antiquas reambulantes, eandem pre-

dicto Paulo filio Johannis eo iure quo sibi pertinere dinosceretur, statuere voluissent, Johannes sacerdos rector ecclesie de Ond in persona Ladislai filii Lukachii de eadem Ond, in statucione eiusdem eidem Paulo filio Johannis facienda, contradiccionis velamine ipsis obviasset; cuius prohibicionis et contradiccionis racione ipsum Paulum filium Johannis de Luka informari postularat per Ladislaum filium Lukachii supradictum; quo percepto Ladislaus filius Deseu pro prelibato Ladislao filio Lukachii . . exurgens, ipsum Ladislaum filium Lukachii dominum suum in facto dicte possessionis Mozaondya nominate efficacia instrumenta habere allegans, ad eorumdem exhibicionem dilacionis terminum ipsi Ladislao filio Lukachii per nos postularat impertiri; unde nos commiseramus, quod prelibatus Ladislaus filius Lukachii prefata instrumenta sua super facto dicte possessionis Mazaondya per suum procuratorem habere allegata, contra Paulum filium Johannis similiter instrumenta sua producere debentem, in octavis festi nativitatis beati Johannis Baptiste tunc proxime venturis coram nobis exhibere teneretur, quibus exhibitis, faceremus prout fieret opportunum in premissis. Et cum ipsa instrumentalis exhibicio a predictis octavis festi nativitatis beati Johannis Baptiste quibusdam prorogacionum cautelis et terminis supervenientibus ad octavas festi beati Michaelis archangeli eodem anno transactas prorogative devenisset, tandem eisdem octavis beati Michaelis archangeli advenientibus, memoratis Paulo filio Johannis de Luka actore ab una, et Ladislao filio Lukachii de predicta Ond in causam attracto parte ab altera coram nobis propriis eorum in personis astantibus, antequam predicta eorum instrumenta iuxta nostram iudiciariam commissionem contra se se coram nobis exhibere voluissent, obtenta a nobis prius iudiciaria licencia, sed ad pacis reformacionem in premissis admitti postularant; quos cum nos . . ad ipsius concordie unionem et pacificam reformacionem . . admisissemus, demum ipse partes corda mitigantes turbata, in momento ad nostrum iudiciarium redeuntes conspectum, pari voto . . interveniente eciam composicione . . proborum virorum . . ut amodo . . eedem partes omni favore proximitatis in evum quirent gratulari . . sedatis eciam et sopitis universis iniuriis damnis nocumentis et controversiis

.. usque ad hec tempora .. inter eos habitis et exortis, super facto annotate possessionis Mazaondya nuncupate et alterius possessionis Ond vocitate, in vicinitate eiusdem possessionis Mazaondya existentis, super cuius facto inter eundem Ladislaum filium Lukachii et Andream filium Petri (commeta)neum et proximum ipsius Pauli filii Johannis similiter materia suborta fuisset quescionis, que quidem possessiones ut referebant, tempore im(pacato) a prioribus progenitoribus dicti Pauli filii Johannis fuissent (. . . . .), se taliter concordasse confessi exstiterant imo et concordarant coram nobis quod ipse partes predictas duas possessiones Mazaondya et (Ond . . . . .) ut asserebant simul adiacentes, cum omnibus earum utilitatibus .. videlicet ecclesia lapidea in eadem possessione Ond in honorem beatissimi Ladislai regis constructa .. ac aliis quibusvis attinenciis earumdem in superficie ipsarum adiacentibus, presentibus hominibus regiis infranominandis et testimoniis predicti capituli ecclesie Agriensis, per modum pacificum in duas .. dividi facerent partes coequales; quarum possessionum recta et equalis medietas .. prelibato Paulo filio Johannis et eiusdem successoribus, alia autem similiter recta et equalis medietas earumdem .. annotato Ladislao filio Lukachii et eius posteritatibus iure perennali .. devolverentur possidende, sine tamen semper preiudicio iuris alieni; peracta namque pretacta divisione dictarum possessionum, ut in premissis habetur, prelibatus Ladislaus filius Lukachii de propria porcione sua modo quo supra iamdicta divisione sibi devoluta, terre particulam culture unius aratri sufficientem, circa porcionem possessionariam eiusdem Pauli filii Joannis in medietate adiacentem, regali mensura iuxta regni consvetudinem mensurando, cum utilitatibus .. ad ipsam unius aratri terre particulam pertinentibus, ob amorem sincere proximitatis ipsius Pauli eidem contulisset .. preterea prefatus Paulus filius Johannis, memoratum Ladislaum filium Lukachii a predicto Andrea filio Petri consangvineo proximo, qui ut prediximus pretextu premisse possessionis Ond nuncupate ipsum Ladislaum in litem attraxisset, racione eiusdem possessionis in iudicio vel extra iudicium coram quovis iudice semper et .. ubique laboribus propriis et expensis expedire assumsisset .. non hoc preter-

misso, quod dicte partes literas ipsorum . . specialiter literas domini Wyllermi Drugeth condam palatini per ipsum Ladislaum filium Lukachii contra eundem Paulum filium Johannis super facto cuiusdam duelli inter ipsos habiti confectas, demtis aliis literis eorum privilegialibus domini Bele olim . . regis . . Johannis palatini et capituli ecclesie Agriensis ac earumdem transscripcionalibus et aliis . . super factis earumdem possessionum confectis, quarum vigores perpetue conservacionis dominium earumdem duarum possessionum denotarent, cassas . . reddiderant . . voluerant eciam partes, quod si aliqua parcium . . absque heredum masculini sexus solacio, quod absit, ab hac vita decederet, extunc dicte due possessiones superius nominate cum earum integritatibus, illius partis dominio devolverentur, cuius posteritates superstites remanerent heredum per heredes; prout omnia premissa dicte partes ultronea eorum voluntate fieri voluerant immutabiliter coram nobis. Et quia ad ipsam possessionariam divisionem faciendam et videndam homines regii et testimonia capituli ecclesie Agriensis antedicti transmitti debebant necessario, ideo predicto capitulo Agriensi literatorie scribentes eorum amiciciam requisiveramus . . ut eorum mitterent homines idoneos pro testimoniis fide dignos, quibus presentibus Jacobus filius Michaelis de Iseph, vel Dionisius filius Mykocha, aut Johannes filius Nicolai de Chethe, sive Abram filius Johannis de Myrk pro parte predicti Pauli filii Johannis actoris, item Laurencius filius Menhardi, aut Dominicus filius Markus, vel Nicolaus filius Johannis de Gybarth pro parte annotati Ladislai filii Lukachii in causam attracti, aliis absentibus homines domini regis, in octavis festi beati Martini confessoris nunc proxime preteritis, ad facies dictarum possessionum Mazaondya et Ond vocatarum . . accederent, et easdem . . per modum pacificum in duas dividerent . . partes coequales, quarum unam rectam partem . . annotato Paulo filio Johannis et successoribus eiusdem, aliam vero rectam et equalem medietatem earumdem . . prelibato Ladislao filio Lukachii et eius posteritatibus, iura tamen parcium possessionaria si necesse fieret ab invicem in locis necessariis novarum metarum ereccionibus separando . . relinquerent et statuerent cuique parti, sine preiudicio iuris alieni, iure perennali perpetuo

possidendam; demumque . . de propria possessionaria porcione ipsius Ladislai filii Lukachii . . terre particulam ad unum aratrum sufficientem . . eidem Paulo filio Johannis et heredibus eiusdem statuerent perennaliter possidendam; et post hec seriem premisse possessionarie divisionis . . ad octavum diem dictarum octavarum festi beati Martini confessoris domino regi in literis dicti capituli Agriensis per dictas partes commiseramus reportari. Et cum reportacio seriei premissorum a predicto termino iuxta aliarum literarum nostrarum continenciam, de parcium voluntate octavas festi beati Georgii martiris nunc proxime elapsas prorogative attinxisset, ipso tandem termino occurrente, Paulus filius Mikocha pro eodem Paulo filio Johannis actore . . ab una, et Paulus magnus pro dicto Ladislao filio Lukachii cum procuratoriis literis conventus de Lelez parte ex altera ad nostram accedens presenciam, literas dicti capituli Agriensis rescripcionales nobis presentarant, in quibus inter cetera per nobilem dominam relictam predicti Lukachii matrem videlicet prefati Ladislai tempore premisse divisionis possessionarie in facto statucionis unius particule terre ad unum aratrum sufficientis, pretacto Paulo filio Johannis faciende contradiccionem fecisse, pro eoque ipsam divisionem finaliter fieri nequivisse comperimus evidenter; et cum finalis discussio premissorum a predictis octavis festi beat Georgii martiris sub forma faciende pacis ad octavas festi beati Jacobi apostoli similiter ex novo transactas prorogative devenisset, tandem ipsis octavis festi beati Jacobi apostoli adherentibus, pretactus Paulus filius Johannis personaliter ab una, et predictus Paulus filius Petri pro eodem Ladislao filio Lukachii . . parte ex altera ad nostram accedentes presenciam, alias literas ipsius capituli Agriensis patentes composicionales nobis presentarant inter cetera continentes: quod predicta nobilis domina relicta Lukachii mater pretacti Ladislai coram dicto capitulo Agriensi personaliter constituta, premissam prohibicionem suam tempore predicte divisionis per se factam revocando, illam totam partem seu porcionem possessionariam quam predictus filius suus in forma premisse composicionis a nobis . . dicto Paulo filio Johannis contulisset, sic et eisdem modo eidem Paulo filio Johannis et heredibus

eiusdem iure perpetuo . . contulisset possidendam. Unde quia ad premissam possessionariam divisionem plenariam faciendam homines regii et testimonia prememorati capituli Agriensis vice iterata transmitti debebant necessario, igitur predicto capitulo Agriensi literatorie scribendo eorum amiciciam postularamus . . ut eorum mitterent homines pro testimoniis fidedignos, quibus presentibus Ladislaus Vothey, vel Abram filius Johannis, aut Jacobus filius Michaelis pro parte actoris, item Laurencius filius Menhardi, vel Dominicus filius Markus pro parte in causam attracti, aliis absentibus homines domini regis, feria sexta proxima post octavas festi beati regis Stephani nunc proxime preterita, ad facies dictarum possessionum Mazaondya et Ond vocatarum . . accederent, et dictam divisionem prefatarum possessionum . . plenarie perficerent, et cuique parti sua iura possessionaria . . sine preiudicio iuris alieni relinquerent et statuerent perpetuo possidenda, si per alios aliquos non fieret contradictum, contradictores autem si qui alii fierent, contra illam partem quam deceret, citarent in regiam presenciam . . particulam autem possessionariam per quempiam prohibitam, signis pro metis positis consignando et . . mensurando . . estimarent . . et post hec seriem omnium premissorum . . ad octavum diem dicte divisionis in literis sepedicti capituli Agriensis per partes nobis commiseramus reportari. Ipso siquidem termino reportacionis seriei premissorum adveniente, prenominatus Paulus filius Johannis ab una, prefatus Ladislaus filius Lukachii parte ab altera personaliter ad nostrum venientes conspectum, literas prescripti capituli Agriensis . . nostro iudiciario examini demonstrarunt continentes, quod predictum capitulum Agriense . . cum prefato Jacobo Michaelis homine regie maiestatis, eorum hominem . . Johannem sacerdotem magistrum altaris sancti Mathei apostoli de eadem ecclesia ipsorum, pro parte annotati Pauli filii Johannis actoris transmisissent pro testimonio ad premissa exequenda; qui quidem homo regius . . retulisset isto modo, quod ipse unacum eodem testimonio ipsorum in dicta feria sexta post ipsas octavas festi sancti regis Stephani iam preteritas accessissent ad facies possessionis Ond et Mazaondya supradictarum, et licet ipsi easdem possessiones in comitatu Zemlyniensi ut dicitur existen-

tes, iuxta prefatarum literarum nostrarum dividere presto fuissent et parati, tamen quia talis divisio iuxta earumdem literarum nostrarum composicionalium seriem fienda, propter quedam impedimenta perfici nequivisset inter partes bono modo, ideo prescripte partes postergatis et omissis dictis literis composicionalibus, in ipsa possessione Ond solummodo, in qua ecclesia lapidea in honore sancti regis Ladislai constructa haberetur, tam in locis sessionalibus quam terris campestribus et vineis, excepta dicta terra Mazaondya, pari voto et per modum pacificum talem inter se divisionem perpetuo duraturam foram ipsis facere procurassent: quod una pars ipsius ville Ond in qua dicta ecclesia quo supra haberetur, a plaga septemtrionali existens, simul cum quadam alia particula eiusdem ville que a plaga orientali et ultra fluvium Zerench adiaceret, necnon universis terris arabilibus circa ipsam aliam particulam ville habitis, et dimidietate unius prati quod tres mete contigualiter posite a se invicem distingerent, cum earum . . pertinenciis, utpote edificiis curiis et porcione patronatus dicte ecclesie, sub distinccionibus metarum infra declarandarum, quoad loca sessionalia facta ipsa divisione cessissent memorato Paulo filio Johannis et suis heredibus perpetuo possidende, alia parte ipsius ville Ond preallegato Ladislao filio Lukachii et suis heredibus similiter perennaliter remanente; item terras arabiles similiter per metas infra specificatas ab invicem separando, eedem partes taliter inter se divisissent, quod una pars ipsarum terrarum arabilium a plaga septemtrionali ut refertur adiacentes, a terminis dicte ville incipiendo usque ad radicem cuiusdam magni montis, annotato Paulo, terre vero arabiles a plaga meridionali similiter ad radicem dicti montis se extendentes pretacto Ladislao et parcium heredibus possidende remansissent; item dictum montem et vineas in ipso existentes taliter divisissent, quod una pars eorumdem a parte meridionali dicto Paulo, et alia pars eorumdem montis et vinearum a plaga septemtrionali memorato Ladislao filio Lukachii remansissent possidende . . ita videlicet, quod a modo . . nec idem Paulus et sui heredes super iobagionibus eiusdem Ladislai filii Lukachii, nec (. . . . Ladisla)us et sui posteri . . a iobagionibus memorati Pauli et suis successoribus in dicta possessione Ond commo-

rantibus, pretextu dictarum vinearum in ipso monte habitarum (. . . . . .) tributa tunellarum et fertones exigere valerent quoquomodo . . Mete autem quibus prius dicta loca sessionalia ab invicem distingerentur . . hoc ordine protenderentur: prima enim meta inciperet a plaga orientali prope dictum fluvium Zerench et in fine cuiusdam pontis ubi esset unus lapis pro meta positus, a quo versus partem occidentis per unum viculum eundo veniret ad aliam metam terream similiter lapidem in se habentem et iuxta cimiterium dicte ecclesie existentem, unde ad sanctuarium ipsius ecclesie pergendo et eandem ecclesiam per longitudinem transeundo, intraret ad magnam plateam sepedicte ville, in qua retrogiraret ad plagam meridionalem, et currendo infra veniret ad unam metam terream similiter lapidem in se continentem, et ibi regiraret in quodam alio viculo populoso Zeuleusulcha vocato, per quem transiretur versus villam Manak, et in eodem currendo veniret ad terciam metam terream lapidem in se habentem ac in exitu predicti viculi existentem, et ibi mete locorum sessionalium terminarentur. Item mete prefatarum terrarum arabilium hec essent: prima mete inciperet prope eundem vicum, et in extremitate cuiusdam vinee versus dictam villam Manak currendo, veniret ad unam metam terream, et deinde ad aliam similiter lapides in se habentem, et deinde ad terciam simpliciter terream, inde currendo attingeret in radicem predicti montis et ibi mete terrarum arabilium terminarentur. Mete siquidem quibus dicte vince et loca vinearum ac virgultorum pro vineis aptorum discurrerent, isto modo: primo namque inciperet a parte orientis in radice eiusdem montis inter vineas Dominici filii Sechk et Jacobi filii Fabiani, ubi esset una meta terrea, a qua parvum declivo modo versus occidentem ad ipsum montem ascendendo veniret ad aliam metam terream in superiori parte earumdem vinearum Dominici et Jacobi habitam, deindeque similiter declivo modo versus septemtrionem supra currendo annecteret terciam metam terream prope cacumen ipsius montis erectam; adiecissent eciam prescripti regius et predicti capituli homines, quod eedem partes unacum ipsis preallegatas terras arabiles in porcionem dicti Pauli devolutas, a vineis in porcionem prelibati Ladislai cessis cum sex metis terreis post se invicem

positis distinxissent et separassent pro cautela, silvas autem et nemora ad communem usum reliquissent; hoc specialiter declarato, quod dimidietas ipsius prati a plaga meridionali sepedicto Paulo, et alia dimidietas a parte septemtrionis eidem Ladislao et parcium heredibus, ut premissum esset, perennaliter possidende remansissent. Quarum literarum exhibicionibus factis, cum nos predictos Paulum filium Johannis et Ladislaum filium Lukachii, in eo, utrum ipsi predictam possessionariam divisionem per premissarum metarum erecciones inter ipsos factam et pacifice ordinatam, iuxta seriem predictarum literarum dicti capituli Agriensis perpetuo immutabiliter velint inter se observare vel ne, iuxta officii nostri debitum vice trinaria quesivissemus, mox partes prenotate ipsam possessionariam divisionem . . metarumque erecciones predictarum, perpetuo irretractabiliter inter se iuxta seriem et continenciam pretactarum literarum capituli Agriensis . . se observare velle . . allegarunt, pluries replicando coram nobis. Nos enim perceptis parcium huiusmodi confessivis relacionibus, unicuique ipsarum parcium iura sua possessionaria prenotata, in premissa divisione cuilibet earum per predictarum metarum distincciones cessa et pacifice devoluta, perennaliter inter easdem partes durare committendo, iudiciaria nostra auctoritate, sine preiudicio iuris alieni, adiudicamus perpetuo possidere . . Datum Bude, sedecimo die termini reportacionis seriei prenotate, anno dominice incarnacionis Millesimo trecentesimo quadragesimo octavo.

A pecsét sárga-zöldes selyemsodraton függ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1537. 24. dipl. oszt. 4017. Közli: Kovács N.

114.

1348. oct. 1. A hatvani convent jelentése I. Lajos királyhoz, hogy Gergely fiát Miklóst, István kir. jegyző ellen, Gyanda nevü birtokán megidéztette.

. . Lodovico . . regi . . Paulus prepositus et conventus ecclesie beate Margarete virginis et martiris de Hothuon . . Receptis

literis vestris patentibus sub maiori sigillo vestro emanatis — pro magistro Stephano speciali notario vestro ad citacione faciendas a vigilia festi Nativitatis virginis gloriose nunc preteriti usque revolucionem anni generaliter datis et concessis unacum Michaele filio Sykusd de Myse in eisdem literis vestris reperto homine vestro, nostrum hominem .. fratrem Johannem custodem ecclesie nostre predicte, ad citaciones pro testimonio duximus transmittendum; qui demum .. retulerunt quod ipsi in vigilia festi sancti Michaelis archangeli, magistrum Nicolaum filium Gregorii filii Petri in possessione sua Gyand vocata, contra annotatum magistrum Stephanum notarium vestrum in vestram citassent presenciam, octavas festi Omnium Sanctorum nunc venturas coram vestra maiestate comparend .. pro termino assignando. Datum quarto die citacionis prenotat anno domini M° CCC° XL^mo octavo.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz lt. kinc t, oszt. N. R. A. 1698. 61. dipl. oszt. 4009. Közli: Kovács N.

115.

1348. Buda, oct. 3. I. Lajos király meghagyja Szepes vármeg ye ispánjának és szolgabíráinak, hogy vizsgálatot teljesítsenek a szepesi káptalan azon panasza felett, hogy Geraltfalvi Kon ch Pethő és Miklós, Szepes-Szent-Mártonban két kanonok kuriáj ín kegyetlenkedtek s a kanonokot is megkardlapozták.

Lodovicus .. rex .. comiti vel vicecomiti et iudicib 18 nobilium comitatus de Scepus .. dicitur nobis in personis .. capituli ecclesie Scepusiensis querulose, quod Peteu et Nicola 18 dicti Konch filii Nicolai filii Gerardi, cum eorum complicib s, feria secunda proxima post festum Assumcionis virginis g o- riose anno in presenti preteritum, de possessione eorum G e- raltfalua vocata, ad Sanctum Martinum ubi predictum ca pi- tulum haberent residenciam, preconcepta malicia malignan di potencialiter venientes, primo curiam magistri Jacobi canon ici ipsius ecclesie confregissent, in cuius domo quendam nobilem Kokos nomine interficere volentes, tribus letalibus vulneribus

vulnerando semivivum reliquissent; et demum super curiam magistri Demetrii similiter predicte ecclesie canonici festino insultu venientes et eandem confrangentes, duos famulos ipsius magistri Demetrii videlicet Blasium et Fabianum in eadem curia graviter vulnerando reliquissent, predictos eciam magistros Jacobum et Demetrium canonicos in defensione curiarum earumdem, cum spatis gladiorum duriter verberassent eosdem, et alios canonicos ipsius ecclesie verbis illicitis et contumeliosis, nullis culpis ipsorum requirentibus pertractantes et graviter verberantes, in preiudicium ipsorum non modicum et gravamen; et his perpetratis iterato ad dictam possessionem eorum Geraltfalva vocatam reversi exstitissent; super quo . . precipimus per presentes, quatenus unum vel duos ex vobis . . transmittatis, qui ab omnibus . . sciant et inquirant de premissis . . omnimodam veritatem; et post hec prout vobis veritas constiterit premissorum, nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, feria sexta proxima ante octavas festi beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCC° XL^mo octavo.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1537. 21. dipl. oszt. 4010. Közli: Kovács N.

116.

1348. Buda, oct. 3. I. Lajos király Gersei Pethőnek megengedi, hogy ennek Német-Mákfa nevű birtokán megtelepült jobbágyai negyven telek erejéig a Rába erdejét használhassák s ezért mindennemű adózástól mentesek legyenek.

Nos Lodovicus . . rex . significamus . . quod nos pro fidelitatibus . . magistri Pethew filii Mark de Nemeth-Makwa fidelis nostri, ex gracia regie benignitatis eidem et suis posteris huiusmodi graciam in perpetuum duximus faciendam, quod iobagiones sui in predicta possessione commorantes sub numero quadraginta mansionum et non plurium, silvam nostram Raba vocatam cum fenilibus, terris arabilibus, et aliis quibuslibet utilitatibus in eadem habitis, quantum ad predictas quadraginta integras mansiones sufficientibus, ex presenti nostra annuencia uti possint atque valeant, et ab omni dacio (így) ac

quibuslibet exaccionibus, pretextu percepcionis utilitatum predicte silve, nostre maiestati vel comitibus Castriferrei pro tempore constituendis eorumque vices gerentibus proveniendis, ipse magister Pethew et sui heredes ac iobagiones sub predicto numero quadraginta integrarum mansionum in predicta possessione commorantes, in perpetuum sint exempti; quapropter vobis universis comitibus et vicecomitibus predicti comitatus nunc constitutis et in futurum constituendis . . damus in mandatis, quatenus predictum magistrum Pethew et suos posteros ac iobagiones eorumdem sub predicto numero inclusos, contra premissam graciam nostram molestare perturbare ac pretextu percepcionis dicte silve et suarum utilitatum aliquid ab eisdem exigere presummatis; secus obtentu nostre gracie non facturi. Datum Bude, feria sexta proxima ante octavas festi beati Michaelis archangeli, anno domini M^mo CCC^mo XL^mo octavo.

I. Lajos királynak 1364-ben kelt átiratából, melynek eredetije feltalálható a gr. Festetics cs. ltárában, Keszthelyen, »Castriferrei« 85. b.

117.

1348. Buda, oct. 8. Miklós nádor a királyné közbenjárására megengedi, hogy a fej- és jószágvesztésre ítélt Jakab fiának Jánosnak Étte nevü Komárom vármegyei birtokát ennek özvegye és fia tiz márkáért kiválthassák.

Nos Nicolaus . . palatinus et iudex comanorum . . significamus . . quod cum regalis benignitatis providencia disturbacioni et desolacioni regni sui Hungarie suo regio dyademati subiecti quibus ipsum regnum suum Hungarie, furibus, latronibus, falsorum sigillorum conservatoribus et sculptoribus, necnon aliis quibuslibet malefaccionibus in eodem regno suo indicibiliter multipliciter disturbabatur, cupiens eorum exterminacioni solerte providere et per ipsorum malefactorum exterminacionem regnicolas suos quietare, nos titulo palatinatus regni sui prefulgentem, exterminandis predictis malefactoribus ad faciendas comprovinciales congregaciones more regni sui ab antiquo consvetas, ad quaslibet regni sui partes sua regia

auctoritate et eciam prout officio nostri palatinatus incumbebat, destinasset. Nosque inter ceteros comitatus, universitati nobilium et aliorum cuiusvis condicionis et status hominum comitatus Kamarunyensis congregacione proclamata et publicata, feria secunda proxima ante octavas festi beati Georgii martiris in anno domini M^mo CCC^mo XL^mo septimo preterita ad eundem comitatum accedendo, in eodem unacum vicecomite et iudicibus nobilium ac duodecim iuratis assessoribus per universitatem predictorum nobilium pro communi iusticia conservanda et quibuslibet malefactoribus publicandis et more proscriptorum de medio iustorum exilio delegandis, nobis datis et assignatis, in civitate Jauriensi congregacionem generalem celebrassemus, et in eadem congregacione nostra de predictis malefactoribus certissimam volentes indagare veritatem, eosdem vicecomitem et iudices nobilium ac duodecim iuratos assessores de predictis malefactoribus nos postulassemus edoceri; iamdictique vicecomes, iudices nobilium et duodecim iurati assessores pro communi iusticia conservanda et malefactoribus non celandis, imo nominandis et extradandis, tacto vivifice crucis ligno corporaliter prestito iuramento, plures fures et latrones ac malefactores nominatim proscripsissent et pena debita mortis supplicio feriendos nobis tradidissent; inter ceteros eciam malefactores Johannem filium Jacobi de Ethe pro publico malefactore (ultime) mortis supplicio comdemnandum assignassent; quem nos prout officio nostri palatinatus incumbebat, ipsiusque Johannis filii Jacobi maleficii scelus exigebat, suspendiose necis supplicio eorumdem vicecomitis et iudicum nobilium iuratorumque assessorum necnon universitatis nobilium eiusdem comitatus moderato inducti consilio iudiciarie condemnassemus; cuius quidem Johannis filii Jacobi possessiones (et bona) tamquam proscripti et excessus sui qualitate requirente malemeritorum morte comdemnati, in nostri palatinatus manus fuissent devolute; que quidem possessio tandem (igy) Ethe nuncupata eo titulo quo ex premissis proscripcione et mortali condemnacione dicti Johannis filii Jacobi, nostri palatinatus proprietati fuisset devoluta; demumque nobilis domina relicta eiusdem Johannis filii Jacobi de predicta Ethe unacum Ladislao filio suo ad presenciam domine regine accedendo, sueque reginali maiestati

in eo conquesta exstitisset, ut porcionem possessionariam pre-
scripti Johannis filii Jacobi mariti sui in eadem Ethe habitan-
nostris manibus iudiciariis pro premissa proscripcionis nota e-
mortali condemnacione eiusdem Johannis devolutam, sua regi-
nalis gracia atque benignitas sibi ac filio et filie sue, in eiu-
condigna estimacione et valore redimere annueret; tandemqu-
eadem domina regina nobis precipiens quemadmodum sua re-
ginalis clemencia premissam possessionariam porcionem preli-
bati Johannis proscripti, predicte domine consorti, filio et filie-
eiusdem redimere annuisset, sic et nos annueremus, quod predict-
domina relicta ipsius ac filius et filia eiusdem porcionem posses-
sionariam dicti Johannis in ipsa possessione Ethe habitan-
nostris manibus iudiciariis pro premissis suis excessibus devo-
lutam, in suo condigno precio et valore redimere deberent
nobis. Unde cum nos ipsam porcionem possessionariam dic-i
Johannis filii Jacobi proscripti, prelibatis domine, filio ac fili-e
eiusdem iuxta preceptum ipsius domine regine redimere annue-
remus, ipsaque porcio possessionaria ipsius Johannis iuxt-a
regni consvetudinem sine estimacione redimi non posse vid-
batur, ideo . . capitulo Jauriensi scripseramus . . ut ipsoru-n
mitterent hominem pro testimonio . . quo presente Pethe-w
filius Pous de Bothyan homo noster specialis in quindenis fes-ti
Pentecostes nunc proxime preteritis ad faciem predicte posse-s-
sionis Ethe vocate accederet, ac porcionem possessionaria-m
prelibati Johannis proscripti in eadem habitam, ipsum solu-m
contingentem . . in suo iusto precio et valore . . deberet est-i-
mare, qua estimacione facta ipsi domine ac filio eiusdem ide-m
homo noster et testimonium ipsius capituli ad redimendum i-p-
sam porcionem possessionariam . . terminum assignaret comp-e-
tentem, ut in ipso termino preallegatam porcionem possession-a-
riam a nobis redimerent in suo condigno estimato precio -et
valore; et post hec ipsius estimacionis seriem . . per dictu-m
capitulum nobis . . rescribi postularamus. Quod quidem ca-p-i-
tulum . . unacum Pethew homine nostro unum ex ipsis . . Ni-
colaum socium et concanonicum ipsorum pro testimonio transmi-
sisset . . qui demum . . retulissent, quod ipsi in predictis quin-
denis festi Pentecostes ad faciem ipsius possessionis Ethe
accedendo, vicinis et commetaneis eiusdem . . convocatis . .

predictam possessionariam porcionem ipsius Johannis . . in eadem Ethe ipsum solum contingentem, visa eius qualitate quantitate utilitate et valore, cum aliis probis hominibus iuxta regni consvetudinem in decem marcis estimassent; qua estimacione facta, predicte domine et filio suo ad redimendum eandem possessionariam porcionem pro dictis decem marcis octavas festi beati Michaelis archangeli pro termino assignassent. Tandem ipsis octavis festi beati Michaelis archangeli advenientibus, Dionisius filius Jacobi in persona prescripte domine relicte ipsius Johannis filii Jacobi et Ladislai filii eiusdem . . in nostram veniendo presenciam. dictas decem marcas ad compotum Budensem in redemcionem predicte possessionarie porcionis Johannis filii Jacobi antedicti nobis persolvit . . Verum quia prememoratam porcionem possessionariam ipsius Johannis filii Jacobi proscripti, quemadmodum predicta domina nostra regina dicte domine relicte eiusdem Johannis ac filio suo in condigno eius estimato precio et valore ut premittitur redimere annuerat, sic et nos iuxta eiusdem domine regine preceptum eisdem redimere commiseramus, eandemque nunc predicta domina relicta ipsius Johannis ac Ladislaus filius eiusdem pro premissis decem marcis scilicet in suo condigno estimato precio et valore a nobis redemerunt, pro eo nos receptis premissis decem marcis, predictam porcionem possessionariam ipsius Johannis filii Jacobi proscripti et sui excessus qualitate requirente miserabili morte decessi, pro premissa proscripcionis nota nobis devolutam, prelibatis domine relicte eiusdem Johannis, filio et filie sue ac eorum heredibus . . cum omnibus . . pertinenciis restituimus . . perpetuo possidendam, salvo iure alieno . . Datum Bude, tercio die octavarum festi beati Michaelis archangeli predictarum, anno domini M^{mo} CCC^{mo} XL^{mo} octavo.

Vörös és zöld czérnán függött pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

118.

1348. Buda, oct. 13. Pál országbíró a babócsai apát és Ochúz fiai között Bracha Somogy vármegyei birtok miatt folyt ügyet elhalasztja.

Nos comes Paulus iudex curie . . damus pro memoria, quod causam quam . . frater Johannes abbas de Bobocha, pro quo Nicolaus filius Pangracii . . astitit, contra magistrum Johannem filium Ochyuz, Johannem et Leukus filios suos, pro quibus Nicolaus filius Johannis de Kaal . . comparuit, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum in octavis festi beati Michaelis archangeli, in facto contradiccionis statucionis possessionis Bracha vocate in comitatu Simigiensi ultra fluvium Rannya existentis, per procuratorem ipsius domini abbatis eidem domino abbati et ecclesie sue prenotate instrumentali iure, per procuratorem eorumdem magistri Johannis et filiorum suorum eisdem hereditarii iuris titulo contrariose pertinere allegate, movere habebant coram nobis, volentibus parcium procuratoribus, ad octavas festi beati Georgii martiris nunc proxime venturas, sub statu priori duximus perennaliter prorogandam. Datum Bude, octavo die termini prenotati, anno domini M° CCC° XL^mo^ octavo.

Papiron, pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1537. 22. dipl. oszt. 4013. Közli: Kovács N.

119.

1348. Buda, oct. 14. I. Lajos király Miklós nádort utasítja, hogy István szörényi bánt és Dezsőt az abádi rév birtokába iktassa be.

Lodovicus . . rex . . Nicolao . . palatino et iudici comanorum . . dicit nobis magnificus vir Stephanus banus de Zeurinio filius Dionisii, in sua et magistri Desew fratris sui persona, quod in quadam possessione eorum Abad vocata iuxta fluvium Tycie existenti in ipso fluvio a tempore antiquo portus exstitisset; quare fidelitati vestre precipientes mandamus, quatenus in congregacione vestra in comitatu Heueswyuariensi

proxime celebranda, ab omnibus nobilibus et aliis cuiusvis status et condicionis hominibus, ad dictam congregacionem convenientibus, palam et occulte diligenti inquisicione prehabita, de eo, utrum in predicta possessione eorum Abad vocata in predicto fluvio Tycie portus consvetus exstiterit nec ne, meram sciatis et inquiratis veritatem, et si fideli inquisicione premissa in predicta villa eorum ab antiquo tempore portum fuisse scireritis, tunc ipsum portum sicut antiquitus in eadem exstitisse cognoveritis, eisdem in persona nostre maiestatis restatuatis et ipsis servare committatis. Datum Bude, tercia feria proxima ante festum beati Galli confessoris, anno domini Millesimo CCC^mo XL^mo octavo.

Drugeth Miklós országbírónak 1355. máj. 1-én kiadott érdekes ítéletéből, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 556. 28. dipl. oszt. 3962. Közli: Kovács N.

120.

1348. Buda, oct. 17. Pál országbíró előtt Tamás, Krassó és Keve vármegyék főispánja, Bessenyőtelek nevü Heves vármegyei birtok tulajdonjogáról lemond, és azt István kir. jegyzőnek engedi át.

Nos comes Paulus iudex curie . . memorie commendamus . . quod cum inter magistrum Stephanum specialem notarium domini nostri regis actorem ab una, et inter . . Thomam quondam voyvodam Transilvanum nunc comitem de Karassou et de Kewe, super facto cuiusdam terre Beseneuteluk vocate in comitatu de Heueswyuar iuxta possessionem eiusdem magistri Stephani Bachanad nominatam habite et existentis, per predictum magistrum Stephanum . . nomine terre hominis sine herede decedentis, pro preclaris serviciorum suorum meritis primum . . Karolo . . regi . . et demum . . Lodovico regi indesinenter impensis, per eundem . . Lodovicum regem sibi dari et perpetuo conferri petite, et per regiam magnificenciam eidem magistro Stephano speciali notario suo vigore literarum suarum patencium nobis presentatarum collate, racione cōtradiccionis statucionis eiusdem terre ex parte eiusdem domini

Thome . . ipsi magistro Stephano facte litis materia exorta et iuxta complurium literarum nostrarum exinde confectarum continencias nostri in presencia ventillata et ultimo ad presentes octavas festi beati Michaelis archangeli prorogata exstitisset, tandem ipsis octavis festi beati Michaelis archangeli occurrentibus, Petrus literatus notarius dicti domini Thome . . pro eodem domino Thoma . . ab una, et Stephanus literatus, notarius ipsius magistri Stephani pro eodem magistro Stephano . . parte ex altera, ad nostram accedentes presenciam, per eundem magistrum Petrum notarium ipsius domini Thome . . propositum exstitit . . quod licet tempore statucionis dicte terre Beseneuteluk nominate eidem magistro Stephano iuxta premissam regiam collacionem per regium et . . capituli ecclesie Agriensis homines faciende, ex parte ipsius domini Thome . . contradictoria inhibicio facta exstiterit, tamen quia idem dominus Thomas . . eandem terram Beseneuteluk vocatam in dicto comitatu de Heueswyuar iuxta possessionem ipsius magistri Stephani Bachanad nominatam ut prescribitur existentem, hominis sine herede decedentis fuisse, regieque collacioni pertinere et pertinuisse, ac per regiam premissam collacionem omni iure ad ipsum magistrum Stephanum spectare agnovisset, ideo et ex causis premissis idem dominus Thomas . . omni iuri suo quod in eadem terra Beseneuteluk vocata se habere sperasset renuncians, eandem terram Beseneuteluk vocitatam, eo iure quo ex premisse regalis donacionis titulo ipsi magistro Stephano pertinere dinosceretur, eidem magistro Stephano et per eum suis heredibus . . remisisset reliquisset et . . resignavit coram nobis perpetuo . . possidendam . . Datum Bude, duodecimo die octavarum festi beati Michaelis archangeli predictarum, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo octavo.

A pecsét sárga és piros selyemsodraton függ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 650. 14. dipl. oszt. 4015. Közli: Kovács N.

121.

1348. Esztergom, oct. 21. Csanád esztergomi érsek a Liptó vármegyei lelkészek kalandos egyesületét jóváhagyja és kiváltságokkal ruházza fel.

Chanadinus . . archiepiscopus Strigoniensis locique eiusdem comes perpetuus, omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino benediccione cum paterna. Pia et alma mater ecclesia de animarum salute sollicita devocione fideles Christi ad viam salutis et devocionem per quedam munera spiritualia, videlicet indulgenciarum largicionibus invitare consvevit, ut quanto devocius crebrius ipsi Christi fideles invitantur, tanto salubrius et devocius deo et suis sacris edibus cum eorum piis operibus sint astricti, ut salvatoris clemenciam precibus implorando, delictorum suorum veniam, et gloriam regni celestis consequi mereantur eternam. Hinc est, quod cum in nomine domini eiusdemque sancte individuitatis universitas plebanorum, ecclesiarum rectores de Lypthow, invocata spiritus sancti gracia in unum convenissent et ea que salutis sunt pertractassent, et inter eos quandam confraternitatem vulgariter kalandus nominatam, iuxta illud sacri eloquii veritatis preconium: estote fraternitatis amatores, et illud mutuam in vobismet ipsis continuam charitatem habentes, quia karitas operit multitudinem peccatorum, cum ipse salvator noster solus sit karitas, et qui in karitate manet, in ipso manet,— edidissent et ordinassent, quam confraternitatem in anno bis celebrandam statuissent; tandem cupientes nos, ut ipsa confraternitas inter ipsos edita per indulgenciarum largicionibus decoretur, volumus igitur ut quicunque christiane fidei religionis cultor in predictis duobus terminis predicte confraternitatis celebracionis illic devote oraturi ad missarum solemnia et quelibet alia divina audiendi accesserint et elemosinas suas elargierint, ac eciam pro nostra salute deum et matrem gracie imploraverint, de omnipotentis dei misericordia beatorumque Petri et Pauli apostolorum eius, necnon beati Adalberti martiris patroni nostri auctoritatibus confisi, omnibus vere penitentibus et confessis quadraginta dierum indulgencias

misericorditer in domino elargimur; volumus eciam, ut cuiusvis condicionis et status seu dignitatis homines bona ecclesie indebite et per manuum violentarum inieccionibus usurpaverint, semper canonicis ammonicionibus premissis, ad satisfaccionem per interdicti et excommunicacionis sentenciam, tociens quociens fuerit opportunum, compellendi habeant facultatem auctoritate nostra mediante. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus nostras literas pendentis sigilli nostri munimine roboratas, salvo semper tamen iure nostro archiepiscopali in omnibus punctis et articulis in eisdem plene et integre remanente. Datum Strigonii, in festo Undecim Milium Virginum, anno domini M° CCC° XL^mo octavo.

Függő pecsét töredékeivel; eredetije a N. Muzeum ltárában. Közölve több hibával, Bél. Not. Hung. II. 548. l. és Fejér Gy. i. m. IX. I. 578. l. Közli: Schönherr Gyula. *)

122.

1348. oct. 21. A váczi káptalan előtt Salgói Miklós és Dénes, fiaikkal együtt, a Salgóvára mellett fekvő Tarján nevü birtok kivételével, összes birtokaik felosztását elhatározzák.

Nos capitulum ecclesie Wachyensis . . significamus . . quod accedentes ad nostram presenciam Nicolaus filius Nicolai filii Simonis de Solgow pro se personaliter et Johanne ac Stephano filiis suis ab una, parte vero ab altera Dionisius filius Elie de eadem similiter personaliter pro se et pro Benedicto ac Nicolao uterinis fratribus suis, confessum exstitit per eosdem . . quod ipsi . . unanimi voluntate super divisione universarum possessionum suarum communiter ubilibet habitarum fienda,

*) Ezen érdekes oklevelet annyival is inkább szükségesnek tartottuk az eredeti után újabban közölni, nehogy a »Századok« 1876. évi folyamában a 343—344. ll. olvasható közlemény tévedést okozzon, a hol az oklevél, valószinűleg nyomtatási hibából, a N. Muzeumban levő eredeti után, 1340. évben keltnek mondatik, mire utóbb Majláth Béla is, a »Kalandosokról« irt czikkében hivatkozik, l. Századok 1879. 344. l.
Szerk.

et servis ipsorum condicionalibus ac aliis rebus in quibus inter se divisio fieri posset et deberet, excepta duntaxat possessione ipsorum Taryan vocata prope dictum castrum ipsorum Solgou habita, quam communiter possidebunt, ac super omnibus iniuriis inter se hactenus habitis concordia, arbitrio proborum nobilium virorum . . coram nostro testimonio . . in octavis festi beati Martini confessoris proxime venturis, in possessione ipsorum Zeuleus in comitatu Neugradiensi habita fieri debenda, submisissent . . tali vinculo mediante, ut quidquid dicti probi nobiles viri coram nostro testimonio . . super premissis omnibus ipso die in dicta possessione ipsorum Zeleus arbitrabuntur . . ambe partes tenebuntur acceptare; tali obligacione interposita, . . ut si qua parcium arbitrium ipsorum proborum nobilium virorum per partes illic adductorum coram dictis nostro testimonio vel testimoniis nostris non acceptaret, parti adverse ipsum arbitrium acceptanti, quinquaginta marcas. sine porcione iudicis, ante litis ingressum solvere teneatur. Datum feria tercia proxima post festum beati Luce evangeliste, anno domini M° CCC^mo XL^mo octavo.

Zárlatán pecsét nyomaival: eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 987. 1. dipl. oszt. 4018. Közli: Kovács N.

— —

123.

1348. oct. 28. A budai káptalan előtt Ozyáni Károly fia Bagos, Körér Miklós fiának Jánosnak Velezd nevü Borsod vármegyei birtokot, emez pedig amannak Harmacz és Aszó nevü Gömör vármegyei birtokokat átadják.

Capitulum Budensis ecclesie . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod magistro Bogus filio Karoli de Ozyan pro se personaliter et pro Stephano filio Thome fratris sui . . ab una, item Johanne filio Nicolai dicti Kuer de Welez parte ab altera, in nostri presencia constitutis, per eosdem propositum extitit . . quod ipsi matura deliberacione prehabita et dileccione proximitatis premissa, talem composicionem inter se fecissent . . quod

idem Bogus . . pro se personaliter et pro Stephano filio Thom[illegible] fratris sui . . quasdam possessionarias porciones ipsorum i[illegible] possessione Athaueleze vocata, in comitatu Borsodiensi existenti habitas, videlicet unam particulam seu porcionem ipsum Bogus et Stephanum communiter, aliam porcionem seu particulam ipsum solum Bogus, scilicet porcionem quondam Alexandri, quas ut dixerunt a Petro filio Deseu idem magister Bogus redemisset, a parte possessionis Kaza vocate, prout et quovis iure ipsos contingerent existentes, cum omnibus . . pertinenciis . . ac aliis quibuslibet iuribus et proventibus in faciebus earumdem existentibus, sub suis certis metis et terminis, prefato Johanni filio Nicolai dicti Kuer proximo ipsorum et per eum suis heredibus . . receptis ut dixerunt viginti quatuor marcis, quamlibet marcam cum quatuor florenis computando, pro expensis suis a Johanne memorato, iure perpetuo . . sine preiudicio iuris quorumlibet aliorum; e converso autem idem Johannes filius Nicolai dicti Kuer, quasdam possessionarias suas porciones in possessionibus Harmach et Azow vocatis, in comitatu Gumuriensi existentibus habitas, prout et quovis iure ipsum contingerent, absque preiudicio iurium quorumlibet aliorum, similiter cum omnibus . . pertinenciis . . et aliis quibuslibet iuribus et proventibus, undique ad easdem de iure provenire debentibus, sub earum certis metis et terminis, predictis magistro Bogus et Stephano ac per eosdem ipsorum heredibus . . perpetuo . . tum racione proximitatis premisse, tum eciam pretextu commetaneitatis . . contulissent . . possidendas; nullum dominium . . de predictis possessionariis porcionibus sibi ipsis vel ipsorum heredibus reservantes, sed una pars in alteram totaliter transferendo . . Datum per manus discreti viri magistri Benedicti lectoris ecclesie nostre, in festo beatorum Simonis et Jude apostolorum, anno domini M° CCC° XL^mo octavo; Michaele custode, Posonio, Jacobo, Thoma, Jacobo dicto de Calidis Aquis, Petro, Emerico, Michaele et aliis canonicis in eadem ecclesia nostra deo devote famulantibus.

Két példányban, mind a kettő chyrographummal, a pecsét mind a kettőről elveszett, az egyiken, melyen a chyrographum az alsó szélén van, veres és zöld selyemsodraton függött; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 734. 6. és 737. 32. dipl. oszt. 4019. Közli: Kovács N.

124.

1348. nov. 2. A pozsonyi káptalan előtt Marczel fia János, birtokát Pathoni Barnolch fiának zálogba adja.

Capitulum ecclesie Posoniensis. significamus . . quod Johannes filius Marcel in nostri presencia personaliter constitutus, duo iugera terrarum suarum, quorum unum Benkara reliquum vero Lenchehel nuncupatum, Paulo filio Barnolch de Pothon a festo beati Michaelis archangeli nunc preterito incipiens, plene octo annis pro octo pensis denariorum viennensium plene et in toto habitis, et non ultra, si completis ipsis octo annis pro sex pensis (. . . . .) duabus pensis pro tunc sibi defalcandis ab eodem Paulo redimere poterit, vel ultra tamdiu (. . . . . .) pro summa dictarum sex pensarum redimere poterit, titulo pignoris ad utendum commisit et locavit (. . . . . .) nihilominus idem Johannes filius Marcel memoratum Paulum ab omnibus medio tempore racione dictorum duorum iugerum infestare volentibus suis laboribus et expensis (így). Datum die dominico proximo post festum Omnium Sanctorum, anno domini M° CCC^mo XL^mo octavo.

Eredetije a N. Muzeum ltárában. Közli: Schönherr Gyula.

125.

1348. Buda, nov. 13. I. Lajos király I. Károly királynak Palustelek és Vmbuz nevü Doboka vármegyei birtokról és erdőről szóló adománylevelét, Suky Miklós fiainak kérelmére, kik a tatárok betörései ellen a végeket vitézül megvédelmezték, megerősíti.

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod quia quandam terram Palusteleke vocatam, simul cum silva Vmbuz nominata, in comitatu de Doboka existentem, quondam per . . Karolum regem . . Michaeli et Nicolao filiis Alberti Swky eorum fidelitatibus et serviciis requirentibus privilegio eiusdem . . oli regis . . priori et antiquiori sigillo ipsius consig

nobis exhibito mediante collatam, et tandem privilegio eiusdem patris nostri sub mediocri sigillo suo confecto, quod in partibus Transalpinis casu exstitit amissum, similiter nobis presentato confirmatam fore conspeximus, ideo nunc recensitis fidelitatibus et serviciorum laude dignis meritis Barrabe Michaelis et Elie filiorum predicti Nicolai filii Alberti de Swky, quibus iidem nostre serenitati multiplicata fidelitate in diversis nostris et regni nostri negociis tam prosperis quam adversis, dubiis se fortune casibus submittentes, specialiter in quodam conflictu contra sevam gentem tartarorum confinia regni nostri tirannice invadere attentancium habito, ubi quidam frater eorum uterinus David nomine pro fidelitate sacre regie corone observanda viriliter dimicando exstitit interemtus, dictusque Barrabas quinque vulneribus letalibus sauciatus, ut hec omnia fideli relacione didicimus, meruerunt complacere .. dictam terram seu possessionem Palusteleke vocatam, similiter cum prefata silva Vmbuz nominata in predicto comitatu de Doboka existentem, iuxta collacionem et confirmacionem prenominati patris nostri, eisdem et eorum heredibus .. in perpetuum possidere, dictaque privilegia pretacti patris nostri donacionem et confirmacionem pretacte possessionis Palusteleke et silve explicancia, prout eadem rite et legitime existerent emanata, in suis valoribus existere permittimus, et ipsam donacionem et confirmacionem prelibati patris nostri annuimus et confirmamus in his scriptis, absque preiudicio iuris alieni; ita, ut ipsi Barrabas Michael et Elias filii Nicolai de Swky cum fratribus eorum patruelibus proximis et generacionibus, specialiter Johanne Michaele Stephano Petro filiis Dominici, Leonardo Ladislao et Sandur filiis Stephani de eadem Swky ac eorum filiis, quoad titulum cognacionis non teneantur impertire vel dividere possessionem Palusteleke et silvam Umbuz prenotatam, nec quisquam iudicum et iusticiariorum regni nostri nunc et pro tempore constitutorum, eosdem filios Nicolai ac ipsorum heredes et posteritates ad dividendum dictam possessionem Palusteleke et silvam Vmbuz antedictam, cum predictis hominibus generacionis eorum, racione cognacionis, iudiciarie vel alio quovis modo audeat coarctare. Datum Bude, in festo beati Briccii confessoris, anno domini Millesimo CCC° XL° octavo-

A kolozsmonostori conventnek 1482. aug. 7-én »Ambrosius de Sandorhaza« kérelmére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. dipl. oszt. 27426. Közli: Kovács N.

126.

1348. Buda, nov. 29. Pál országbíró I. Lajos király rendeletéből Kande nevü Pilis vármegyei birtokot Ugrin fia Pongrácz ellenében Pál királyi hintócsináló fiainak birtokában hagyja.

Nos comes Paulus iudex curie . . memorie commendamus, quod cum inter magistrum Pangracium filium Vgrini actorem ab una, et inter Jacobum et Paulum filios quondam Pauli carpentarii domini regis in causam attractos parte ex altera, super facto cuiusdam possessionis Kande vocate in comitatu Pilisiensi existentis, litis materia exorta et iuxta quamplurium literarum nostrarum diversorum iudiciorum nostrorum modos exprimencium continenciam, coram nobis diversimode ventillata et ultimo ad presentes octavas festi beati Martini confessoris nunc instantes prorogata extitisset, tandem ipsis octavis festi beati Martini confessoris advenientibus, predicto magistro Pangracio filio Vgrini personaliter coram nobis astante, pretacti Jacobus et Paulus similiter personaliter ad nostram accedentes presenciam, literas . . domini nostri regis annulari suo sigillo hic Bude in octavis festivitatis Omnium Sanctorum anno in presenti confectas, nobis presentarunt, in quibus vidimus contineri manifeste, quod regia maiestas dicto magistro Pangracio militi aule sue fecisset graciam super talibus possessionibus, que nunc in manibus eius existerent; illud autem sibi non annuisset, ut tales possessiones quas regia maiestas aliis contulisset, idem ordine iuris requirere valeret; quapropter idem dominus noster rex nobis firmiter precipiendo dabat in mandatis, quatenus causam quam idem magister Pangracius contra Jacobum et Paulum filios Pauli carpentarii super possione Kande vocata in comitatu Pilisiensi existenti haberet,

are non deberemus, sed pacifice dictos [illegible] li carpen-

mitteremus in possessione eadem.

ntulisset. Nos igi

regalium tenoribus .. predictam causam inter dictum magistrum Pangracium actorem, et dictos filios Pauli carpentarii in ipsius possessionis facto motam et nostri in presencia habitam, iuxta ipsius domini nostri regis literatorium edictum iudicare non audentes, imo eandem causam supersedere facientes, eosdem Jacobum et Paulum filios dicti Pauli carpentarii in eadem possessione Kande vocata, iuxta collacionem regie celsitudinis permanere commisimus .. Datum Bude, duodecimo die octavarum festi beati Martini confessoris predictarum, anno domini M° CCC^mo XL^mo octavo.

A budai káptalannak 1349. jul. 27-én kelt átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. Vet. Bud. 24. 3. dipl. oszt. 3660. Közli: Kovács N.

127.

1348. dec. 5. A nyitrai káptalan előtt a Divék nemzetségből való Janka fiai egy részről, más részről János fia Miklós, Rudna, Ujfalu, Lestheu és Kisbossán nevü Nyitra vármegyei birtokokon és tartozmányaikon megosztoznak.

Nos capitulum ecclesie Nitriensis significamus .. quod Johannes filius Jouka de genere Dywek pro se personaliter et .. pro Laurencio et Valentino fratribus suis ab una, et Nicolaus filius Johannis de eadem parte ab altera, ad nostram personaliter accedentes presenciam, in universis suis possessionibus et possessionariis porcionibus .. unanimi voluntate divisionem infrascriptam .. inter se fecisse perpetuo .. duraturam retulerunt, ita videlicet, quod possessio Rwdna in Dywek habita, cum duobus molendinis et silva magna Feketheerdew vulgariter nominata, necnon universis utilitatibus ad eandem spectantibus, sub eisdem terminis vulgo mege dictis, sub quibus usque modo per ipsorum antecessores et ipsos fuit possessa, Joanni Laurencio et Valentino filiis Jouka, possessio vero Wyffalw in eadem Dywek habita, cum molendino et silva Lygeth vocata, simulcum possessione Lestheu similiter in eadem Dywek habita, sub eisdem terminis sub quibus eandem usque ad hec tempora ipsorum antecessores et ipsi possederunt,

cum universis earumdem utilitatibus Nicolao filio Joannis, possessio ipsorum Kys-Bossan vocata cum omnibus suis utilitatibus campestribus, videlicet terris arabilibus et quibuslibet aliis utilitatibus, minus utiliores simul cum utilioribus ponderando recta et equa funiculo distribucionis partita, cum curia in qua ipsi filii Jouka residenciam usque modo fecerunt, simul cum sessionibus iobagionum Madach Mykws et Iwanka, sibi in eadem Bossan contiguis, et sessio Petryk dicti de Thoroz ipsis prenominatis filiis Jouka, sessio vero nova circa fluvium Nittra, in qua ōlim quidam Dobzegh nomine residebat, in tanta quantitate sicuti curia filiorum Jouka fore dinoscitur, in recompensam curie predictorum filiorum Jouka, et sessiones Dionisii Mykes et Stephani iobagionum cum eisdem iobagionibus sibi in eadem Bossan contiguas, necnon quidam locus cespitum vulgo pasyth dictus, in ea quantitate in qua sessio Petryk predicti extensa consistit, Nicolao filio Joannis prenotato cessissent ac devolute fuissent, perpetuo per iam prenominatas partes et irrevocabiliter ut premittitur in ipsorum heredes . . possidende . . silvam vero Feketheerdew superius nominatam predicto Nicolao filio Joannis et suis iobagionibus in Wyffalw et Lestheu habitis ad utendum pro necessariis prenominati filii Iwanka tenentur dare absque aliqua contradiccione; voluerunt eciam partes, ut si qua parcium racione possessionum seu possessionariarum porcionum in prenominatis possessionibus ipsorum modo premisso inter se divisis quescione litis impeteretur, tunc partes se tam laboribus quam expensis communiter tenentur sublevare; interfuit eciam parcium voluntati, ut si qui ex ipsis in suis possessionariis porcionibus, proprio suo excessu remoto, defectum iniuriose per quempiam pateretur aut pati contingit, tunc simul partes defectum illum reintegrare et supplere parti iniuriate, aut divisionem premissam renovare tenebuntur. Datum feria sexta proxima ante festum beati Nicolai confessoris, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo octavo.

I. Ferdinánd királynak 1559. nov. 9-én »Gregorius Wyffalwsy de Dywekwyffalw et Georgius de Rwdna« kérelmére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 485. 31. dipl. oszt. 24470. Közli: Kovács N. — V. ö. Fejér Gy. i. m. IX. 1.

128.

1348. dec. 8. Az egri káptalan előtt Márton fia Pethő és több osgyáni nemes egy részről, más részről pedig Velezdi Kövér Miklós fia János megegyeznek abban, hogy a Loránt nádor unokájától Gedői Pétertől per utján megnyert birtokok közül Athavereze nevü birtok Velezdi Jánosnak, Harmacz és Aszó nevü birtokok pedig az osgyániaknak jussanak.

. . capitulum ecclesie Agriensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod Pethev filio Martini filii Petri pro se et pro Dominico filio Andree, Nicolao filio Nicolai et altero Nicolao filio Ladislai filii eiusdem Martini . . item Pangracio Andrea et Lorando filiis eiusdem Andree nobilibus scilicet de Osdyan ex una, et magistro Johanne filio Nicolai dicti Kvuer de Verez parte ab altera, coram nobis personaliter constitutis, per eosdem Petheum et filios Andree, sua et eorumdem fratrum suorum in personis . . propositum exstitit . . quod licet ipsi et discretus vir dominus Ladislaus filius Thome filii Ders de Zuha, nunc prepositus ecclesie Sancti Georgii martiris de Strigonio, magister Bagus filius Karoly de eadem Osdyan ac fratres eorumdem, cum nobili iuvene magistro Petro filio Deseu filii condam Lorandi palatini de Gedeu a multis temporibus retroactis hucusque in lite procedentes, quasdam possessiones ipsorum Harmach Azo et Athauereze nuncupatas in Gumeriensi et Borsodiensi comitatibus ut refertur existentes, olim per dictum Lorandum tunc palatinum occupatas, iuxta adiudicacionem prelatorum et regni baronum ac deliberacionem eorum per formam iuris reoptinuissent et ab eodem magistro Petro filio Deseu pro ducentis et quadraginta marcis florenorum et grossorum compoti Cassensis redemissent . . tamen quia prenominate possessiones tam racione linee generacionis quam eciam pretextu propinquioris vicinitatis et commetaneitatis annotato magistro Johanni filio Nicolai sic quemadmodum ipsis, attinere dinosceretur, ob hoc . . litis discordia[illegible] et inimicicie ac invidie seminarium, que forsitan in posteru[illegible] inter ipsos et suos heredes pro totali occupacione earumde[illegible] trium possessionum oriri possent et quoquomodo suscita[illegible]

nunc pari voto . . cum eodem magistro Johanne proximo ipsorum taliter concordassent . . quod quia preallegatus magister Johannes pro expensis ipsorum in dicta lite factis et consumtis triginta duos florenos quoad porcionem ipsorum persolvisset, . . ideo ipsi sextam partem prenominate possessionis Athauereze, videlicet totam porcionem ipsorum in eadem habitam, assignassent . . memorati Petheu et filii Andree, tam pro se quam pro eisdem fratribus ipsorum absentibus, sepedicto magistro Johanni et suis heredibus perpetuo possidendam . . E converso vero sepedictus magister Johannes filius Nicolai similiter pro se et pro Georgio Ladislao et Gregorio filiis suis quorum negocium ipse in hac causa pariter et ordinacione ad suum onus assumsit, super dicta particula terre sufficienter contentus, predictas duas possessiones Harmach et Azo, iuraque ipsorum in eisdem habita perpetuasset . . Petheu filio Martini et proximis suis supradictis, nullum ius nullumve dominium eedem partes alternatim amplius pro se in eisdem possessionibus modo quo supra transmutatis reservantes. In cuius rei testimonium . . presentes contulimus sigilli nostri autentici et pendentis munimine roboratas ac alphabeto intercisas; presentibus tamen Nicolao preposito, Johanne lectore, Jacobo (cantore), Johanne custode dominis; item Johanne de Borsod, David de Zabouch, Petro de Heues, Dominico de Borsuua, Andrea de Pankatha, Johanne de Zemlyen, Georgio de Tarcha (. . . .) dicto Katho de Patha archidiaconis . . Datum in festo Concepcionis beate virginis, anno domini Millesimo CCC^{mo} XL^{mo} octavo; regnante Lodovico . . rege . . Chanadino archiepiscopo Strigoniensi, Colochensi sede vacante, et . . Nicolao . . episcopo Agriensi existentibus.

A függő pecsét elveszett, a chyrographum alúl van rajta; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 134. 9. dipl. oszt. 4023. Közli: Kovács N.

129.

1348. dec. 8. A vasvári káptalan előtt Csói Csermok Miklós és Gothard fiai, eddig folyt pereiket megszüntetik, birtokaikat két részre osztják s a határjeleket a káptalan előtt elmondják.

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod Nicolaus dictus Cermok filius Cermork de Chou ab una, item Nicolaus et Johannes filii Guthardi similiter de Chou pro se et pro Dionisio et Paulo fratribus ipsorum parte ab altera coram nobis comparendo, dixerunt . . ut quia literas ipsorum divisionales perdiderint, universis causis . . usque ad hec tempora habitis inter partes penitus sopitis . . literisque . . universis . . contra se invicem emanatis . . viribus carituris . . redditis, composicione proborum nobilium hominum concordassent. eo modo, ut in infrascripta divisione possessionaria forent contenti premissa racione, ita videlicet, quod prima meta inciperet iuxta metas terre Kyspoth et progrederetur versus aquilonem iuxta quoddam pratum in diverticulis terre arabilis ad occidentem predictis filiis Gothardi, ipsaque terra arabilis ad orientem dicto Nicolao dicto Cermok remaneret, et iuxta idem pratum perveniret ad unum fossatum ubi per ipsum fossatum dictum pratum salieret ad occidentem ad unam viam ad meridiem prefatis filiis Gothardi, et ad aquilonem ipsi Nicolao dicto Cermok distingentem, adhuc iuxta idem pratum transieret ad aquilonem, ubi ipsum pratum ad orientem predicto Nicolao dicto Cermok, terraque arabilis ad occidentem predictis filiis Gothardi remaneret, ibi ubi perveniret ad unum virgultum Cermokberky vocatum, iuxta idem virgultum in concavacione aque tempore pluviali aquosa, deficiente vero sicca, ad modicum spacium curreret versus aquilonem et perveniret iterato ad quoddam fossatum, ibique salieret ipsum fossatum ad orientem prope locum unius turris ab aquilone, et ibi ad aquilonem memoratis filiis Gothardi, et ad meridiem eidem Nicolao dicto Cermok separaret et distingeret; inde transiret ad orientem et perveniret ad quasdam antiquas limitaciones metarum, per quas directe ad orientem procedendo, ad bonum spacium unius iugeris perveniret ad unum locum vulgariter greztuin vocatum

in cuius latere foret una meta terrea, de qua inclinaretur quasi ad meridiem, ubi ipse lutus (így) ad aquilonem dictis filiis Gothardi, terraque arabilis quasi fere ad meridiem predicto Nicolao dicto Cermok remaneret; unde transiret ad meridiem ad quandam viam, de qua saliret iterato ad unam aliam viam graminosam directe ad orientem procedentem, ubi ad aquilonem ipsis filiis Gothardi, et ad meridiem eciam de luto quandam particulam sepedicto Nicolao dicto Cermok distingeret et separaret; unde veniret ad quandam viam magnam de civitate Kuzeg per quam itur in Saar, salieretque ipsam viam directe ad orientem et iuxta terram arabilem curreret ad spacium unius iugeris, ubi in fine unius rubeti essent due mete terree, in quo quidem rubeto directe ad orientem perveniret ad unam viam in cuius latere ab occidente forent iterato due mete terree, ad aquilonem eisdem filiis Gothardi, et ad meridiem predicto Nicolao dicto Cermok separarent et distingerent, de quibus directe ad orientem currendo, perveniret ad diverticulum unius iugeris ubi terra arabilis predicto Nicolao dicto Cermok ad meridiem, rubetumque ad aquilonem prenotatis filiis Gothard remaneret; indeque iret ad unam viam magnam, per quam itur de Kyspoth ad villam Sydan, ubi de quodam rubeto esset una meta terrea, ibique terminatur; et sic ad plene pacis unionem devenissent . . in premissa divisione possessionaria perpetuo duraturi. Datum tercio die festi beati Nicolai confessoris, anno domini M° CCC° XXXX° octavo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

130.

1348. Majtény, dec. 12. Szatmár vármegye alispánja és szolgabirái bizonyítják, hogy Kántor Bereczk az esküt arra, hogy derzsi jobbágyaival István tövisi nemesnek meggyesi birtokát nem foglaltatta el, tizenketted magával letette.

Nos magister Ladislaus filius Abrahe vicecomes de Zothmar et iudices nobilium de eodem damus pro memoria, quod cum iuxta continenciam literarum nostrarum Briccius

Cantor dictus, duodecimo se nobilibus sibi similibus contra Stephanum nobilem de Tyuis iuramentum deponere debebat coram nobis super eo, quod fructus et utilitates suarum possessionum Medyes et T(. .)an vocatarum cum suis iobagionibus de villa Ders utere et percipere non fecisset; termino tamen adveniente idem Briccius cum (sui)s coniuratoribus deposuit iuramentum ut debebat. Datum in Mothen, feria quinta proxima post festum beati Nicolai confessoris, anno (domini) M° CCC° XL^mo octavo.

Papíron, zárlatán három pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. ltárban, a Csicseri cs. letéteményében. Közli: Kovács N.

131.

1349. jan. 4. Az esztergomi káptalan előtt Szecsei Sándor fia Péter egy részről, más részről Berzou fia Miklós fia Péter, és testvérének Fülöpnek fiai, Várad nevü Bars vármegyei birtokon megosztoznak.

Nicolaus prepositus et capitulum ecclesie Strigoniensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod Petrus filius Alexandri de Zedcha ab una parte, item Petrus filius Nicolai filii Berzou pro se personaliter, pro Nicolao vero, Thoma Johanne et Stephano filiis Philippi, filiis videlicet fratris sui cum legitimis procuratoriis literis . . parte ab altera ad nostram personaliter accedentes . . presenciam, in hunc modum coram nobis retulerunt, quod licet super medietate cuiusdam possessionis Warad vocate in comitatu Borsiensi existentis memoratus Petrus filius Alexandri predictum Petrum filium Nicolai, ac Nicolaum Thomam Johannem et Stephanum filios Philippi ad presenciam comitis Pauli iudicis curie regie ordine iudiciario in causam attraxisset, et ipsa causa inter eos diucius ventillata exstitisset, tandem volentibus partibus, super dicta causa se arbitriis et composicioni decem et sex nobilium ac duorum sociorum nostrorum, videlicet Ladislai prepositi sancti Georgii martiris de eodem Strigonio et magistri Mathie archidiaconi de Kamarun, sub penis sexaginta marcarum submi-

sissent, in quorum presenciis utraque pars sua iura et instrumenta literalia super dicta possessione Warad hinc et inde emanata plenarie exhibuissent, cassas et inanes relinquendo si inibi aliqua non exhiberentur per partem alterutram; quibus visis et perlectis ac earum continenciis diligenter intellectis, superfluis omnibus resecatis, super memorata possessione Warad, memorati nobiles ac nostra testimonia prenarrata talem concordiam et limitacionem inter ipsas partes ordinassent perpetuo duraturam, quod quia medietas memorate possessionis Warad predictis Petro et Philippo racione quarte avie eorum per Berken filium Bees et Petrum filium Mathei filii eiusdem Bees data et donata cum suis utilitatibus omnibus ac medietate molendini in fluvio Garam ibidem existentis exstitisset iuxta formam literarum capituli ecclesie Nitriensis perpetuo in filios filiorum possidenda, et quamvis idem Petrus filius Alexandri, ad quem racione generacionis post mortem domini Berke de iure devolvi debebat, cum pecunia redimere regni consvetudine requirente potuisset a predictis filio Nicolai et nepotibus eiusdem, tamen quia inter alias literas idem Petrus filius Nicolai pro se et dictis filiis fratris sui quasdam literas domini Wyllermi palatini coram eisdem arbitris exhibuisset, in quibus expresse habebatur, quod medietatem dicte possessionis Warad eisdem Petro et Philippo fratri suo iam mortuo idem Petrus filius Alexandri irrevocabiliter pro quarta supradicta perpetuasset, tum propter vigorem dictarum literarum, tum eciam propter perpetue concordie unionem, ut de medio eorum omnis discordia radicitus evelleretur, iuxta composicionem dictorum nobilium taliter concordassent . . quod eandem medietatem dicte possessionis Warad, videlicet a parte superiori adiacentem, sub eisdem metis et terminis ac utilitatibus eiusdem, necnon medietate molendini in fluvio Gron currentis, quibus in literis dicti capituli Nitriensis divisionariis exinde inter eos emanatis continetur, idem Petrus filius Alexandri . . contulit et divisit prenominatis Petro filio Nicolai, ac Nicolao Thome Johanni et Stephano filiis Philippi supradictis, iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam . . pro quarta domine Margarete avie ipsorum supradicte; aliam vero partem ipsius possessionis Warad videlicet inferiorem, perpetuo idem Petrus

filius Alexandri pro se et suis heredibus reservasset . . omnes literas . . cuiuslibet capituli vel conventus in facto dicte possessionis . . emanatas, preter literas dicti capituli Nitriensis, in quibus forma divisionis dicte possessionis Warad continetur, cassas reddiderunt . . ita, ut ubicunque exhiberentur per eosdem, nullius essent penitus firmitatis, et insuper universa nocumenta et iniurias usque ad hec tempora inter se ortas et suscitatas penitus sibi invicem relaxarunt, literas vero dicti capituli Nitriensis divisionarias memorate possessionis Warad in vigore permanere relinquerunt . . Datum per manus discreti viri magistri Demetrii lectoris ecclesie nostre, in octavis festi Innocencium, anno domini Millesimo CCC^{mo} XL^{mo} nono.

I. Lajos királynak 1363. febr. 9-én »magister Dominicus filius Mothk aule noster miles« kérelmére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 933. 11. dipl. oszt. 4024. Közli: Kovács N.

132.

1349. jan. 22. Ujhely város bírája és esküttei előtt János barát anyjával és növéreivel együtt, a paulinusok szent Egyedről nevezett kolostorának egy szőllőt ajándékoznak.

Nos Nicolaus filius Stephani iudex de Vyhel, ac Petew dictus Orrus, Ivan Thot iurati, necnon duodecim seniores ceterique hospites de eadem . . significamus . . quod frater Johannes filius Jacobi Goluh de claustro beati Egidii confessoris, unacum domina matre sua relicta eiusdem Jacobi, ad nostram accedentes personaliter presenciam, exstitit propositum per ipsos . . quod quandam vineam ipsorum a sororibus et filiabus dicte domine in divisione eis devolutam, in superiori fine civitatis predicte sitam, a parte meridiei circa fossatam, a parte occidentali vinee Stephani Horuat per veteres metas circumquaque existentes, sic ut Jacobus pater suus possedisset, cum suis utilitatibus necnon terris ad eam pertinenciis, pro animabus patris et ipsorum, ecclesie beati Egidii abbatis et confessoris delegassent et coram nobis delegaverunt, pro testamento dede-

runt . . in perpetuum, a nulla persona contradictore irrevocabiliter possidendam . . item domine Kolcha Seba et Elena filie eiusdem Jacobi ac sorores fratris Johannis similiter personaliter coram nobis comparentes, donacionis et delegacionis consensum et assensum prebuerunt, in nullo prohibuerunt. In cuius rei presencia ad maiorem cautelam ac confirmacionem predicte delegacionis et donacionis ac roboris, presentes patentes sigilli nostri literas nostras fecimus communiri. Datum in festo beati Vincencii martiris, anno domini M^mo^ CCC^mo^ XL^mo^ nono.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt dipl. oszt. 4026. Közli: Kovács. N.

133.

1349. jan. 30. A szepesi káptalan előtt Detre fia János és ennek fiai, Dolina nevü birtokukat Miklós löcsei plebánosnak és Hannus löcsei polgárnak huszonkét és fél márkáért eladják.

Nos capitulum ecclesie beati Martini de Scepus . . significamus . . quod Johanne filio Detrici de Dolina de comitatu Scepus ab una pro se ac filiis suis Detrico et Nicolao, item . . Nicolao plebano Leuchensi fratre et concanonico nostro et Hannus filio Goblini filii Wynoz civi de eadem Leuche parte ab altera coram nobis personaliter constitutis, per eundem Johannem suo et filiorum suorum predictorum nomine extitit confessum . . quod quartam partem dicte possessionis Dolina, videlicet inferiorem equalem medietatem linee seu medietatis ville Dolina sepefate, situatam a parte meridiei, cum curiis edificiis, iobagionibus novem fertones pro censu seu terragio solventibus annuatim, necnon terris cultis et incultis, pratis rubetis ac omnibus aliis . . pertinenciis suis ac iuribus et libertatibus eiusdem universis, preallegatis domino Nicolao plebano et Hannus civi pro viginti duabus marcis et dimidia grossorum denariorum numeri Scepsiensis . . vendidisset . . ipsis ac per ipsum Hannus heredibus suis . . per ipsum vero dominum plebanum his quibus ipse eandem possessionem venditam donaverit . . et assignaverit, iure perpetuo . . possidendam

. . hoc nihilominus adiecto, quod prememoratos dominum plebanum et Hannus civem ac ad quos per ipsos eadem possessio vendita successorie seu ex donacione qualicunque devolvetur, ab omnibus . . impetitoribus . . racione possessionis vendite predicte, idem Johannes et filii sui . . cum gravamine aliarum suarum possessionum et rerum mobilium et immobilium expedire tenerentur . . ac in dominio eiusdem et in percepcione utilitatum suarum . . contra quoslibet in perpetuum conservare, universa onera eandem possessionem venditam in futurum contingencia supportando, et servicia ac soluciones occasione debencia eiusdem et debentes faciendo . . Datum feria sexta proxima ante festum Purificacionis virginis gloriose, anno domini M° CCC^mo XL^mo nono.

A szepesi káptalannak 1349. sept. 4-én kiállított átiratából, mely ismét át van írva ugyancsak a szepesi káptalannak 1361-ben febr. 12-én kelt oklevelében; mely utóbbi a Bárczay cs. levéltárában XXXV. 46. szám alatt őriztetik.

134.

1349. febr. 28. A pécsváradi convent előtt Gergely pécsváradi polgár, Nagy Kelemen fia Gergely comesnek egy rétet két márkáért elad.

Nos conventus monasterii Waradiensis memorie commendamus per presentes, quod constitutis coram nobis personaliter Gregorio et Michaele filiis Johannis filii Balakor de civitate Waradiensi ab una parte, item comite Gregorio filio Kelemen magni de eadem civitate Waradiensi ab altera, prenominati Gregorius et Michael sunt confessi . . quod ipsi quoddam fenetum ipsorum in territorio predicte Waradiensis civitatis iuxta quendam monticulum in vulgo Baransag dictum a parte orientis adiacens, habens vicinos et conterminales quendam rivulum ab oriente, Dionisium filium Vincencii a meridie, predictum monticulum a parte occidentis et a septemtrione, supradicto comiti Gregorio pro duabus marcis denariorum banalium, marcam quamlibet cum sex pensis computando,

plene habitis et receptis ab eodem, et per eum suis heredibus .. vendidissent .. iure perpetuo .. possidendam .. nemine penitus contradictore existente. Datum sabbato proximo ante dominicam Invocavit, anno domini M° CCC° XL^mo nono.

A pécsváradi conventnek 1358. máj. 10-én »comes Gregorius filius Kelemen magni iudex de civitate Waradiensi« kérelmére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 605. 7. dipl. oszt. 3683. Közli: Kovács N.

135.

1349. Buda, mart. 8. I. Lajos király Tapolcsányi Gyula világtalan fiát a barsi ispánok hatósága alá helyezi.

Lodovicus .. rex .. universis prelatis, baronibus, specialiter palatino et iudici curie sue, comitibus parochialibus vel vicecomitibus et iudicibus nobilium quorumlibet comitatuum, castellanis, nobilibus, officialibus, item civitatibus et villis eorumque rectoribus, iudicibus et villicis ac aliis quibuslibet iudicibus seu iusticiariis regni sui et eorum vices gerentibus, nunc et pro tempore constitutis .. graciam. Noveritis quod quia Gregorius filius Gyule de Tapochan per castigacionem divinam visione oculorum suorum privatus existit, ideo nos de gracia speciali annuimus eidem, ut nullus iudex regni nostri preter comitem vel vicecomitem Borsiensem eundem iudicandi habeat facultatem, et quod iobagiones et famulos eiusdem impossessionatos, exceptis furto latrocinio et causis criminalibus, super aliis causarum articulis ipsemet scilicet Gregorius iudicare possit, et res ac bona eorumdem iobagionum et famulorum suorum impossessionatorum non prohibeantur, sed coram eodem Gregorio dominorum (így) ipsorum exequantur ordine iuris; quapropter .. mandamus, quatenus ipsum Gregorium filium Gyula in aliquibus causis et causarum articulis iudicare, vel vestro compellere astare iudicatui non audeatis, sed si qui aliquid accionis vel quescionis contra eundem habent vel habuerint, illi coram comite vel vicecomite Borsiensi exequantur

ordine iuris; iobagiones eciam eiusdem Gregorii et famulos impossessionatos, exceptis premissis furto latrocinio et causis criminalibus, super aliis causarum articulis iudicare non debeatis, ac res et bona eorumdem prohibere non audeatis et prohiberi non permittatis, sed si qui aliquid occasionis vel quescionis contra eosdem iobagiones et famulos impossessionatos habent vel habuerint, illi coram eodem Gregorio exequantur; qui si iusticiam facere recusaverit, tunc non ipsos iobagiones et famulos impossessionatos, sed eundem Gregorium in presenciam predicti comitis vel vicecomitis Borsiensis legitime evocent, qui omnibus querelantibus iusticie faciet complementum ex parte eiusdem, iuris ordine observato . . Datum Bude, in dominica Reminiscere, anno domini M^mo CCC^mo XL^mo nono.

Hátlapján pecsét nyomaival, mely alatt e szavak olvashatók: »relacio comitis Nicolai Laurencii.« Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 113. 7. dipl. oszt. 4030. Közli: Kovács N.

136.

1349. mart. 14. A somogyvári convent előtt Zakani Pál fia Gergely és neje, leányuknak Erzsébetnek Somogyvári Bereczk nejének, Selyemsziget nevü Somogy vármegyei birtok felét hozományúl adják.

Quarta vero similiter ipsius conventus Simigiensis in anno domini M^mo CCC^mo XL^mo nono, sabbato proximo ante dominicam Oculi patenter emanata, inter alia expresserat, quod Georgius filius Pauli dicti de Zakan unacum domina Elizabet vocata consorte sua, filia vero Jacobi filii Panith ab una parte, Briccius literatus filius Laurencii de Sumugwar ex altera coram ipso conventu Simigiensi personaliter constituti, predictus Georgius de consensu et beneplacito eiusdem consortis sue predictum Briccium literatum confessus fuisset in proximum et filium recepisse adoptivum, tradendo eidem filiam suam Elizabet vocatam legitimam in uxorem, preterea medietatem possessionis sue Selyemzyketh vocatam in comitatu Simigiensi

prope Dravam existentis coequalem, cum universis utilitatibus suis, videlicet locis sessionalibus, terris fimatis et campestribus, fenilibus et silvis, cum eadem filia eidem Briccio literato et per eum suis heredibus ab eadem procreandis confessus fuisset donasse perenniter possidendam, sic quod dum alias suas possessiones hereditarie rehabere posset, in quarumque possessione dicta filia sua eligeret . . . . et utilitate consimilem in concambium premisse medietatis Selyemzygeth vocate eidem filie sue et dicto Briccio literato dare et assignare teneretur, et illam medietatem possessionis Selyemzygeth vocate eadem filia sua et dictus Briccius literatus sibi absque impedimento et dilacione aliquali resignare tenerentur; ceterum predicta domina porciones suas Bezterch Kerezthwr et Azzyag vocatas in eodem comitatu existentes, cum medietate possessionum Kakouy et Senthtrinitas vocatarum, per lineam maternalem sibi devolutas, modo premisso cum omnibus utilitatibus suis et pertinenciis quibuslibet, eidem filie sue et per eam dicto Briccio literato eiusque heredibus ab eadem procreandis dedisse et applicasse perpetuo possidendas . .

Széchy Miklós 1372-ki ítéletleveléből, melynek eredetijét a N. Muzeumban őrzik.

137.

1349. mart. 16. Az egri káptalan jelentése I. Lajos királyhoz, hogy Biry Tamás Szabolcs és Szatmár vármegyei birtokait ennek neje, fiai és leánya között felosztotta.

. . Lodovico . . regi capitulum ecclesie Agriensis . . literas . . Pauli iudicis curie vestre recepimus inter cetera continentes: quod mitteremus hominem nostrum pro testimonio fide dignum, quo presente Petrus parvus homo vester de curia vestra ad infraspecificatum negocium specialiter destinatus, in octavis festi Epiphaniarum domini et aliis diebus ad id sufficientibus ad facies universarum possessionum et porcionum possessionariarum Thome filii Johannis de Biry, ibique ipsum Thomam in regno Hungarie contingencium, legitimis convocacio-

nibus factis vicinorum et commetaneorum earumdem universorum, nobili domina consorte dicti Thome filii Johannis et Andree filii Nicolai dicti Zeuke de Damanhida vel legitimis earumdem parcium procuratoribus presentibus accederet, et si necesse fieret, facta legitima reambulacione, primo et principaliter terciam partem possessionis Bogus vocate et totales porciones possessionarias dicti Thome in possessionibus eiusdem Thome in literis vestris nominatim expressis eundem contingentes, iuxta vigorem dictarum literarum vestrarum per dictam nobilem dominam consortem ipsius Thome vel procuratorem eiusdem inibi exhibendarum, eo iure quo ipsi domine ex premissa dicti Thome mariti sui obligacione pertinere dinoscuntur, contradiccione quorumlibet non obstante, statueret eidem domine sine preiudicio iuris alieni possidendas . . et demum de dote et rebus paraffernalibus eiusdem domine et quarta filiali filiarum eiusdem domine de universis possessionibus ipsius Thome ubique existentibus, ut ex comprobata regni vestri consvetudine expediret, possessionaria solucione mediante persolveret et satisfaceret iusticia exigente; et tandem his habitis, residuas universas possessionarias porciones dicti Thome ubilibet existentes, consideratis omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis, unacum aliis probis viris in tres dividerent partes coequales, quarum duas partes seu porciones Ladislao et Johanni filiis ipsius Thome relinqueret et statueret perpetuo possidendas, et terciam partem earumdem que in porcionem dicti Thome cederet, similiter in tres divideret partes, et duas partes eiusdem quas eadem domina per ipsum Thomam exhibicione literarum vestrarum patencium a manibus iudiciariis domini palatini redemtas fuisse comprobasset, eidem Thome committeret perennaliter conservandas; residuam vero terciam partem earumdem, habita eius estimacione conscienciosa, memorato Andree filio Nicolai dicti Zeuke relinqueret et statueret tamdiu, donec per hos quorum redemcioni magis competeret, sua estimacione redemi posset possidendam; et post hec seriem predictarum possessionariarum porcionum statucionum, cum tocius facti negocii processu et estimacione dicte porcionis ac nominibus illorum eandem se redimere velle asserencium, ad diem medii Quadragesime, scilicet feriam quartam vobis fideliter rescribe-

remus. Nos igitur legitimis et congruis postulacionibus eiusdem comitis Pauli et iusticie annuentes, cum prefato Petro parvo homine vestro duos homines nostros . . Demetrium literatum subnotarium nostrum pro parte dicte nobilis domine consortis magistri Thome, et dominum Jacobum sacerdotem de choro nostro pro parte ipsius Andree filii Nicolai transmisimus pro testimoniis ad premissa exequenda; qui quidem homo vester tandem ad nos reversus, presentibus et audientibus dictis testimoniis nostris, nobis concorditer retulerunt isto modo, quod ipse unacum eisdem testimoniis nostris et annotatis Andrea Thoma de Biry ac Ladislao filio Mykou de Erky proximo et legitimo procuratore ipsius nobilis domine, in dictis octavis Epiphaniarum domini iam preteritis et aliis sequentibus diebus ad id sufficientibus, primo accessissent ad faciem ipsius possessionis Bogus et demum ad alias porciones possessionarias memorati Thome, in duobus comitatibus Zabouch et Zathmar ut dicitur habitis, exceptis porcionibus suis possessionariis in possessionibus Bodolou et Keer vocatis, ac eciam porcionibus suis in districtu (. . . .)eskebel existentibus, accedentesque primo et principaliter memoratam terciam partem porcionis ipsius Thome in dicta possessione Bogus et totales porciones possessionarias similiter ipsius Thome in pretactis possessionibus eiusdem in dictis literis vestris nominatim expressis existentes et ipsum contingentes, iuxta vigorem earumdem literarum vestrarum per ipsum Ladislaum filium Mykou tunc inibi exhibitarum, eo iure quo ipsi domine ex premissa dicti Thome mariti sui obligacione pertinere dinoscerentur, statuissent eidem domine contradiccione quorumlibet non obstante, et sine preiudicio iuris alieni possidendas . . et tandem super dote et rebus paraffernalibus ac quarta filiali earumdem dominarum consortis scilicet et filiarum ipsius Thome de universis possessionibus suis ubique in dictis duobus comitatibus Zabouch et Zathmar quo supra existentibus, ut ex prelibata regni vestri consvetudine expediens fuisset, prenominatis dominabus satisfaccionem impendissent possessionaria solucione mediante et iusticia exigente; his autem premissis, prefatas residuas porciones possessionarias dicti Thome similiter in dictis duobus comitatibus existentes, exceptis tamen porcionibus suis possessionariis in dictis duabus possessionibus

Keer et Bodolou ut premissum est habitis, consideratis omnibus suis utilitatibus et pertinenciis, unacum aliis probis viris in tres divisissent partes coequales, quarum duas partes seu porciones prenominatis Ladislao et Joanni filiis dicti Thome reliquissent et statuissent perpetuo possidendas, terciam autem partem earumdem, que in porcionem ipsius Thome cessisset, similiter in tres partes divisissent coequales, duasque partes quas eadem domina consors dicti Thome per ipsum Thomam exhibicione literarum vestrarum patencium a manibus iudiciariis pretacti domini palatini redemtas fuisse comprobavit, predicto Thome commisissent perennaliter possidendas; residuam autem terciam partem earumdem, habita eius estimacione per modum infradeclaratum, preallegato Andree filio Nicolai dicti Zeuke adversarium ipsius Thome reliquissent et statuissent tamdiu, donec per hos quorum redemcioni magis in sua estimacione redimi valeret possidendam; dixit eciam homo vester prenotatus, quod licet pretaxatus Thomas de Biry ipsum et dicta testimonia nostra ad facies memoratarum duarum possessionum Ker et Bodolou simili modo ad premissa perficiendum adducere voluisset, tamen ipsi propter nimiam aquarum inundanciam, que in illis partibus tunc ut refertur nimium prevaluisset, accedere nullo modo potuissent, sed tamen ipsi, volentibus ambabus partibus, in singulis porcionibus possessionariis eiusdem Thome dicto Andree statutis, in facto estimacionis talem distinccionem fecissent pro cautela: primo porcionem . . Andree in dicta Bogus statutam pro altera dimidia marca et duobus grossis, in possessione Philep vocata pro altera dimidia marca et octo grossis; in possessione Byr triginta quatuor grossis, in villa Vasaroskallou pro novem grossis, et ibidem porcionem tributi pro quinque marcis; item in possessione Semyen pro una marca et viginti grossis minus uno, item in possessione Gyoman pro tribus fertonibus et tribus grossis, item in vacuis terris Budmonostora, Symaeghaz, Pethlentelke, Perkudtelke et Zeleus pro dimidia marca et decem grossis, item in possessione Pozman et aliis sex vacuis possessionibus pro una marca et duobus grossis, item in possessione Ozlar quatuordecim grossis, in possessione Lec octo grossis, et in duobus molendinis in Keer et Orus possessionibus decem et

septem grossis porcionem estimassent, quarum summa decem et octo marcas cum dimidia compoti Cassensis complere dinoscerentur. Et prefata testimonia nostra similiter personaliter coram nobis comparentes, premissa sic, sicut idem homo vester, nobis consequenter affirmarunt. Retulerunt eciam vester et noster homines prenotati, quod in dicta possessione Wasaroskallou circa loca sessionalia unus locus Laurencii filii Benk (. . . . . .) relicta Andree carnificis et Mark sartoris, item in Touthkallou unus locus sessionalis scilicet Nicolai dicti Marchus hospitis, in possessione Philep duo loca circa metas Stephani filii Stephani adiacencia, in possessione Bogus unus locus a meta Gerges, in possessione Azlar sessio Pauli filii Mathius, in possessione Gyoman sessio Stephani dicti Nogh, in possessione Lek duo loca sessionalia unus habitabilis et alter deserta, cessissent in porcionem Andree supradicti, sed tamen super prelibatis tribus hospitibus vester et nostri homines discordassent in statucione prenotata, qui homines nostri minus quam tria hospicia, sed homo vester largo mod o tria hospicia eidem Andree cedere debere contradictorie allegassent. Datum feria secunda proxima ante diem medii Quadragesime supradictam, anno domini M° CCC° XL° nono.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 197. 32. dipl. oszt. 4032. Közli: Kovács N.

138.

1349. mart. 16. Miklós pécsváradi apát, Kelemenfia Gergely pécsváradi polgárnak egy üres malomhelyet ajándékoz.

Nos Nicolaus . . abbas monasterii Waradiensis et loci eiusdem conventus, memorie commendamus . . quod Gregorius filius Kelemen magni de civitate Waradiensi ad nostram personaliter accedendo presenciam, nobis humiliter significare curavit, quod quendam locum pro molendino aptum in medio terrarum suarum arabilium titulo emcionis ipsum contingencium, infra duo molendina communia eiusdem Gregorii et

magistri Sreybery, iuxta magnam viam per quam itur de predicta civitate Waradiensi in villam Nyuigh, a parte occidentali adiacentem de novo invenisset, quem a nobis ut in ipso loco molendinum pro se ipso . . construeret sibi dari postulavit; unde nos . . eundem locum pro molendino aptum eidem Gregorio . . contulimus possidendum . . ita videlicet, quod idem Gregorius et sui posteritates de ipso molendino in quolibet anno in festo beati Martini confessoris racione percepcionis fructuum et utilitatum ipsius molendini, nobis et dicte ecclesie nostre Waradiensi viginti denarios banales dare et persolvere teneantur et debent. Datum feria secunda proxima post dominicam Oculi, anno domini M° CCC° XL^mo nono.

A pécsváradi conventnek 1358. máj. 10-én kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 505. 7. dipl. oszt. 3683. Közli: Kovács N.

139.

1349. Buda, mart. 18. Tamás, országbíró és turóczi főispán előtt Nádasdi Domokos özvegye Klára, leányával Klárával Somosi Péternével, Ilsva és Csávaj nevü Abauj vármegyei birtokok felett kiegyez, a leány megtartván Ilsvát harmincz márka felülfizetés mellett, az anya pedig Csavaj birtokot kapván.

Nos Thomas iudex curie serenissimi principis domini Lodovici . . regis Hungarie et comes de Turuch, memorie commendamus . . quod cum causa inter nobiles dominas Clara vocatam condam relictam Dominici de Nadasd nunc consortem magistri Michaelis filii Johannis de Breznyche actricem ab una, ac alteram Claram filiam eiusdem Dominici filii Lachk coniugem magistri Petri filii Johannis de Somus in causam attractam, super possessionibus Ilswa et Chauay vocatis exorta iudicialiter coram nobis vigore literarum nostrarum prorogatoriarum ad presentes octavas diei Cinerum fuisset prorogata, tandem ipso termino occurrente, Joseph filio Nicolai de Mathyasfalua pro predicta nobili domina Clara vocata relicta Dominici . . ab una, ac Petro filio Johannis de Polky pro

eadem domina Clara filia Dominici coniuge eiusdem magistri Petri filii Johannis de Somus . . ex altera nostri in presencia constitutis et iusticiam sibi impertiri postulantibus, per predictum Joseph filium Nicolai de Mathyasfalua pro tuicione ipsius domine Clare relicte Dominici de Nadasd, protuicione iuris eiusdem domine Clare relicte Dominici et conservacione possessionum predictarum, litere condam . . Karoli regis . . petente et volente predicto Petro filio Johannis de Polky procuratore ipsius domine Clare filie Dominici consortis magistri Petri filii Johannis de Somus, fuerunt exhibite hunc tenorem continentes: Karolus (stb. l. III. köt. 349. l.) quibus exhibitis, per eundem Petrum filium Johannis de Polky procuratorem predicte domine Clare filie Dominici et Josephum filium Nicolai de Matyasfalua procuratorem domine relicte Dominici extiterat petitum, ut secundum tenorem literarum regalium predictarum et alias literas inter easdem partes signanter in processu ipsius cause emanatas iusticie complementum impertiremur inter easdem. Et cum tandem causam sub spe habende pacis, per interposicionem baronum et nobilium nobiscum sedencium, ad crastinum eiusdem volentibus parcium procuratoribus prorogassemus, porro predictis procuratoribus nostrum iudiciarium conspectum adeuntibus, propositum extitit per eosdem . . quod licet in factis possessionum Ilswa et Chauay vocatarum in comitatu de Abawyuar existencium et habitarum inter prefatas dominas consortem prefati magistri Michaelis filii Johannis de Breznyche tamquam actricem, et coniugem magistri Petri filii Johannis de Somus ceu in causam attractam litis materia litigionaria ac processus litigionari mota et exorta ac diucius ventilata extitisset coram nobis, tamen de nostra licencia iudiciaria mediante, ob sincere dileccionis karitative maternalis et filialis naturalis propagabilis connexus, universis causis controversiis iniuriis damnis et quibuslibet aliis eciam factis potenciariis et literis inquisicionalibus racione premissarum possessionum per ambas partes contra sese emanari procuratis, usque datam presencium habitis inter partes, per composicionem proborum nobilium virorum omnino sopitis et sedatis, penitus concordassent . . eo modo, ut premissam possessionem Ilsva vocatam cum omnibus . . suis . . pertinenciis . .

sub veris et certis metis suis et antiquis, de communi voluntate prefata domina Clara consors magistri Michaelis filii Johannis de Breznyche misisset et tradidisset . . prefate nobili domine Clare consorti predicti magistri Petri filii Johannis de Somus iure perpetuo . . possidendam . . E converso prefatam possessionem Alsou-Chauay vocatam similiter cum omnibus utilitatibus . . sub veris et certis metis, similiter de communi voluntate, prefata nobilis domina Clara consors magistri Petri filii Johannis de Somus dedit et misit . . prefate nobili domine similiter Clara vocate consorti magistri Michaelis filii Johannis de Breznyche domine matri scilicet consortis predicti magistri Petri perpetuo iure . . ita tamen, ut quia predicta possessio Ilswa vocata, premissa possessione Alsou-Chauay quodammodo maior et utilior esse dinosceretur, ideo prefata domina coniux magistri Petri filii Johannis de Somus, matri sue triginta marcas minus duabus compoti Cassensis promtis denariis addidisset . . nihilominus si domina predicta consors magistri Petri filii Johannis de Somus vel heredumque eiusdem successores literis . . Karuli condam regis . . nobis exhibitis quodammodo indigerent, extunc domina predicta consors magistri Michaelis filii Johannis vel heredum suorum successores in tutelam exhibere tenerentur, ad quod se domina predicta consors magistri Michaelis promittens obligavit . . in cuius rei testimonium . . predictis partibus presentes nostras literas privilegiales robore autentici et pendentis sigilli nostri communitas duximus concedendas, communi iusticia. Datum Bude, quinto decimo die octavarum predictarum, anno domini M^mo^ CCC^mo^ XL^mo^ nono.

Garai Miklós nádor 1382. aug. 16-án kelt ítéletéből, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1542. 67. dipl. oszt. 305. Közli: Kovács N.—Az oklevél keltezése hibás lehet, mert mint alább látandjuk, Nagymartoni Pál még jun. 18-án is az országbírói széken ült; kötetünkben Szécseni Tamással mint országbíróval, ezen évben alább már junius 8-án is találkozunk.

140.

1349. Buda, mart. 20. Csanád esztergomi érsek Chelen fia Sándor fiainak egy kőkápolna építésére engedélyt ad.

Nos Chanadinus . . archiepiscopus Strigoniensis locique eiusdem comes perpetuus significamus . . quod magistri Johannes et Jacobus filii Alexandri filii Chelen . . dixerunt nobis in hunc modum, quod cum in quadam villa ipsorum Ponyth vocata in comitatu Gumuriensi capellam et cimeterium cum sepultura haberent consecratam, ubi nunc lapideam ecclesiam divine pietatis nutu et auxilio, ad honorem beate Anne vellent et intenderent edificare, sed quia propter nimiam lutositatem et paludositatem commodo ipsa ecclesia construenda in ipso loco fieri non valeret, petentes nos . . ut in eadem villa ipsorum alium locum pro ipsa ecclesia lapidea eisdem construenda concedere dignaremur; nos itaque . . propter predicti loci paludositatem et aquositatem predictam ecclesiam lapideam in eadem villa ipsorum in alio loco ubi voluerint eisdem concessimus construendam; salvo semper loci ipsius prioris cimiterii cum sepultura sepibus aut lignis circumdato cum sua capella remanente. In cuius rei testimonium presentes concessimus nostras literas patentes sigilli nostri munimine roboratas. Datum Bude, feria sexta proxima ante dominicam Letare, anno domini M° CCC^mo^ XL^mo^ nono.

Miklós esztergomi érseknek 1364. jun. 24-én »magister Jacobus filius Alexandri de Chelen qui literas condam magistro Johanni fratri suo emanatas acceptari et approbari petit« kérelmére kiadott megerősítő átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. Eccl. 52. 3. dipl. oszt. 25133. Közli: Kovács N.

141.

1349. apr. 9. Az egri káptalan előtt Csetneki János, Gacsalk nevü Gömör vármegyei birtokát Gedei Loránt nádor unokájának Péternek zálogba adja.

Nos capitulum ecclesie Agriensis significamus . . quod magister Johannes filius Benedicti de Chitnuk . . proposuit viva voce, quod ipse quandam possessionem suam Gachalk vocatam in comitatu Gumuriensi ut dicitur existentem, tituloque iuris hereditarii ipsum contingentem, in die Cene domini, anno eiusdem M° CCC° XL^mo nono, cum suis . . pertinenciis, absque collecta seu censu annuali solummodo, quem ipse pro sui usu reservasset, pro evitandis quibusdam necessitatibus suis ipsum ad presens urgentibus, magistro Petro filio Deseu filii quondam Lorandi palatini de Gedu nunc genero suo pro centum marcis grossorum compoti Cassensis, sed in florenis prout tempore redemcionis eiusdem in hoc regno Hungarie pro grossis cambire inciperent, coram nobis redimendam pignori obligasset . . isto modo, quod quandocunque tempore dictam possessionem suam Gachalk pro annotata pecunie quantitate in florenis quo supra ab eodem magistro Petro redimere posset . . idem magister Petrus vel sui heredes, rehabita dicta pecunia sua, eandem resignare tenerentur . . dixit eciam magister Johannes prenotatus, quod si ipse dictam possessionem Gachalk pacifice et quiete infra tempus redemcionis eiusdem apud dictum magistrum Petrum vel suos heredes conservare non valeret, ipsumque magistrum Petrum in pacifica possessione ipsius ville sue contra aliquos impetitores defendere non posset quoquomodo, extunc idem magister Petrus vel sui heredes absque strepitu cuiuslibet iudicii et ipsius contradiccione non obstante, in ius et dominium alterius possessionis sue Gench nuncupate in eodem comitatu ut dicitur existentis, pro annotata pecunie sue quantitate, introire posset sub condicionibus prenotatis. Datum die et anno supradictis.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1537. 25. dipl. oszt. 4035. Közölve néhai Vincze Gábor másolata után. Rövid kivonatát l. Fejér Gy. i. m. IX. 1. 696. és 697. l.

142.

1349. apr. 19. A váradi káptalan előtt Imre fiai, kik anyjuk után Hunthtól származtak, az anyjuk jogán őket illető Ecsed nevű Szatmár vármegyei birtok felére a Báthoryak őseitől az eladási áron felül még tíz márkát fölvesznek.

Nos capitulum ecclesie Waradiensis significamus . . quod accedens ad nostram presenciam Egidius filius Emerici sponsi Hunth pro se personaliter et pro Johanne fratre suo uterino . . coram nobis . . est confessus, quod cum viri nobiles magistri Johannes et Nicolaus filii Briccii ac Petrus filius Leukus medietatem cuiusdam possessionis Eched vocate in comitatu Zothmar existentis, videlicet porcionem Hunth, dominam matrem ipsorum contingentem et ad ipsos racione quarte filialis ut premissum est domine matris ipsorum pertinentem, ab eisdem comparassent seu emissent pro certa pecunie quantitate, super quo quidem contractu litere nostre expeditorie apud eosdem magistros Johannem et Nicolaum filios Briccii ac Petrum filium Leukus haberentur; assumserant tamen iidem magistri Johannes et Nicolaus filii Briccii ac Petrus filius Leukus, ut idem dicit, quandocunque ingens necessitas ingrueret, sibi et fratri suo racione eiusdem medietatis possessionarie decem marcas dare et solvere, ducti tamen quadam pietate; quas quidem decem marcas iidem magistri Johannes et Nicolaus filii Briccii ac Petrus filius Leukus eisdem nunc plene persolvissent et integre; ipse itaque suo et nomine fratris sui supradicti . . eandem medietatem possessionis prelibate vice iterata et de novo prenominatis magistris Johanni et Nicolao filiis Briccii ac Petro filio Leucus et per eos eorum heredibus . . perpetuasset . . renuncians omni iuri et dominio proprietario, quod habebat in eadem, extrahendo se et suos heredes . . ab omni iure et proprietate sepefate possessionarie porcionis. Datum in octavis festi Pasche, anno domini M^{mo} CCC^{mo} XL^{mo} nono.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 841. 13. dipl. oszt. 4036. Közli: Kovács N.

143.

1349. Pozsony, apr. 26. I. Lajos király adománylevele Debrete nevü Nyitra vármegyei birtokról, Tóth Lörincz fia Konth Miklós- Bars Vas és Sopron vármegyék főispánja részére.

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod quia nos ex debito officio suscepti nostri regiminis cunctorum nobis fideliter obsequencium merita animo pietatis metiri et unicuique iuxta exigenciam suorum meritorum respondere debemus regio cum favore, pensatis igitur et circumspectis fidelitatibus et fidelissimorum serviciorum preclaris meritis comitis Nicolai filii Laurencii dicti Touth, comitis Borsiensis Castriferrei et Supruniensis dilecti et fidelis nostri, quas et que ipsum in cunctis nostris et regni nostri expedicionibus prosperis et adversis, non parcendo rebus nec persone, diversis fortune casibus pro exaltacione nostri regiminis et honoris se submittendo, nostre maiestati exhibuisse recolimus usque modo, et exhibere eundem sentimus in presenti, ac exhibiturum pro firmo credimus in futurum, volentes eidem pro premissis suis serviciis et fidelitatibus multa laude dignis pro nunc aliquatenus regio occurrere cum favore, quandam possessionem nostram Debrete vocatam, in comitatu Nitriensi existentem, omni iure ad nostram collacionem pertinentem, cum omnibus suis . . pertinenciis . . sub veris metis et terminis antiquis, quibus hactenus per nos habita exstitit et possessa . . donavimus . . eidem comiti Nicolao et per eum suis heredibus . . irrevocabiliter . . possidendam; in cuius possessionis dominium ipsum comitem Nicolaum per magistrum Wezzeus aule nostre militem, comitem de Zolyo fecimus introduci . . Datum Posonii, die dominico proximo post festum beati Georgii martiris, anno domini M° CCC^mo XXXX^m° nono.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 472. 3. dipl. oszt. 4037. Közli: Kovács N.

144.

1349. Buda, máj. 8. Pál országbíró a margitszigeti apáczáknak Zsámbéki Eynard ellen Somodor nevü birtok miatt folytatott ügyöket elhalasztja.

Nos comes Paulus iudex curie . . damus pro memoria quod causam, quam religiose domine sanctimoniales de Insula Leporum, pro quibus frater Ladislaus cum procuratoriis literis earumdem comparuit, contra magistrum Eynardum de Sambuk personaliter comparentem, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum, in octavis festi beati Georgii martiris, super facto prohibicionis cuiusdam particule terre in possessione Sumudor vocata a parte possessionis predicte Sambuk ut dicitur existentis coram nobis movere habebant, de procuratorum parcium voluntate ad octavas festi beati Michaelis archangeli nunc proxime venturas peremtorie sub priori statu duximus prorogandam. Datum Bude, octavo die termini prenotati, anno domini M° CCC^mo^ XL^mo^ nono.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. Poson. 52. 6. dipl. oszt. 4038. Közli: Kovács N.

145.

1349. máj. 13. A csanádi káptalan előtt Dezső fia Miklós, volt beregi főispán és testvérei, Belberekszó nevü birtokot Temes vármegyében, melyért Mihály fiaival Lászlóval és Mihálylyal perben álltak, ezeknek átadják, viszont emezek Zaramaz nevü egész és Kerek nevü részbirtokot Dezső fiainak örök birtokába bocsátják.

Capitulum ecclesie Chanadiensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod accedens ad nostram presenciam magister Nicolaus filius Desew quondam comes de Bereg pro se ipso personaliter, et pro Johanne Petro et Dominico fratribus suis ad suum gravamen ex una parte, parte vero ex altera Ladislaus et Michael qui alio nomine Boya vocatur, filii Michaelis filii Pauli, et nobilis domina Katherina mater

eorumdem, propositum exstitit per eosdem filios Michaelis et matrem eorumdem . . quod possessionem ipsorum Aranhasow alio nomine Zaramaz in comitatu Tymisiensi existentem, et partem possessionis Kerek vocate, a parte occidentali adiacentem, in iamdicto comitatu existentis, cum omnibus utilitatibus earumdem, ipsi magistro Nicolao et fratribus suis supranominatis tradiderunt . . perpetuo in filios filiorum possidendas . . ipse autem magister Nicolaus possessionem ipsorum Belberekzow vocatam in dicto comitatu existentem, pro quibus ipsos filios Michaelis ipse magister Nicolaus et fratres sui in causam attraxerant, eisdem filiis Michaelis cum omnibus utilitatibus eiusdem, salva quadam particula silve quam pro se reservavit remisit . . perpetuo et in filios filiorum possidendam . . signa autem dicte particule silve, ut nobis dixerunt, hec sunt: quidam rivulus vulgo hatarer vocatus, ubi quedam arbores sunt signate, inde vadit per multas arbores ad aquam Temes vocatam ad terram ubi carbones cremantur Zenhegethew vocatam. Si quas autem literas protestacionales, prohibicionales aut inquisicionales quorumcunque sigillorum confectas, temporibus retrocessis usque ad diem datarum literarum contra se se emanatas haberent, frivole essent . . Datum vacante lectoratu, feria quarta proxima ante diem Rogacionum, anno domini M° CCC^{mo} XL^{mo} nono; presentibus . . magistro (. . . . . .) kathedrali, Michaele cantore, Valentino custode, Nicolao Ultramorisyensi (. . . . . .) Petro Gregorio Stephano Hermano Martino et Petro canonicis . .

Függő pecsét nyomaival, alúl chyrographhummal. Eredetije az orsz. lt. dipl. oszt. 30114. Közli: Kovács N.

146.

1349. Somogyvár, máj. 16. Miklós nádor által Somogy vármegyében tartott közgyülésen az alispán és a szolgabirák Tuz Péter kérésére bizonyitják, hogy Kéthelyi István, testvérét András Léta nevü birtokban megölte.

Nos Nicolaus . . palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod in congregacione nostra generali univer-

sitati nobilium comitatus Symigiensis feria secunda proxima post quindenas festi beati Georgii martiris prope Sumuguar celebrata, Johannes dictus Darabos . . pro magistro Petro dicto Tuuz filio Johannis filii Trepk, de medio aliorum exsurgendo, proposuit tali modo, quod Stephanus filius Philippi de Keethel, unacum Johanne filio Pauli de Kyslokud serviente suo, sabbato proximo ante dominicam Judica, cuius secunda proxime preteriisset revolucio annualis, Andream fratrem suum in possessione sua Leta vocata in domo sua culpis suis non exigentibus interfecisset, capud eiusdem amputando, lite pendente inter ipsos; et hoc iudicibus nobilium iuratisque assessoribus ipsius congregacionis nostre ac universis nobilibus predicti comitatus constaret evidenter, petens nos in persona dicti magistri Petri cum instancia, ut qualiter ipsis veritas super premissis constaret, eosdem requireremus; cumque nos memoratos iudices nobilium iuratosque assessores ac universos nobiles dicti comitatus petente prefato procuratore ipsius magistri Petri super premissis requisitos habuissemus, iidem iudices nobilium et iurati assessores pretacti comitatus, ad fidem eorum deo debitam et fidelitatem ipsi domino nostro regi sueque sacre corone regie pro dicenda veritate nobis prestitam, ac universi nobiles similiter eiusdem comitatus, ipsum Andream per dictum Stephanum filium Philippi modo premisso interfectum exstitisse, unanimi et concordi testificacione affirmarunt. In cuius affirmacionis et testificacionis testimonium presentes literas nostras, nostro, vicecomitis et dictorum iudicum nobilium sigillis confirmatas eidem duximus concedendas. Datum sexto die dicte congregacionis nostre in loco prenotato, anno domini M° CCC° XL^mo nono.

Hátlapján közepett a nádor pecsétjével, melyet öt kissebb pecsét vesz körül. Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 8. 62. dipl. oszt. 4011. Közli: Kovács N.

147.

1349. máj. 18. Az egri káptalan előtt az egy és ugyanazon nemzetségből származott Chelei Pongrácz fiai, és Izsépi István fiai, Zemplén vármegyei ősi és szerzett birtokaikon megosztoznak.

.. capitulum ecclesie Agriensis .. ad universorum noticiam .. volumus pervenire, quod Ladislao Dominico et Nicolao filiis Pongracii de Cheley unacum Petro Jacobo et Abram filiis dicti Ladislai, Andrea et Georgio filiis ipsius Dominici pueris ex una, et Johanne ac Jacobo filiis Stephani de Isep parte ab altera coram nobis personaliter constitutis, per eosdem Ladislaum Dominicum et Nicolaum tam pro se quam pro eisdem pueris propositum exstitit .. quod licet ipsi pro eo quia cum annotatis filiis Stephani a primis progenitoribus et predecessoribus suis ad plurimorum regnicolarum scitum ac cognicionem in una forent possessionaria divisione, racione ipsius divisionis contra eosdem filios Stephani litem movere ipsosque ad causam attrahere et sic in universis possessionibus et porcionibus possessionariis ubilibet existentibus et quocunque nomine vocitatis rectam et equalem divisionem facere voluissent et habere, tamen quia iidem filii Stephani iuxta arbitrium et composicionem proborum virorum proximorum et comprovincialium suorum pro adequacione et supplemento pretaxate possessionarie divisionis unam possessionem eorum Kyscheley vocatam integraliter, et totam porcionem ipsorum possessionariam in possessione Myrk nuncupata in comitatu Zemplinyensi ut dicitur existenti habitam, cum universis .. pertinenciis earumdem .. ipsis et eorum heredibus perpetuo possidendas contulissent, ideo ipsi super premissis duabus possessionibus Kyscheley et Myrk pro adequacione ipsius possessionarie divisionis quo supra datis sufficienter contenti, annotatos filios Stephani et ipsorum heredes in dominio aliarum possessionum suarum, utpote Berethey, Noglazon, Kyslazon, Banouch, Losk, Wyuar, Isep, Souskuth, Bersel, Medyazou alio nomine Bertalamtelke vocata et porcione possessionaria in

dicta possessione Myrk nunc erga filios Abram filii Johannis ut dicitur habite, a modo et deinceps ac in perpetuum stare frui atque pacifice gratulari dimisissent, et iidem Ladislaus Dominicus et Nicolaus dimiserunt coram nobis; e converso eciam prenominati Johannes et Jacobus ipsas possessionem Kyscheley et porcionem possessionariam in Mirk habitam, sine preiudicio iuris alieni, predictis filiis Pangracii et eorum heredibus perpetuando, eosdem filios Pangracii et ipsorum heredes in dominio possessionum suarum propriarum que dicte divisioni subiici potuissent, videlicet Nogcheley, Boos, Felmedyazou, Olbathya, Belteluk et Bykus ad eandem possessionem Nogcheley pertinentis, similiter pacifice gratulari et eternaliter perfrui dimiserunt coram nobis. Notificarunt eciam partes supradicte, quod ipsi et filii Ladislai filii Alexandri de Monak racione linee propaginis universas possessiones ipsorum ubilibet existentes trifarie inter se dividere deberent iusticia mediante, et si tempore progressivo ipsi cum dictis filiis Ladislai communem divisionem in suis possessionibus habere possent ac investigare, factum predicte divisionis ac ordinacionis nunc inter ipsos habite, eo toto, tunc sicut nunc immobiliter stare permitterent et dimiserunt coram nobis. Et ut factum predicte divisionis . . inter ipsos robur perpetue firmitatis obtinere valeret, eedem partes se . . ad hoc obligarunt . . ut quecunque earum tempore progressivo . . in iudicio aut extra presentem ordinacionem retractare machinaretur . . pars hec faciens contra partem ipsam ordinacionem seu divisionem observantem in succubitu duelli facti potencialis convinceretur ipso facto. In cuius rei testimonium . . presentes contulimus sigilli nostri autentici et pendentis munimine roboratas ac alphabeto intercisas; presentibus tamen Nicolao preposito, Johanne lectore, Alexandro cantore, Johanne custode dominis, item Johanne de Borsod, David de Zabouch, Petro de Heves, Dominico de Borsua, Andrea de Pankata, Georgio de Tarcha, Ladislao dicto Katou de Patha archidiaconis . . Datum feria secunda proxima ante festum Ascensionis domini, anno eiusdem M° CCC^mo XL^mo nono; regnante Lodovico . . rege . . Chanadino archiepiscopo Strigoniensi, Colocensi sede vacante et . . N(icolao) episcopo Agriensi existentibus.

A pecsét olajzöld selyemsodraton függ; a chyrographum alúl van. Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1537. 28. dipl. oszt. 4043. Közli: Kovács N.

148.

1349. máj. 19. A pécsi káptalan azon három falu határát Baranya vármegyében a Dráván innét, melyet Szőke Péter fia Bana és ennek fia Miklós, Zuglaki Fülpös fiának Filpénck cserébe adtak, megjáratja és erről bizonyságlevelet ad ki.

Nos capitulum ecclesie Quinqueecclesiensis . . significamus . . quod cum nos iuxta continenciam literarum . . Lodovici . . regis . . maiori sigillo suo consignatarum, unacum Nicolao de Silleud homine eiusdem domini nostri regis, nostrum hominem . . Johannem archidiaconum de Marchya socium et concanonicum nostrum ad reambulandum possessiones Becheu Bezthur et Zabou vocatas in comitatu Baranya iuxta fluvium Drave ex ista parte eiusdem fluvii habitas et existentes, per Bana filium Petri dicti Zeuke et Nicolaum filium eiusdem in concambium quarumdam possessionum magistri Philpe filii Philpus de Zuklak eidem magistro Philpe datas et concessas pro testimonio destinassemus, idem postmodum homo regius unacum predicto nostro testimonio . . nobis . . retulerunt, quod ipsi feria sexta proxima ante festum Ascensionis domini proxime nunc venturum ad facies dictarum possessionum Becheu Bezthur et Zabou nuncupatarum accessissent et easdem convocatis vicinis et commetaneis earumdem universis, specialiter autem magistro Stephano filio Beke de Boul, Ladislao filio Andree de Peturd et Stephano de Beremen et presentibus, per has metas reambulassent: quod prima incipit a fluvio Drave infra alveum seu meatum cuiusdam piscine Netechthoufuka dicte ubi est meta terrea, inde progreditur et vadit supra ad Zelyznefuka, ibi eciam est meta terrea ubi cadit in unam semitam, in qua semita vadit ad piscinam Palacha ubi eciam est meta terrea, inde per eandem semitam vadit ad piscinam Darolcha circa quam est meta terrea, inde in eadem semita procedendo pervenit ad capellam Becheu et per medium scindendo

cimiterium et capellam ipsam vadit per vicum eiusdem ville, transeundo villam pervenit in fine eiusdem ville ad dumum rekethyabukur ubi est meta terrea, exinde ad predictam piscinam Darolcha transeundo ipsam piscinam per medium et vadit circa Jaroufuk et pervenit ad arborem fyzfa sub qua est meta terrea, inde itur per unam viam ad locum Nogteluk dictum, inde per eandem viam proceditur ad piscinam Iskolth ubi est meta terrea, abinde ad partem meridionalem venit in eodem fluvio Iskolth ad locum ubi de ipso fluvio exit quedam piscina Horgastho dicta, et ab ipso loco in eodem fluvio Iskolth venit ad locum ubi predicta piscina Horgastho revertitur ad predictum fluvium Iskolth ad arborem thul in eadem aqua stantem, et in eadem piscina paulisper eundo exit de eadem per angulum eiusdem ad unam metam terream, inde versus meridiem eundo venit ad dumum Nogthourekethyebukur dictum et per medium eiusdem dumi venit ad foveam Rouazlyuk ad metam terream, deinde procedendo transit quandam viam versus meridiem et venit ad fluvium Ebes et circa eundem fluvium a parte meridionali ad metam terream circa eundem fluvium Ebes erectam, abhinc circa ipsum fluvium Ebes a predicta parte meridionali eundo veniret versus septemtrionem ad unum fok qui exit de predicta aqua Ebes, ubi esset meta terrea angularis, deinde transiendo ipso fok venit ad metam circa predictum fluvium Ebes erectam, que quidem tres mete totam ipsam aquam Ebes prefato magistro Philpe ad possessiones supradictas, terram autem aridam a parte orientali existentem Ladislao filio Andree ad possessionem suam Peturd vocatam et Stephano de Beremen ad eandem possessionem Beremen separant et distingunt, et abinde venit ad metas possessionis Henche, ibique terminantur. In quarum metarum reambulacione et distinccione nullus penitus contradictor exstitisset; retulerunt eciam iidem homines domini nostri regis et nostrum testimonium, quod universi vicini et commetanei, specialiter autem predicti magister Stephanus filius Beke, Ladislaus filius Andree et Stephanus de Beremen personaliter in facie dictarum possessionum comparentes, prenominatum magistrum Philpe in ipsorum vicinum et commetaneum recepissent et assumsissent, et in dominium dictarum possessionum

intromisissent, nullo penitus ex eisdem eidem magistro Philpe contradictore existente . . Datum feria tercia proxima ante festum Ascensionis domini, anno eiusdem Millesimo CCC^mo XL^mo nono.

Hátlapján pecsét töredékeivel ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 333. 12. dipl. oszt. 4044. Közli : Kovács N.

149.

1349. Eger, máj. 20. Az egri püspök vicariusa, Verezi Kövér Miklós fiának és Ládi Domokos leányának bizonyos leány-negyed iránt Ládi Domokos utódai ellen folyt ügyökben halasztást ad.

Nos magister Johannes archidiaconus Borsodiensis vicariusque . . N(icolai) . . episcopi Agriensis in spiritualibus generalis, damus pro memoria, quod nos causam imo verius idem dominus noster episcopus, que inter magistrum Johannem filium Nicolai dicti Kuuer de Verez et nobilem dominam relictam Simonis filii Bethlen de Numa et filiam Dominici de Lad Margit vocatam ut actores ex una, et Donch filium eiusdem Dominici ac Jacobum filium Johannis puerum de eadem Lad veluti ad causam attractos parte ab altera verti cepit coram nobis, a puncto peremtorie responsionis faciende, propter necessitatem infra declarandam, et quodam modo eciam de voluntate parcium, a presentibus octavis festi sancti Stanizlai martiris usque ad octavas nativitatis sancti Johannis Baptiste iam venturas, partibus iterato ad nostram presenciam duximus prorogandam, isto modo, quod quia preallegatus Jacobus filius Johannis in tenera etate ut prefertur est constitutus, pro eodemque memoratus Donch patruus suus secundum iuris scripti ordinem, ut tutor et curator debet respondere necessario, igitur si medio tempore predicte partes in dictis causis, utpote super quarta filiali eiusdem nobilis domine relicte Simonis et condam alterius domine ipsius magistri Johannis iam defuncte, per ordinacionem proborum virorum inter se poterunt concordare, bene quidem, alioquin prelibate partes in dictis octavis coram nobis comparere, idemque Donch tam pro se quam pro eodem puero filio fratris sui, ad obiecta eorumdem actorum

peremtorie respondere tenebitur. statu in forma literarum domini Pauli sacerdotis rectoris ecclesie de Mohy vicearchidiaconi nostri presens negocium tangente permanente. Commisimus eciam, ut pretaxati Donch et Jacobus super quodam simp(. . . . . .) iudicio ante responsionem ipsorum et partibus adversis satisfacere teneantur in octavis prenominatis, si secus (. . . . . .) duplum incursurus. Datum Agrie, in vigilia festi Ascensionis domini, anno eiusdem M° CCC° XL^mo nono.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1537. 27. dipl. oszt. 4045. Közli: Kovács N.

150.

1349. Buda, máj. 23. Erzsébet király Csetneki Péter szepesi alvárnagynak meyparancsolja, hogy a drauchi keresztesek praeceptorától elvett két lovat és készpénzt adja vissza, s annak jobbágyain jövőre ne hatalmaskodjék.

Elizabet . . regina . . fideli suo Petro de Chutnuk vicecastellano de Scepus salutem et graciam. Dicitur nobis in persona religiosi viri fratris Hugonis preceptoris domus cruciferorum de Drauch, quod tu ab ipso fratre Hugone unum equum et alterum equum, ac unam marcam et medium fertonem grossorum a quodam iobagione eiusdem indebite abstulisses, et quod maius, tam in eundo quam in redeundo descensus violentos tu et famuli tui super iobagionibus suis de dicta Drauch faceretis, plurimas alias iniurias et damna inferendo incessanter eisdem. Quare fidelitati tue firmiter ad districte precipiendo mandamus, quatenus predictos equos et alia predicta ablata ipsis fratri Hugoni et iobagionibus eiusdem reddas et restituas in specie et sine damno, descensus autem violentos facere et alias iniurias atque damna aliqua indebite inferre vel inferri facere non debeas fratri Hugoni crucifero et iobagionibus suis prenotatis, et aliud, sicut regiam et nostram graciam offendere formidas, non facturus. Datum Bude, feria secunda proxima post dominicam Letare, anno domini M° CCC° XL^mo nono.

ne eciam, quod de iudicio ipsorum te intromittere non
sen subiacent *tuo iudicio*. Datum ut supra.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. 1537. 26. dipl. oszt. 4034. Közli : Kovács N.

151.

1349. Brezovicha, máj. 27. Péter kemluki ispán és várnagy, bizonyos ügyben a feleknek halasztást ad.

Nos magister Petrus comes et castellanus de maiori Kemluk damus pro memoria, quod causam quam domina Precana consors Lucachii filii Thome, pro qua idem Lucachius maritus eius cum sufficientibus literis procuratoriis magistri Jacobi comitis Crisiensis astitit, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum tercia feria proxima post festum beati Urbani pape, contra Gregorium et Petrum filios Benedicti movere habebat coram nobis, ad peticionem nobilis domine consortis magistri Jacobi comitis Crisiensis, pro eo eciam quia in servicio domini nostri bani fuimus, ad quindenas tercie ferie proxime post diem reversionis nostre in Kemluk peremtorie duximus prorogandam. Dicimus eciam, quod idem Lucachius ipsam dominam Precanam consortem suam in factis potenciario possessionario et rerum (így) acturam indicavit. Datum in Brezrouicha sub castro Kemluk, secundo die termini antedicti, anno domini M° CCC^no^ XL^mo^ nono.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. 1747. 74. dipl. oszt. 4047. Közli : Kovács N.

152.

1349. máj. 28. A jászai convent előtt János fia László és Péter fiai Miklós s Lőrincz rozgonyi nemesek, udvarhelyeik fölött egymásnak szabad választást engednek.

Nos Paulus prepositus et conventus monasterii beati Johannis Baptiste de Jazou . . declaramus . . quod Ladislaus filius Johannis ab una, Nicolaus et Laurencius filii Petri parte ab altera nobiles de Rozgon in nostri presencia personaliter constituti, idem Ladislaus proposuit . . quod porcionem suam

ossessionariam, quam cum Petro et Nicolao (ac) Laurencio nnotatis in eadem possessione Rozgon in communi habuisset esidendo, ipsam porcionem suam sessionariam ob dileccionem raternitatis a sex annis retroactis sicut tunc ita et nunc epefatis Nicolao et Laurencio reliquisset . . pleno iure in eredes pacifice possidere; et e converso idem Nicolaus et Laurencius pretacto Ladislao filio Johannis in eadem possesione Rozgon, sive in aliis possessionibus iuxta libitum sue oluntatis, ubi residenciam vellet habere, eligendi unam sessionem liberam haberet facultatem, et eam similiter in heredes possidere . . Datum in octavis festi Ascensionis domini, anno eiusdem M^mo^ CCC^mo^ XL^mo^ nono.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 497. 9. dipl. oszt. 4048. Közli: Kovács N.

153.

1349. Somlyó-Vásárhely, máj. 30. A nádor által Veszprém vármegye részéről tartott közgyülésen az alnádor, Vörös Band fiát Istvánt, ki a király egyik szentgáli jobbágyát meglopta, meg nem jelenés miatt bírságolja.

Nos magister Deseu viceiudex . . Nicolai . . palatini et iudicis comanorum damus pro memoria, quod in congregacione generali eiusdem . . palatini universitati nobilium comitatus Wesprimiensis feria secunda proxima ante festum Penthecostes prope villam Apachavasarhel celebrata, Cosmas iobagio domini regis de Zentgal de medio aliorum consurgendo, proposuit tali modo, quod Stephanus filius Band rufi res suas quatuordecim marcas valentes in villa Verustou vocata potencialiter dominico die proximo ante festum beati Jacobi apostoli, cuius proxime adveniret revolucio annualis, abstulisset, qui quidem Stephanus filius Band non venit neque misit quinque diebus continuis dicte congregacionis per eundem Cosmam legitime exspectatus; unde eundem Stephanum filium Band rufi contra predictum Cosmam commiseramus in iudicio fore convictum si se racionabiliter non poterit excusare. Datum sexto die

dicte congregacionis, in loco antedicto, anno domini Millesimo CCC^mo XL° n(ono).

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

154.

1349. jun. 8. Az esztergomi káptalan jelentése Erzsébet királynéhoz a sághi prépost és convent Egegh nevü Hont vármegyei birtokán Szemerédi Lachk fiai által elkövetett hatalmaskodás megvizsgálásáról.

(Elizabeth) . . regine . . capitulum ecclesie Strigoniensis . . literas vestre excellencie . . (recepimus) in hec verba: Elizabeth . . regina . capitulo ecclesie Strigoniensis . . (exposuit) nobis . . Stephanus prepositus de Saagh capellanus noster sua et conventus dicti monasterii in personis, quod Michael filius Arnoldi officialis Nicolai et Pauli filiorum Lachk de Scemered in festo Annunciacionis virginis gloriose proxime preterito, ipso preposito in curia nostra existente, super villam predicti monasterii Saagh vocatam cum suis complicibus potencialiter veniendo officialem eiusdem ville Egegh ac famulum suum, necnon villicum de eadem per ictus sagittarum graviter vulnerasset, et eo non contentus, secundario quosdam iobagiones predicti monasterii in eadem villa Egegh in campo laborantes graviter vulnerasset et verberasset, demum iidem Michael et Paulus servientes similiter eorumdem filiorum Lachk temeraria presumcione inducti, quendam iobagionem dicti monasterii de Saagh more latronum invadentes, quatuor equos eiusdem iobagionis cum aliis rebus suis, item quatuor boves et tres equos iobagionis de Dalmad et quatuor boves iobagionum de Egegh predicta abstulissent, imo quinque iobagiones prefati monasterii de predicta Dalmad captivassent et adhuc in vinculis eorum tenerent captivatos, aliasque plurimas iniurias et damna non modica ipsi monastario de Saagh et iobagionibus eiusdem intulissent et inferrent incessanter, et insuper quandam particulam terre cum uno molendino intra metas dicte possessionis Egegh sepedictus Michael propria sua auctoritate

occupasset. Super quo fidelitati vestre precipiendo mandamus, quatenus cum Philippo de Mol(. .)e iuvene aule nostre et homine nostro, unum ex vobis virum idoneum transmittatis, qui accedentes, ab omnibus a quibus decet et licet, sciant et inquirant omnimodam veritatem, et rescita in premisso veritate, dicant eisdem Michaeli et Paulo familiaribus predictorum Nicolai et Pauli filiorum Lachk verbo nostro, ut super omnibus remissis et singulis premissorum ipsis preposito et conventui monasterii de Saagh et iobagionibus eorumdem impendant satisfaccionem, ac dictam particulam terre cum molendino et universis (rebus absque da)mno restituendo et ipsos quinque iobagiones de captivitate mittendo, qui si fecerint bene quidem, alioquin (. . . . . .) Michaelem et Paulum evocent ad presenciam nostram; iidemque homines noster et vester dicant eisdem, ut unacum (. . . . . .) homine nostro occasione qualibet non obstante in curiam vestram venire debeant et coram vobis (comparendo racio)nem reddere teneantur de premissis. Et post hec prout vobis veritas constiterit premissorum, ac ipsa(m e)vocacio(nem cum serie) tocius facti nostre maiestati fideliter rescribatis. Datum Bude, feria secunda proxima post festum Penthecostes, anno domini M° CCC^{mo} XL^{mo} nono. Nos igitur . . cum predicto Philippo homine vestro . . misimus . . Johannem decanum socium nostrum pro testimonio ad premissam inquisicionem faciendam; qui tandem . . retulerunt, quod omnia premissa per memoratos Michaelem et Paulum servientes prefatorum Nicolai et Pauli filiorum Lachk eo modo facta et commissa exstitissent, quo in tenore predictarum literarum vestrarum plenius continetur; sed facta inquisicione premissorum, predicti Michael et Paulus presente eodem homine nostro, boves et equos ablatos restituissent ac ipsos captivos de eorum captivitate remisissent, terram eciam per ipsos occupatam eidem ecclesie similiter resignassent; super molendino vero taliter respondissent, quod non per ipsos sed per dominos eorum ipsum molendinum ab eodem preposito fuisset ablatum, quod nullo modo sine scitu dominorum eorum restituere auderent, eo quod eis per dominos eorum ut premittitur esset assignatum; super aliis vero damnis et vulneribus iobagionum dicti prepositi nullam satisfaccionem impendissent,

Scivissent eciam, quod quendam capellanum ipsius prepositi de equo suo in terram proiicientes, equum suum abstulissent, et tamdiu in ablacione sua eundem detinuissent, quamdiu ipsis placuisset; insuper matrem dicti sacerdotis in platea de domo ad aliam domum transeuntem equorum ictibus enormiter pertractassent, que adhuc ex eadem percussione langueret. Et hec omnia a comite et iudicibus ac universitate nobilium comitatus Huntensis et aliis communibus hominibus in congregacione congregatis fore facta per eosdem rescivissent. Datum in crastino festi sancte Trinitatis, anno domini ut supra.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 51. 47. dipl. oszt. 4050. Közli: Kovács N.

155.

1349. Buda, jun. 18. Pál országbíró előtt Demeter váradi püspök, továbbá Szepesi Kulche fia Pál és társai kijelentik, hogy Szerepmonostora nevű birtok iránt folyt perüket egyezséggel fogják megszüntetni.

Nos comes Paulus iudex curie . . memorie commendamus, quod cum nos in octavis festi Pentecostes in sede nostra iudiciaria sedissemus et causales processus quorumlibet litigancium in statera equitatis partire cepissemus, Lucachius filius Jacobi pro magistro Paulo filio Kulche de Scepus domino suo . . ad nostram accedens presenciam, literas conventus sancti Stephani protomartiris de promontorio Waradiensi patentes, quarta feria diei medii Quadragesime in presenti anno confectas nobis presentavit, in quibus vidimus contineri seriose, quod . . Demetrio . . episcopo Waradiensi ab una, magistro vero Johanne filio Nikolai filii Budim vice et nomine magistri Pauli filii Kulche parte ex altera coram ipso conventu personaliter constitutis, per eundem dominum episcopum sponte confessum exstitisset . . quod licet ipse super facto possessionis Zerepmunustura vocate cum eodem Johanne filio Nicolai, Zouard et Benedicto filiis Andree ac magistro Paulo filio Kulche prenotato a multis temporibus in causa fuisset et tunc exstitisset,

tamen quia in facto eiusdem possessionis cum predictis Zouardo et Benedicto filiis Andree ac Johanne filio Nicolai haberet composicionem, ob hoc omnem acquisicionem quam racione premissa contra ipsum magistrum Paulum filium Kulche, eidem renunciando, pure et simpliciter relaxasset coram conventu prenotato; ita tamen, quod si illa composicio firma ac immobilis inter ipsum dominum episcopum et filios Andree, Johannem eciam filium Nicolai posset stabilire. Nos siquidem perlecto ipsarum literarum conventus sancti Stephani protomartiris de promontorio Waradiensi tenore, in premissorum rei testimonium literas nostras patentes duximus concedendas communi iusticia svadente. Datum Bude, duodecimo die termini supradicti, anno domini M° (CCC^mo^) XL^mo^ nono.

Hátlapján nagy pecsét töredékeivel; a keltezésből a »trecentesimo« kimaradt; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 856. 1. dipl. oszt. 4033. Közli: Kovács N.

156.

1349. Nagyvárad, jun. 26. Demeter váradi püspök, pestisben elhalt kalachai tizedszedőjének Babos Jánosnak telkét és szőlleit, hosszuaszói és tenkei tisztjének Nagy Benedeknek adományozza.

Nos Demetrius . . episcopus Waradiensis significamus . . quod cum potencia divina per pestem indicibilem anno in presenti sub anno domini M^mo^ CCC^no^ XL^mo^ nono emergentem multorum vitam temporalem fine inevitabili contulisset, et quondam Johannes Bobos filius Martini iobagio noster de vico Venecia vocato, exactor decimarum nostrarum de Kalacha, posita nobiscum racione, nobis racione dictarum decimarum nostrarum in quadraginta marcis denariorum debitor remansisset, et per eandem pestem debitum universe carnis persolvisset, nos ecclesiam nostram nolentes in damno dictarum quadragenta marcarum relinquere, cum de facultatibus seu rebus eiusdem cum quibus nos persolvi deberemur sciscitari cepissemus, res sue alie preterquam fundus suus in vico predicto Venecia vocato existens, et due vinee, quarum una in monte Vmlas, cui ex parte orientis vinea ecclesie de Bezermen et a plaga meridiei vinea Ladislai filii Stephani vicinantur,

alia vero in territorio Bihoriensi in monte supra Koachy adiacenti, cui ab oriente vinea Blasii filii Pauli et a plaga occidentis via de Byhor in Chatar transiens vicinantur situatur, reperte exstitissent, et per arbitrium proborum virorum extimacione condigna preeunte, iidem fundus et predicte vinee Johannis Bobos supradicti nobis pro triginta marcis statute et assignate exstitissent, nos volentes in recompensacionem serviciorum Benedicti magni filii Sebastiani officialis nostri de Huzyuozow et de Tenke nobis et ecclesie nostre ab antiquo exhibitorum, licet maiora meruisset, aliquali occurrere paternali cum favore, ipsum fundum Johannis dicti Bobos filii Martini cum vineis annotatis, eidem Benedicto magno officiali nostro perpetuo duximus conferendum, dantes eidem in vita vel in morte legandi donandi, vendendi ac quoquomodo alienandi facultatem .. Datum Waradini, feria sexta proxima ante festum sanctissimi regis Ladislai et confessoris, anno domini supradicto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. Pos. 61. 13. dipl. oszt. 4055. Közölve néhai Vincze Gábor másolataiból.

157.

1349. jun. 29. A győri káptalan előtt Budur fia Farkas, Bodolófölde nevü birtokát Komárom vármegyében, a Mayacski (Majki) prépost Szomód nevü- és Tulok Pál Agostyán nevü birtoka között, ez utóbbinak örök áron eladja.

Capitulum Jauriensis ecclesie .. ad universorum noticiam .. volumus pervenire, quod Farcasius institor filius Budur de Bodolowfeuldu de comitatu Kamaruniensi ex una, item Paulus dictus Tuluk filius Petri de Abustian nobilis de dicto comitatu Kamaruniensi ex altera, coram nobis personaliter constituti, per eundem Farcasium propositum exstitit .. in hunc modum, quod ipse totam possessionem suam Bodolowfeuldu vocatam, iure hereditario ipsum contingentem, in sepedicto comitatu Kamaruniensi existentem, inter villas Zomold prepositi de Mayachk, et Abustiam predicti Pauli dicti Tuluk, cum omnibus .. pertinenciis .. vendidisset .. sepedicto Paulo dicto Tuluk et per eum suis heredibus .. pro duodecim marcis

latorum denariorum viennensium, marcam quamlibet decem pensis computando .. perpetuo .. possidendam .. hoc non pretermisso, quod literas .. idem Farcasius quas .. haberet super dicta possessione Bodolowfeuldu vocata, cassas .. reddidit .. Datum in festo beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini M° CCC^mo XL^mo nono; dominis Briccio preposito, Mathia lectore, Georgio cantore et Petro custode ecclesie nostre existentibus.

A pecsét zöld és vörös selyemsodraton függ, a chyrographum az oklevél alsó szélén van. Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1509. 4. dipl. oszt. 4056. Közli: Kovács N.

158.

1349. jun. 30. A budai káptalan előtt Heccul zsidó neje Saba, Ó-Budán egy házat Simon kocsigyártónak elad.

Capitulum Budensis ecclesie .. ad universorum .. noticiam .. volumus pervenire, quod Saba mulier iudea uxor Heccul iudei, filia videlicet Mossul similiter iudei, pro se personaliter, vice et nomine dicti mariti sui ab una, et magister Simon carpentarius parte ab altera coram nobis consituti, eadem Saba mulier iudea pro se personaliter, vice et nomine sepedicti mariti sui .. est confessa eo modo, quod quandam domum lapideam cum sessione quondam Georgii dicti Zakalus, mediantibus aliis literis nostris pignori obligatam, et multis temporibus per usurarum augmentacionem, postmodum ordine iuris sibi et dicto marito suo perpetuo devolutam, ut hec Nicolaus et Paulban tunc iurati tam personaliter comparendo quam eciam mediantibus literis eorum inde confectis coram nobis declararunt, in Veteri Buda in vicinitate domus domine relicte Emerici existentem, cum omnibus suis attinenciis et edificiis in facie eiusdem sessionis existentibus, salvis iuribus aliorum remanentibus, et undique ad eandem de iure spectantibus, predicto magistro Simoni carpentario et per consequens domine Margarethe uxori et Clare filie eiusdem pro quatuordecim florenis aureis .. vendidisset .. possidendam .. literas autem nostras impignoraticias prememoratas, ex eo, quia ut

dixit casu accidente perdidisset, ubicunque essent, frivolas . . reddidit coram nobis. In cuius rei memoriam . . presentes literas nostras privilegiales, sigillique nostri munimine roboratas, alphabeto intercisas, iuxta confessionem predicte mulieris iudee, duximus concedendas. Datum secundo die festi beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini M° CCC^mo XL^mo nono; presentibus . . magistris Petro cantore, Johanne custode, Thoma, Ladislao, Emerico et aliis canonicis in eadem ecclesia nostra deo devote famulantibus.

A pecsét szederjes és piros selyemsodraton függ, a chyrographum felül szemlélhető; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. V. Budens. Monial. 18. 6. dipl. oszt. 4057. Közli: Kovács N.

159.

1349. jul. 3. A budai káptalan előtt a Ják nemzetségbeliek kötelezik magukat, hogy a Kakonya és Szentháromság nevű Somogy vármegyei birtokokra vonatkozó okleveleket Miklós tótországi bán unokáinak átadandják.

Nos capitulum Budensis ecclesie significamus . . quod Martino et Michaele filiis Tyak, Nicolao filio Kemen, et altero Nicolao filio Andree de genere Tyak de comitatu Castriferrei, ac Paulo filio Isyp de Sukurod de comitatu Simigiensi personaliter ab una, necnon Johanne filio Nicolai filii Nicolai quondam bani (tocius) Sclavonie pro se personaliter et pro Omodeo fratre suo uterino, cuius onus et gravamen ad se assummendo in hac parte totaliter, parte ab altera coram nobis constitutis, propositum extitit per eosdem communiter . . ut si predicti Johannes et Omodeus filii Nicolai possessiones Kakunya et Scenthtrinitas vocatas in dicto comitatu Simigiensi existentes, et vigore . . instrumentorum eorumdem nobilium de genere Tyak in forma litis per eosdem nobiles in parte ipsorum Johannis et Omodei filiorum Nicolai coram domino Nicolao . . palatino, contra Georgium filium Pauli dictum de Zakan, consortem, et filios ac filias suas exhibendorum, perpetua stabilitate possent et valerent reoptinere, tunc idem Johannes et Omodeus filii Nicolai quandam eorum possessionem Bolugd

vocatam in iamdicto comitatu Simigiensi habitam, cum omnibus suis . . pertinenciis, sub veris suis . . metis, eisdem nobilibus de genere Tyak pro huiusmodi iuvaminibus et perpetuacionibus iurium eorumdem Johannis et Omodei possessionariorum in dictis possessionibus Kakunya et Scenthtrinitas vocatis, ipsos nobiles de genere Tyak quoquomodo contingentibus, eisdem Johanni et Omodeo nostri in presencia factis et habitis, dare et perpetuare, moxque eisdem duabus possessionibus Kakunya et Scenthtrinitas in lite reoptentis eisdem resignare tenerentur, ac predicti nobiles de genere Tyak, ipsas possessiones Kakunya et Scenthtrinitas vocatas, nullo iure sibi de eisdem reservato, ipsis Johanni et Omodeo filiis Nicolai darent et perpetuarent in filios filiorum eorumdem possidendas, iidemque Johannes et Omodeus eosdem nobiles de genere Tyak, ab omnibus impetitoribus dicte possessionis Bolugd expedirent laboribus propriis et expensis, prout prenominati nobiles de genere Tyak se personaliter, et prenominatus Johannes filius Nicolai filii Nicolai quondam bani se similiter personaliter et Omodeum fratrem suum, cuius onus et gravamen si que contingerent in hac parte ad se assummendo, totaliter . . ad omnia premissa . . illesa observare ultronea coram nobis obligarunt voluntate. Datum feria sexta proxima post octavas festi nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini M° CCC^mo XL^mo nono.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a Kemény cs. ltárában, Vas megyében.

160.

1349. Beregszász, jul. 4. Bereg vármegye alispánja és szolgabirái előtt Benedek kuzuni szerzetes előterjeszti azon panaszát, hogy őt az Eszeniek főember szolgái Salamon és Battyán faluk között rablómódon megtámadták s mindenéből kifosztották.

Nos magister Thomas vicecomes magistri Morochuk et quatuor iudices nobilium comitatus de Beregh, damus pro memoria, quod Benedictus sacerdos de Kuzun coram nobis . . constitutus, per modum protestacionis significare curavit in hunc modum, quod Johannes dictus Mog famulus magistri

Thome filii Ladislai, et Ladislaus dictus Besenew famulus magistri Michaelis filii Ladislai, et Johannes filius Ladislai famulus Ladislai filii Ladislai de Ezen, die dominica proxima post nativitatem beati Johannis Baptiste, anno in presenti, in libera via procedente, inter villas Botyan et Salamon, latrocinaliter unum equum suum pey coloris quatuor marcas valentem, unam tunicam et tabernam duas marcas valentem, et unum breviarium octo marcas valentem recepissent. Datum in Loprechtzaza sabbato proximo post octavas predicti festi nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini M^mo^ CCC^mo^ XL^mo^ nono.

Papíron, zárlatán két pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban a Sóvári Soós cs. ltárában.

161.

1349. Eger, jul. 6. János borsodi főesperes és püspöki vicarius ítélete, melyben Puthnoki Veche Miklós fia János gyermekeit Vitézmező nevü birtokból járó leánynegyed miatt Vitézi László ellen támasztott követelésükkel elútasítja.

Nos magister Johannes archidiaconus Borsodiensis vicariusque . . N(icolai) . . episcopi Agriensis in spiritualibus generalis, significamus . . quod cum iuxta continenciam priorum literarum nostrarum seriem nostri iudicii declarancium, comes Ladislaus filius Laurencii de Vitez ad causam attractus, contra Petrum filium, Elenam filiam Johannis filii Nicolai dicti Veche de Puthnuk ex nobili domina filia quondam Lachk de Nadasd progenitos actores, in octavis festi nativitatis sancti Johannis Baptiste super eadem possessione Vytez nuncupata in comitatu de Sarus ut dicitur existenti, de qua prenominati Petrus et Elena nepotes dicti Lachk quartam filialem eiusdem domine matris ipsorum requirebant, coram nobis literalia instrumenta iuxta propriam suam assumcionem pro expedicione eiusdem quarte filialis coram nobis exhibere debuisset, adveniente ipso termino, Laurencius filius eiusdem Ladislai cum literis procuratoriis . . pro eodem patre suo astando, quoddam privilegium . . capituli dicte ecclesie Agriensis sub anno domini millesimo

ducentesimo octogesimo octavo confectum, inter ceteraque hoc declarans: quod olim Dionisius filius Bodun de genere Aba coram Omodeo tunc palatino personaliter comparendo, quandam possessionem suam Vytezmezew vocatam, astantibus sibi cognatis et propinquis suis, Lachk videlicet filio Nicolai filii dicti Aba, comite Petro filio Georgii, comite Bodun filio alterius Georgii et aliis nobilibus generacionis sue, ex permissione consensu voluntate et beneplacito eorumdem pro quarta filiali domine relicte comitis Merse, filie predicti Bodun sororis sue uterine, licet tamen eadem domina de substancia patris sui maioribus et amplioribus donis de regni consvetudine et iuris ordine mediante digna haberetur, magistro Benedicto filio eiusdem sororis sue dedit donavit tradidit et contulit iure perpetuo in antiquis suis metis cum omnibus suis iuribus et pertinenciis pacifice et irrevocabiliter possidendam, presente et vidente annotato Johanne filio Nicolai patre et procuratore eorumdem actorum, qui cum literis procuratoriis prescripti capituli ecclesie Agriensis pro eisdem pueris suis comparuit, nobis curavit exhibere. Quibus nos visis, perlectis, et partibus in sede nostra iudiciaria suo modo in materna lingua expositis, quia sepedictus Johannes filius Nicolai nullam efficacem excepcionem contra tenorem ipsius privilegii nostri in presencia facere poterat, et quia eciam nos ex serie prelibati privilegii, hoc, ut dictus Dionisius ipsam possessionem Vytezmezeu tunc nomine sue proprie possessionis dictis nobili domine sorori sue et magistro Benedicto filio eiusdem, pro expedicione quarte sue filialis nemine contradictore apparente contulisset, annotatusque Lachk filius Nicolai avus puerorum eorumdem actorum in alienacione prelibate possessionis memoratis donanti et acceptantibus benivolum consensum prebuisset, dictaque possessio mortuo ipso Dionisio filio Bodun nunquam postmodum ad eundem Lachk filium Nicolai generacionem et successorem preallegati Dionisii devoluta extitisset; ideo nos ex causis premissis unacum assessoribus nostris sepedictum Ladislaum filium Laurencii de Vytez ac suos heredes procreatos et procreandos ab huiuscemodi minus iuste impeticione eorum, actorum, iudiciaria auctoritate absolvimus requisicione *dicte* quarte filialis reddidimus exp-

ditos . . pretactis actoribus . . super premissa requisicione perpetuum silencium imponentes. Datum Agrie, sexto die termini prenotati, anno domini M° CCC° XL^mo nono.

Hátlapján pecsét nyomaival ; eredetije a N. Muzeumban.

162.

1349. Eger, jul. 6. János borsodi föesperes és püspöki vicarius előtt, Ládi Domokos fia Dancs és ennek unokaöcscse Jakab, Verezi Kövér Miklós fiát Jánost és Nyomári Bethlen fiának Simonnak özvegyét, négy márka birság erejéig hasonló értékü birtokkal elégítik ki.

Nos magister Johannes archidiaconus Borsodiensis vicariusque . . N(icolai) . . episcopi Agriensis in spiritualibus generalis, damus pro memoria, quod cum iuxta continenciam priorum literarum nostrarum obligatoriarum Donch filius Dominici de Lad et Jacobus filius Johannis filii eiusdem Dominici, magistro Johanni filio Nicolai dicti Kuuer de Verez et nobili domine relicte Simonis filii Bethlen de Nomar, in octavis nativitatis sancti Johannis Baptiste, terciam partem duodecim marcarum birsagiorum, in quibus pretaxati nobiles de Lad adversus dictos nobilem dominam et magistrum Johannem actores nostri in presencia in lite procedendo sunt convicti, eisdem actoribus coram nobis solvere debuissent, adveniente ipso termino, annotatus Donch filius Dominici pro se et pro eodem Jacobo filio Johannis presentibus et audientibus Blasio filio eiusdem Simonis, et Petheu filio Mykocha, procuratoribus videlicet pretactorum actorum, dixit: quod quia ipsi ad presens promtam pecuniam unde dictas quatuor marcas birsagiorum solvere possent penitus non haberent, ideo ipsi de quadam possessione eorum similiter Lad vocata, iuxta fluvium Sayou ut refertur existenti, ad extensionem prescriptarum quatuor marcarum decidendo, in specie dare vellent actoribus supradictis, et si prefata possessio eorum Lad ad totalem expedicionem dicti debiti forsitan se non extenderet, extunc ipsi defectum talis extensionis vel de alia possessione ipsorum supplere, vel cum pecuniaria solucione supplere presto essent

et parati. Et quia de huius regni consvetudine quilibet possessionatus dando possessionem in specie, a debitoribus suis se poterit expedire, igitur nos unacum assessoribus nostris admisimus iudicantes isto modo, quod sepedicti ad causam attracti in octavis festi Assumcionis beate virginis iam venturis coram hominibus nostris per nos tunc ad ista et ad alia negocia parcium peragenda destinandis, prefatam possessionem Lad, vel tantam partem ex eadem quanta pro totali expedicione dicti debiti se extenderet, in specie dare et assignare deberent eisdem actoribus perpetuo possidendam; quod si tunc secus facerent, extunc postmodum ipsum principale debitum ad duplum accresceret, et de possessione ipsorum aliquali similiter in specie pro octo marcis perpetuare tenerentur congruentem particulam terre actoribus supradictis, ad quod eciam faciendum se idem Donch et prefatum Jacobum puerum nepotem suum faciendum spontanea coram nobis obligavit voluntate. Datum Agrie, in octavis festi beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini M^mo CCC^mo XL^mo nono.

Papiron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1035. 7. dipl. oszt. 4058. Közli: Kovács N.

163.

1349. Szentimre, jul. 7. Péter erdélyi alvajda az erdélyi káptalant utasítja, hogy Besenyö nevü Kükülli vármegyei birtok negyedrészébe Tvedichi Jakab fiát Pétöt iktassa be.

.. capitulo ecclesie Transsilvane .. Petrus vicevoyvoda Transsilvanus .. Petheu filius Jacobi dictus de Iwegych dicit nobis, quod Johannes Thomas et Michael filii Chepani nobiles de sancto Paulo quartam partem cuiusdam possessionis ipsorum Beseneu vocate, in comitatu de Kukulleu adiacentis, pro sedecim marcis fini argenti cum dimidia, mediantibus privilegialibus literis vestris perpetuo sibi possidere contulissent, quam quidem quartam partem eiusdem possessionis Beseneu pro eisdem sex marcis argenti cum dimidia, sibi, ut premittitur, per Johannem Thomam et Michaelem filios ipsius Chepani

datam et perpetuatam, ab aliis tribus partibus eiusdem possessionis legitimis metarum distinccionibus separare et distinguere uiteretur. Super quo vestre discrecionis amiciciam . . requirimus . . quatenus receptis presentibus, vestrum mittatis hominem . . coram quo Pouch filius Petri vel Paulus de Deelleu altero absente homo noster, ad faciem predicte possessionis Beseneu accedendo, convocatis vicinis et commetaneis . . eandem quartam partem eiusdem possessionis Beseneu predicto Petheu filio Jacobi pro summa pretacte pecunie perpetuatam . . ab aliis tribus partibus eiusdem possessionis per metas . . separet et distingat, separatamque relinquat eidem Petheu filio Jacobi perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint . . ad nostram citet presenciam ad terminum competentem; post hec autem seriem ipsius possessionarie distinccionis et statucionis . . nobis amicabiliter rescribatis. Datum in sancto Emerico, tercia feria proxima ante festum beate Margarete virginis, anno domini M° CCC^mo XL^mo nono.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. dipl. oszt. 29682. Közli: Kovács N.

164.

1349. Buda, jul. 8. Tamás országbíró Csicseri Domokos fiait bizonyos bírság megfizetése alól fölmenti.

Nos comes Thomas iudex curie domini regis memorie commendamus, quod iudicia universa in quibus per nos Johannes et Stephanus, Nicolaus et Andreas filii Dominici filii Job de Checer super facto solucionum quamplurium marcarum contra quosvis homines tempore nostri et eciam comitis Pauli convicti fore iuxta continenciam literarum comitis Pauli condam iudicis curie regie ac nostrarum dinoscebantur, in octavis festi beati Johannis Baptiste nos placare debuissent, ad instantem peticionem Mathey de Panky et Johannis dicti Batur aliorumque bonorum hominum, ipsis duximus relaxandum, et vigore presencium eosdem Johannem et Stephanum, Nicolaum et Andream filios Dominici commisimus de ipsis iudiciis universis

nobis debentibus expeditos. Datum Bude, octavo die termini prenotati, anno domini M° CCC° XL^mo nono.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban, a Csicsery cs. letéteményében.

165.

1349. Buda, jul. 8. Tamás országbíró előtt, Loránd fia Tamás fiai János és Tamás, Csicseri Domokos fiait tizennyolcz márka tartozásuk megfizetéséről nyugtatják.

Nos comes Thomas iudex curie domini regis . . significamus . . quod cum Joannes et Stephanus, Nicolaus et Andreas filii Dominici filii Job de Checer, pro quibus idem Stephanus . . astando in octavis festi nativitatis beati Joannis Baptiste, Johanni et Jacobo filiis Thome filii Lorandi, iuxta continenciam literarum comitis Pauli condam iudicis curie regie modum et formam iudiciarie deliberacionis eiusdem exprimencium, super debitis decem et octo marcarum racionis Budensis persolvendarum se expedire debuissent, ipso termino adveniente, prenominatus Johannes filius Thome pro se personaliter, pro predicto autem Jacobo fratre suo cum procuratoriis literis . . comparendo coram nobis, super predicta summa pecunie quantitate satisfaccionem iuris ordine exspectante antedictus Stephanus filius Dominici iamdictam summam pecunie quantitatem ipso Johanni plene persolvit coram nobis. Super cuius debiti decem et octo marcarum solucione sepedictus Johannes filius Thome suo et predicti fratris sui nomine . . penitus et per omnia eosdem . . filios Dominici filii Job auctoritate presencium reddidit expeditos coram nobis. Insuper assummentes et obligantes se iidem Johannes filius Thome personaliter, pro predicto autem Jacobo fratre suo nomine procuratorio coram nobis, ut universas literas causales et iudiciales, tam tempore prefati Dominici filii Job patris prefatorum Johannis Stephani Nicolai et Andree, quam tempore eorumdem super predicta summa pecunie et eius gravaminibus quovis modo emanatas, sive in iudicio sive extra iudicium exponeret et exhiberet, casse et mortue fierent ipse litere et inanes; et si temporis in processu

dictam causam coram quovis iudice resuscitaret contra iam dictos . . filios Dominici filii Job, extunc ipse Johannes filius Thome et Jacobus frater suus in facto succubitus duelli potencialis convincerentur eo facto . . Datum Bude, octavo die termini solucionis prenotate, anno domini M° CCC^mo XL^mo nono.

* Hátlapján a pecsét nyomaival; eredetije az orsz. Itárban, a Csicsery cs. letéteményében.

166.

1349. Balassa-Gyarmat, jul. 11. Miklós nádor által Nógrád és Hont vármegyék részéről tartott közgyülésen Hont vármegye alispánjai, szolgabírái és az egész közönség bizonyítják, hogy Zalaba, Ata-Gyarmata, Ó-Bény és Génye nevü, Hont- Esztergom- és Bars vármegyei birtokok a szent királyok ideje óta Födémesi Miklós Jákó és Péter és ezek öseinek örökrészét képezték.

Nos Nicolaus . . palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium Neugradiensis et Hontensis comitatuum, feria secunda proxima post octavas festi nativitatis beati Johannis Baptiste prope villam Gyarmat celebrata, Nicolaus filius Nicolai de Fedemus et Ladislaus filius eiusdem de medio universorum nobilium personaliter consurgendo, proposuerunt tali modo: quod possessiones Zalaba et Atagyarmata vocate in comitatu Hontensi, item Obeen in Strigoniensi et Geen nuncupate in Borsiensi comitatibus adiacentes, unacum Jaco et Petro filiis Stephani fratribus suis patruelibus, a temporibus sanctorum regum incipiendo, eorum predecessoribus et ipsis semper titulo iuris hereditarii debuissent attinere, imo et nunc eodem iure et titulo hereditario ad ipsos deberent pertinere; et hoc vicecomiti, iudicibus nobilium, iuratisque assessoribus et universis nobilibus dicti comitatus Hontensis constaret evidenter; petentes nos, ut iidem vicecomes, iudices nobilium et iurati assessores ac universitas nobilium predictorum per nos legitime requisiti faterentur, qualem de premissis scirent veritatem; qui quidem vicecomes, iudices nobilium et iurati ad fidem eorum deo debitam et fidelitatem domino nostro re[g]

sueque sacre corone regie pro dicenda veritate et iusticia observanda, tacto vivifice crucis ligno nobis prestitam, ac universi nobiles dicti comitatus Hontensis, ad nostram requisicionem iuridicam omnia premissa . . modo omnino prenotato unanimi et concordi testificacione affirmarunt. In cuius attestacionis . . testimonium presentes nostras literas, nostro, pedictorumque vicecomitis et iudicum nobilium sigillis consignatas, eidem Nicolao filio Nicolai et aliis predictis . . duximus concedendas, iusticia exigente. Datum sexto die congregacionis nostre predicte, in loco antedicto, anno domini M° CCC° XL^mo nono.

Hátlapján hat pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban dipl. oszt. 26558. Közli: Kovács N.

167.

1349. jul. 15. A pozsonyi káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy Jakab pozsonyi bírót Miserd nevü Pozsony vármegyei birtokba beiktatta és annak határát is megjáratta.

. . Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie Posoniensis . . literas vestre excellencie . . recepimus in hec verba: Lodovicus . . rex . . capitulo ecclesie Posoniensis . . dicit nobis comes Jacobus index civitatis nostre Posoniensis . . quod ipse possessionem suam Myseer vocatam in comitatu Posoniensi in Chollokuz existentem, per nos sibi pro suis meritoriis serviciis mediantibus aliis literis nostris patentibus nunc de novo . . collatam, per distincciones . . metarum a possessionibus aliorum vicinorum et commetaneorum suorum separare vellet . . Quare fidelitati vestre . . damus in mandatis quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio . . quo presente Petrus filius Egidii de Choufolua vel Stephanus filius Bodolou de Kyralyfaia aut Peteu de Chollou aliis absentibus homo noster, presentibus vicinis et commetaneis dicte possessionis Myseer legitime convocatis ad faciem eiusdem accedendo, reambulet ipsam . . reambulatamque . . statuat ipsam prefato comiti Jacobo titulo premisse nostre nove donacionis perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores autem si qui fuerint, citet ipsos contra ipsum comitem Jacobum ad nostram presenciam ad terminum competentem. Et post hec seriem tocius facti . . nobis . .

rescribatis. Datum Posonii, tercio die festi Corporis Christi, anno eiusdem M° CCC^mo XL^mo nono. Quibus visis cum predicto Petro filio Egidii . . Thomam condam vicarium socium et concanonicum nostrum ad premissum . . mandatum exequendam misimus in testimonium; qui quidem Petrus . . retulit nobis, quod ipse die dominica proxima ante festum beate Margarete virginis et martiris super faciem dicte possessionis Miseer vocate accesserit, vicinis et commetaneis universis legitime convocatis et presentibus, ipsam possessionem Miseer per suas antiquas metas et veras reambulando et novas inter veteres ubi necesse fuerat erigendo, et quod ab aliorum possessionibus vicinis distinguendo, ipsam possessionem cum universis utilitatibus . . titulo premisse vestre nove donacionis ipsi comiti Jacobo et eius heredibus statuisset perpetuo possidendam. Mete autem dicte possessionis hoc ordine distinguuntur: primo in quadam terra que curia Petri dicitur, penes brachium Danubii sunt due mete, quarum una terram dicte ville Miseer, reliqua vero terram abbatis de Pilisio Huech vocatam separat et seiungit; postmodum ultra sunt duodecim mete post invicem iacentes usque ad terram Taronis, ubi sunt due mete angulares, quarum una terram dicte possessionis Myseer, alia vero terram ipsius Taronis distingit; dehinc tendit versus meridiem et post hec parum eundo est una meta, adhuc ulterius eundo sunt due mete, quarum una est angularis, que separat terram ville Merch a terra ville Myseer, ita quod aliqualiter tendit versus occidentem; adhuc parum eundo sunt due mete separantes ut priores, adhuc ultra iterum due, item iterum una meta noviter erecta circa unam latam viam, que ducit versus monticulum parvum, et iterum reflectitur ad meridiem, ita quod dividit terram ville Merch a terra ville Myseer; deinde procedendo parvum ultra sunt due mete, et magis ultra iterum due versus meridiem; dehinc ulterius proceditur, et penes viam que ducit versus villam Merch, sunt due mete separantes ut priores, et tendunt ad aliam viam; adhuc ulterius eundo sunt due mete, adhuc ultra pervenitur ad tres metas, quarum una ville Myseer, secunda ville Merc, tercia ville Tharchz, et tendit ad viam que ducit versus villam Tharchz, quam quidem viam homines dicte ville Tarchz communem esse astrixissent; adhuc

magis ultra girando est una meta, que separat terram Tarchz a terra ville Myseer, et ultra magis due separantes ut priores; illinc penes unum fossatum ubi est arbor sunt due mete, adhuc parvum eundo versus occidentem sunt due mete, et penes villam Tarchz sunt due mete, item circuendo dictam villam Tarchz sunt due mete, et retro ipsam villam Tarchz una, adhuc ultra parvum eundo a superiori parte eiusdem ville Tarchz est una; item circa quandam vallem est una meta; dehinc transeundo retro predictam villam Myseer, a plaga meridionali est una meta; dehinc itur ad tres metas, quarum una ville Myseer, secunda vero Tarchz et tercia ville Dyenes distinguit et seiungit; demum ultra villam transeundo dictum brachium Danubii veniretur ad quandam insulam, ubi essent pecorum pascua, et ibi reperte fuissent quinque mete distingentes villis Dyenes et Myseer, et plures invente non fuissent. His itaque peractis atque factis, dictam possessionem Myseer iuxta suas metas cum universis utilitatibus suis, ut premissum est, ut ad eam pertinentibus, scilicet cum insula Moruszigete et aliis insulis que ad ipsam pertinere dinoscebantur, statuisset perpetuo possidendam. Datum feria quarta, in die Divisionis Apostolorum, anno domini M° CCC° XL^mo^ nono ut supra.

I. Lajos királynak 1365. febr. 14-én »Stephanus filius quondam Jacobi iudicis Posoniensis fidelis aule nostre iuvenis in sua, item Pauli fratris sui uterini« kérelmére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ir. kincst. oszt. N. R. A. 620. 36. dipl. oszt. 4054. Közli: Kovács N.

168.

1349. Eger folyó mellett, jul. 15. Miklós nádor által Heves vármegyében tartott közgyülésen, Marczel fia Vak János, Bö, Bolk, Divény és Zaka nevü, Heves- Borsod- és Abauj vármegyei birtokait nővére gyermekeire, Malahi Czinege Miklósra és Györgyre átruházza.

Nos Nicolaus . . palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium comitatus de Heuesuyuar, feria sexta proxima ante festum Divisionis Apostolorum prope fluvium Agrie in

eodem comitatu celebrata, Nicolaus dictus Chynege filius Johannis de Malah de medio aliorum . . exsurgendo, nobis literas patentes capituli ecclesie Agriensis in octavis festi Assumcionis virginis gloriose in anno domini M° CCC^mo XL^mo primo emanatas demonstravit, in quibus inter cetera vidimus contineri, quod comite Johanne ceco filio Marcelli filii Iwan de (Buy) ab una, ac magistro Nicolao dicto Chynege filio Johannis de Malah pro se et pro Georgio fratre suo uterino parte ab altera, coram ipso capitulo . . constitutis, per eundem comitem Johannem cecum propositum exstitisset . . in hunc modum, quod quia iidem Nicolaus et Georgius filii sororis sue uterine sibi atunc in linea consanguineitatis pre ceteris connexi exstitissent, ipsique Nicolaus et Georgius ac domina soror sua Margareta vocata, sibi ope opere et consilio complacere et negocia sua subportare curavissent, obhoc ipse tum pro his et horum similibus, tum receptis ab eisdem filiis Johannis quadraginta marcis, tum eciam pro expedicione quarte filialis prefate domine sororis sue, ac eciam dotis et rerum paraphernalium condam domine matris sue, omnes porciones suas possessionarias in possessionibus Beu in comitatu de Heuesuyuar, item Bolk et Dyuiu in comitatu Borsodiensi, ac Zaka in comitatu de Abauyuar existentibus habitas . . predictis Nicolao et Georgio ac domine matri eorumdem sorori scilicet sue uterine ac ipsorum heredibus dedisset . . perpetuo possidendas. Quarum quidem literarum exhibicione facta . . memoratus Nicolaus filius Johannis nos in eo petivit . . ut id requiri . . in eadem congregacione nostra faceremus, utrum aliqui in facto premisse possessionarie porcionis in dicta possessione Bew habite sibi . . per predictum Johannem cecum . . collate, quitquam dicere et obviare haberent aut ne; cumque nos . . in eadem congregacione nostra hoc quampluries requiri et interrogari fecissemus . . ad ipsas plurimas . . requisiciones nullus super facto pretacte possessionarie porcionis in dicta Beu habite aliquo contradiccionis obstaculo eidem Nicolao dicto Chynege obviavit. Datum sexto die dicte congregacionis nostre, in loco prenotato, anno domini M° CCC^mo XL^mo nono.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kövecsesi Danes cs. ltárában.

169.

1349. Szihalom, jul. 16. Heves vármegye alispánjai és szolgabírái előtt István, a király magán jegyzőjének Istvánnak jegyzője, Bábai Szegény András fiával Istvánnal, Gilet fia János turóczi főispán jegyzőjével abban egyeznek meg, hogy a nevezett András fia István és Kun Péter közt fönforgott ügyet fogott bírák döntsék el.

Nos magister Johannes filius Alexandri vicecomes et iudices nobilium comitatus de Heuesuyuar memorie commendamus, quod magistro Stephano literato notario magistri Stephani specialis notarii domini regis ab una, item Benedicto filio Andree dicti Zegen de Baab cum procuratoriis literis domini . . palatini . . pro magistro Stephano literato fratre suo, notario magistri Johannis filii Gelety comitis de Turuch parte ab altera coram nobis personaliter constitutis, per eosdem propositum exstitit . . quod ipsi in causa, quam idem magister Stephanus filius Andree contra Petrum dictum Kun movere habere dinosceretur, arbitrio quatuor proborum et nobilium virorum se submisissent . . tali modo, quod quidquid iidem quatuor probi et nobiles viri, quorum duos una parcium, et alteros duos altera parcium adducet, feria quarta proxima post octavas beati Laurencii martiris nunc venturas coram capitulo ecclesie Budensis arbitrarentur, hoc ambe partes tenerentur acceptare; hoc per dictum magistrum Stephanum notarium eiusdem magistri Stephani assumto, quod si prefatus Petrus ipsum arbitrium non acceptaret, vel ipse videlicet magister Stephanus eundem Petrum ad ipsum arbitrium adducere et statuere non curaret aut non posset, extunc ipse scilicet magister Stephanus notarius dicti magistri Stephani, contra annotatum magistrum Stephanum notarium magistri Johannis filii Gelety in iudicio trium marcarum convinceretur eo facto . . Datum in Zenhalm, feria quinta proxima post festum Divisionis Apostolorum, anno domini M° CCC^mo XL^mo nono.

Papíron, hátlapján három pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1698. 63. dipl. oszt. 4059. Közli: Kovács N.

170.

1349. Eger folyó mellett, jul. 17. Miklós nádor előtt Heves vármegye alispánja és bírótársai a megye közgyülésén bizonyítják, hogy Kompold fia Péter fiának Istvánnak Rof nevü birtokán, a Tisza folyón, a révjog régi idők óta gyakoroltatott.

Nos Nicolaus . . palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium comitatus de Hevesviuar, feria secunda proxima ante festum Divisionis Apostolorum, prope fluvium Agrie in eodem comitatu celebrata, magister Stephanus filius Petri filii Kompoldi de medio universitatis consurgendo, proposuit eo modo, quod in possessione sua Raph vocata in fluvio Tycie existenti, ab antiquo tempore portus exstitisset, prout hec vicecomiti, iudicibus nobilium, iuratisque assessoribus predicti comitatus constaret evidenter; cumque nos eosdem vicecomitem, iudices nobilium, iuratosque assessores super premissis, ut qualiter eis premissorum veritas constaret fatercntur, requisitos habuissemus, iidem vicecomes, iudices nobilium et iurati assessores ipsius comitatus de Heues ad fidem eorum deo debitam, fidelitatemque domino nostro regi sueque sacre corone regie conservandam, pro dicenda veritate et iusticia observanda tacto vivifice crucis ligno prestitam, in predicta possessione ipsius magistri Stephani Raph nuncupata in fluvio Tycie existenti, ab antiquo tempore semper portum exstitisse unanimi et concordi testificacione affirmarunt. In quorum assercionis testimonium presentes nostras literas, nostro, vicecomitis ac iudicum nobilium comitatus prenominati sigillis consignatas duximus concedendas. Datum quinto die congregacionis nostre predicte, in loco antedicto, anno domini M° CCC^mo XL^mo nono.

Hátlapján a nádori pecsétnek és körülötte az alispán és a szolgabirák pecsétjeinek maradványaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 330. 17. dipl. oszt. 4060. Közli: Kovács N.

171.

1349. Neuburg, jul. 18. Guido pápai nuncius az öt megillető engesztelő áldozatoktól a pozsonyi és nagyszombati apáczákat fölmenti.

Guido miseracione divina tituli sancte Cecilie presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus, dilectis in Christo sororibus et conventibus monasterii in Posonio et in Tyrna, Strigoniensis dioecesis, salutem in domino. Vobis paterno compacientes affectu ac contemplacione serenissime principisse domine Elizabet regine Vngarie nobis in hac parte cum instancia supplicantis, partem procuracionum per vos nobis debitarum, vos pro presenti anno tangentem, tenore presencium relaxamus, vosque de eadem absolvimus et quietamus hac vice; mandantes . . archiepiscopo Strigoniensi, quod vos nomine nostro racione porcionis vos contingentis de procuracionibus ipsis de cetero molestare inquietet nullatenus vel molestet. In cuius rei testimonium presentes literas fieri fecimus et sigilli nostri appensione muniri. Datum apud Neuburgam Pataviensis dioecesis XV^to^ kalendas Augusti, pontificatus domini Clementis pape VI. anno octavo.

Az elveszett pecsét hártya szalagon függött; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Monial Tyrnav. 3. 44. dipl. oszt. 4061. Közli: Kovács N.

172.

1349. jul. 19. Az egri káptalan előtt Nekchei Miklós fia Denk, a Demeter kir. tárnokmester és ennek testvére Sándor után reá szállott javakból Megyes Radvány és Laachafalva nevü birtokokat, melyek Komlós nevü Sáros vármegyei főbirtokból szakadtak ki, Somosi György fia János fiára ruházza át.

Nos capitulum ecclesie Agriensis significamus . . quod magistro Denk filio Nicolai de Nekche nunc aule regie milite ex una, et magistro Ladislao filio Johannis filii Georgii de Somus pro se et pro Georgio Petro Nicolao Johanne Ivanka Stephano et Paulo fratribus suis parte ab altera, coram nobis personaliter constitutis, per eundem magistrum Denk . . pro-

positum exstitit . . quod licet ipse quasdam tres possessiones Medyes Raduanfalua et Laachafalua vocatas, per mortem Demetrii quondam magistri tavarnicorum domini regis Karoli . . et Alexandri fratris sui, patruelium scilicet suorum iam defunctorum, titulo successorio ad ipsum devolutas, nomine suorum iurium ignoranter possedisset et tenuisset; tamen quia ipse ex certa sciencia et plurimorum proximorum necnon consangvineorum suorum relacione, hoc, ut prescripte tres possessiones olim dicti Johannis filii Georgii de Somus exstissent, ipseque Johannes filius Georgii et per consequens prenominati filii sui in eisdem possessionibus maius ius, quam ipse et dicti predecessores sui habuissent et haberent, evidenter percepisset, ob hoc ipse tum ex causis premissis, tum ex eo, quia memorate tres possessiones ex quadam possessione capitali eorumdem filiorum Johannis filii Georgii Komlous nuncupata, in comitatu de Sarus ut dicitur adiacenti decise fuissent et haberentur, et maxime pro eo, ne per detencionem et iniquam occupacionem earumdem et sue anime et animabus memoratorum predecessorum suorum preiudicium generaretur et eterna salus derogaretur, diu et mature secum super hoc deliberando, pretactas tres possessiones cum earum . . pertinenciis restituisset . . in ius et proprietatem annotatorum filiorum Johannis filii Georgii proximorum suorum ac heredum eorumdem perennaliter et irretractabiliter possidendas . . nullum dominium . . amplius pro se et suis heredibus in eisdem reservando. Munimenta eciam sua seu literalia instrumenta si qua super eisdem haberet et habuisset, cassa . . relinquendo. . . Datum in dominica proxima ante festum sancti Jacobi apostoli, anno domini Millesimo CCC^{mo} XL^{mo} nono.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. osztályában. N. R. A. 1537. 29. dipl. oszt. 4062. Közli: Kovács N.

173.

1349. jul. 24. A budai káptalan előtt Pál fia Jakab, Kande nevü Pilis vármegyei birtokát Erzsébet királynénak száz márkáért eladja.

Capitulum Budensis ecclesie . . ad universorum . . noticiam . . volumus pervenire, quod Jacobo filio Pauli condam carpentarii domini regis personaliter ab una, et nobili viro magistro Andrea filio Kylyani castellano de Thyhon, vice et nomine . . Elizabeth . . regine . . parte ab altera coram nobis constitutis, per eundem Jacobum filium Pauli carpentarii confessum exstitit . . quod ipse quandam possessionem suam Kande vocatam, in comitatu Pilisiensi existentem, condam per . . Karolum regem . . prenominato Paulo carpentario patri suo, pro suis fidelibus serviciis . . vigoribus suarum literarum eficacissimarum in filios filiorum suorum perpetuo iure . . collatam, et a tempore collacionis eiusdem per eundem patrem suum et per consequens per ipsum et fratrem suum usque nunc possessam . . cum omnibus suis . . pertinenciis . . et aliis quibuslibet iuribus et proventibus, undique ad eandem de iure et sine preiudicio iuris alieni spectantibus . . sub suis certis metis et antiquis, sub quibus ipsa possessio ab antiquo exstitit possessa . . predicte domine Elizabet regine . . irrevocabiliter pro centum marcis compoti Budensis . . vendidisset . . possidendam; nullum ius dominii . . sibi vel suis successoribus de eadem possessione . . reservando, sed totum ius et dominium eiusdem in potestatem predicte domine regine iure perennali transferendo; assummendo nihilominus eandem dominam reginam ab omnibus suis cognatis et proximis . . non tamen ab aliis, racione predicte possessionis per ipsum vendite et specialiter racione dotis et rerum parorphanalium ac quarte filialis de eadem possessione iuxta regni consvetudinem provenire debencium . . molestare volentibus . . expedire . . et omnes literas suas . . super facto ipsius possessionis Kande vocate habitas ad manus ipsius domine regine assignasset, et quascunque reservasset et ubicunque et apud quemcunque essent, frivolas reddidisset . . Datum in vigilia festi beati Jacobi apostoli, anno domini M° CCC^mo

dictam causam coram quovis iudice resuscitaret contra iam dictos . . filios Dominici filii Job, extunc ipse Johannes filius Thome et Jacobus frater suus in facto succubitus duelli potencialis convincerentur eo facto . . Datum Bude, octavo die termini solucionis prenotate, anno domini M° CCC^mo XL^mo nono.

* Hátlapján a pecsét nyomaival; eredetije az orsz. Itárban, a Csicsery cs. letéteményében.

166.

1349. Balassa-Gyarmat, jul. 11. Miklós nádor által Nógrád és Hont vármegyék részéről tartott közgyülésen Hont vármegye alispánjai, szolgabirái és az egész közönség bizonyitják, hogy Zalaba, Ata-Gyarmata, Ó-Bény és Génye nevü, Hont- Esztergom- és Bars vármegyei birtokok a szent királyok ideje óta Födémesi Miklós Jákó és Péter és ezek öseinek örökrészét képezték.

Nos Nicolaus . . palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium Neugradiensis et Hontensis comitatuum, feria secunda proxima post octavas festi nativitatis beati Johannis Baptiste prope villam Gyarmat celebrata, Nicolaus filius Nicolai de Fedemus et Ladislaus filius eiusdem de medio universorum nobilium personaliter consurgendo, proposuerunt tali modo: quod possessiones Zalaba et Atagyarmata vocate in comitatu Hontensi, item Obeen in Strigoniensi et Geen nuncupate in Borsiensi comitatibus adiacentes, unacum Jaco et Petro filiis Stephani fratribus suis patruelibus, a temporibus sanctorum regum incipiendo, eorum predecessoribus et ipsis semper titulo iuris hereditarii debuissent attinere, imo et nunc eodem iure et titulo hereditario ad ipsos deberent pertinere; et hoc vicecomiti, iudicibus nobilium, iuratisque assessoribus et universis nobilibus dicti comitatus Hontensis constaret evidenter; petentes nos, ut iidem vicecomes, iudices nobilium et iurati assessores ac universitas nobilium predictorum per nos legitime requisiti faterentur, qualem de premissis scirent veritatem; qui quidem vicecomes, iudices nobilium et iurati ad *fidem* eorum deo debitam et fidelitatem domino nostro regi

sueque sacre corone regie pro dicenda veritate et iusticia observanda, tacto vivifice crucis ligno nobis prestitam, ac universi nobiles dicti comitatus Hontensis, ad nostram requisicionem iuridicam omnia premissa . . modo omnino prenotato unanimi et concordi testificacione affirmarunt. In cuius attestacionis . . testimonium presentes nostras literas, nostro, pedictorumque vicecomitis et iudicum nobilium sigillis consignatas, eidem Nicolao filio Nicolai et aliis predictis . . duximus concedendas, iusticia exigente. Datum sexto die congregacionis nostre predicte, in loco antedicto, anno domini M° CCC° XL^mo nono.

Hátlapján hat pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban dipl. oszt. 26558. Közli: Kovács N.

167.

1349. jul. 15. A pozsonyi káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy Jakab pozsonyi bírót Miséród nevü Pozsony vármegyei birtokba beiktatta és annak határát is megjáratta.

. . Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie Posoniensis . . literas vestre excellencie . . recepimus in hec verba: Lodovicus . . rex . . capitulo ecclesie Posoniensis . . dicit nobis comes Jacobus iudex civitatis nostre Posoniensis . . quod ipse possessionem suam Myseer vocatam in comitatu Posoniensi in Chollokuz existentem, per nos sibi pro suis meritoriis serviciis mediantibus aliis literis nostris patentibus nunc de novo . . collatam, per distincciones . . metarum a possessionibus aliorum vicinorum et commetaneorum suorum separare vellet . . Quare fidelitati vestre . . damus in mandatis quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio . . quo presente Petrus filius Egidii de Chonfolua vel Stephanus filius Bodolou de Kyralyfaia aut Peteu de Chollou aliis absentibus homo noster, presentibus vicinis et commetaneis dicte possessionis Myseer legitime convocatis ad faciem eiusdem accedendo, reambulet ipsam . . reambulatamque . . statuat ipsam prefato comiti Jacobo titulo premisse nostre nove donacionis perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores autem si qui fuerint, citet ipsos contra ipsum comitem Jacobum ad nostram presenciam ad terminum competentem. Et post hec seriem tocius facti . . nobis . .

rescribatis. Datum Posonii, tercio die festi Corporis Christi, anno eiusdem M° CCC^mo XL^mo nono. Quibus visis cum predicto Petro filio Egidii . . Thomam condam vicarium socium et concanonicum nostrum ad premissum . . mandatum exequendam misimus in testimonium; qui quidem Petrus . . retulit nobis, quod ipse die dominica proxima ante festum beate Margarete virginis et martiris super faciem dicte possessionis Miseer vocate accesserit, vicinis et commetaneis universis legitime convocatis et presentibus, ipsam possessionem Miseer per suas antiquas metas et veras reambulando et novas inter veteres ubi necesse fuerat erigendo, et quod ab aliorum possessionibus vicinis distinguendo, ipsam possessionem cum universis utilitatibus . . titulo premisse vestre nove donacionis ipsi comiti Jacobo et eius heredibus statuisset perpetuo possidendam. Mete autem dicte possessionis hoc ordine distinguuntur: primo in quadam terra que curia Petri dicitur, penes brachium Danubii sunt due mete, quarum una terram dicte ville Miseer, reliqua vero terram abbatis de Pilisio Huech vocatam separat et seiungit; postmodum ultra sunt duodecim mete post invicem iacentes usque ad terram Taronis, ubi sunt due mete angulares, quarum una terram dicte possessionis Myseer, alia vero terram ipsius Taronis distingit; dehinc tendit versus meridiem et post hec parum eundo est una meta, adhuc ulterius eundo sunt due mete, quarum una est angularis, que separat terram ville Merch a terra ville Myseer, ita quod aliqualiter tendit versus occidentem; adhuc parum eundo sunt due mete separantes ut priores, adhuc ultra iterum due, item iterum una meta noviter erecta circa unam latam viam, que ducit versus monticulum parvum, et iterum reflectitur ad meridiem, ita quod dividit terram ville Merch a terra ville Myseer; deinde procedendo parvum ultra sunt due mete, et magis ultra iterum due versus meridiem; dehinc ulterius proceditur, et penes viam que ducit versus villam Merch, sunt due mete separantes ut priores, et tendunt ad aliam viam; adhuc ulterius eundo sunt due mete, adhuc ultra pervenitur ad tres metas, quarum una ville Myseer, secunda ville Merc, tercia ville Tharchz, et tendit ad viam que ducit versus villam Tharchz, quam quidem viam homines dicte ville Tarchz communem esse astrixissent; adhu

magis ultra girando est una meta, que separat terram Tarchz a terra ville Myseer, et ultra magis due separantes ut priores; illinc penes unum fossatum ubi est arbor sunt due mete, adhuc parvum eundo versus occidentem sunt due mete, et penes villam Tarchz sunt due mete, item circuendo dictam villam Tarchz sunt due mete, et retro ipsam villam Tarchz una, adhuc ultra parvum eundo a superiori parte eiusdem ville Tarchz est una; item circa quandam vallem est una meta; dehinc transeundo retro predictam villam Myseer, a plaga meridionali est una meta; dehinc itur ad tres metas, quarum una ville Myseer, secunda vero Tarchz et tercia ville Dyenes distinguit et seiungit; demum ultra villam transeundo dictum brachium Danubii veniretur ad quandam insulam, ubi essent pecorum pascua, et ibi reperte fuissent quinque mete distingentes villis Dyenes et Myseer, et plures invente non fuissent. His itaque peractis atque factis, dictam possessionem Myseer iuxta suas metas cum universis utilitatibus suis, ut premissum est, ut ad eam pertinentibus, scilicet cum insula Moruszigete et aliis insulis que ad ipsam pertinere dinoscebantur, statuisset perpetuo possidendam. Datum feria quarta, in die Divisionis Apostolorum, anno domini M° CCC° XL^mo^ nono ut supra.

I. Lajos királynak 1365. febr. 14-én »Stephanus filius quondam Jacobi iudicis Posoniensis fidelis aule nostre iuvenis in sua, item Pauli fratris sui uterini« kérelmére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 620. 36. dipl. oszt. 4054. Közli: Kovács N.

168.

1349. Eger folyó mellett, jul. 15. Miklós nádor által Heves vármegyében tartott közgyülésen, Marczel fia Vak János, Bö, Bolk, Divény és Zaka nevü, Heves- Borsod- és Abauj vármegyei birtokait növére gyermekeire, Malahi Czinege Miklósra és Györgyre átruházza.

Nos Nicolaus . . palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium comitatus de Heuesuyuar, feria sexta proxima ante festum Divisionis Apostolorum prope fluvium Agrie in

eodem comitatu celebrata, Nicolaus dictus Chynege filius Johannis de Malah de medio aliorum . . exsurgendo, nobis literas patentes capituli ecclesie Agriensis in octavis festi Assumcionis virginis gloriose in anno domini M° CCC^mo XL^mo primo emanatas demonstravit, in quibus inter cetera vidimus contineri, quod comite Johanne ceco filio Marcelli filii Iwan de (Buy) ab una, ac magistro Nicolao dicto Chynege filio Johannis de Malah pro se et pro Georgio fratre suo uterino parte ab altera, coram ipso capitulo . . constitutis, per eundem comitem Johannem cecum propositum exstitisset . . in hunc modum, quod quia iidem Nicolaus et Georgius filii sororis sue uterine sibi atunc in linea consanguineitatis pre ceteris connexi exstitissent, ipsique Nicolaus et Georgius ac domina soror sua Margareta vocata, sibi ope opere et consilio complacere et negocia sua subportare curavissent, obhoc ipse tum pro hiis et horum similibus, tum receptis ab eisdem filiis Johannis quadraginta marcis, tum eciam pro expedicione quarte filiali prefate domine sororis sue, ac eciam dotis et rerum paraphernalium condam domine matris sue, omnes porciones suas possessionarias in possessionibus Beu in comitatu de Heuesuyua item Bolk et Dyuin in comitatu Borsodiensi, ac Zaka in comitatu de Abauyuar existentibus habitas . . predictis Nicolao Georgio ac domine matri eorumdem sorori scilicet sue uteri ac ipsorum heredibus dedisset . . perpetuo possidendas. Quarum quidem literarum exhibicione facta . . memoratus Nicolaus filius Johannis nos in eo petivit . . ut id requiri . . in eadem congregacione nostra faceremus, utrum aliqui in facto premisse possessionarie porcionis in dicta possessione Bew habite sibi .. per predictum Johannem cecum . . collate, quitquam dicere et obviare haberent aut ne; cumque nos . . in eadem congregacione nostra hoc quampluries requiri et interrogari fecissemus . . ad ipsas plurimas . . requisiciones nullus super facto pretacte possessionarie porcionis in dicta Beu habite aliquo contradictionis obstaculo eidem Nicolao dicto Chynege obviavit. Datum sexto die dicte congregacionis nostre, in loco prenotato, anno domini M° CCC^mo XL^mo nono.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kövecsesi Dancs cs. ltárában.

169.

1349. Szihalom, jul. 16. Heves vármegye alispánjai és szolgabírái előtt István, a király magán jegyzőjének Istvánnak jegyzője, Bábai Szegény András fiával Istvánnal, Gilet fia János turóczi főispán jegyzőjével abban egyeznek meg, hogy a nevezett András fia István és Kun Péter közt fönforgott ügyet fogott bírák döntsék el.

Nos magister Johannes filius Alexandri vicecomes et iudices nobilium comitatus de Heuesuyuar memorie commendamus, quod magistro Stephano literato notario magistri Stephani specialis notarii domini regis ab una, item Benedicto filio Andree dicti Zegen de Baab cum procuratoriis literis domini . . palatini . . pro magistro Stephano literato fratre suo, notario magistri Johannis filii Gelety comitis de Turuch parte ab altera coram nobis personaliter constitutis, per eosdem propositum exstitit . . quod ipsi in causa, quam idem magister Stephanus filius Andree contra Petrum dictum Kun movere habere dinosceretur, arbitrio quatuor proborum et nobilium virorum se submisissent . . tali modo, quod quidquid iidem quatuor probi et nobiles viri, quorum duos una parcium, et alteros duos altera parcium adducet, feria quarta proxima post octavas beati Laurencii martiris nunc venturas coram capitulo ecclesie Budensis arbitrarentur, hoc ambe partes tenerentur acceptare; hoc per dictum magistrum Stephanum notarium eiusdem magistri Stephani assumto, quod si prefatus Petrus ipsum arbitrium non acceptaret, vel ipse videlicet magister Stephanus eundem Petrum ad ipsum arbitrium adducere et statuere non curaret aut non posset, extunc ipse scilicet magister Stephanus notarius dicti magistri Stephani, contra annotatum magistrum Stephanum notarium magistri Johannis filii Gelety in iudicio trium marcarum convinceretur eo facto . . Datum in Zenhalm, feria quinta proxima post festum Divisionis Apostolorum, anno domini M° CCC^mo^ XL^mo^ nono.

Papíron, hátlapján három pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1698. 63. dipl. oszt. 4059. Közli: Kovács N.

170.

1349. Eger folyó mellett, jul. 17. Miklós nádor előtt Heves v megye alispánja és bírótársai a megye közgyülésén bizonyítj hogy Kompold fia Péter fiának Istvánnak Rof nevü birtokán Tisza folyón, a révjog régi idők óta gyakoroltatott.

Nos Nicolaus . . palatinus et iudex comanorum memo commendamus, quod in congregacione nostra generali univ sitati nobilium comitatus de Hevesviuar, feria secunda p xima ante festum Divisionis Apostolorum, prope fluvium Ag in eodem comitatu celebrata, magister Stephanus filius Pe filii Kompoldi de medio universitatis consurgendo, propos eo modo, quod in possessione sua Raph vocata in fluvio Ty existenti, ab antiquo tempore portus exstitisset, prout h vicecomiti, iudicibus nobilium, iuratisque assessoribus predi comitatus constaret evidenter; cumque nos eosdem vi comitem, iudices nobilium, iuratosque assessores super pr missis, ut qualiter eis premissorum veritas constaret fatereni requisitos habuissemus, iidem vicecomes, iudices nobilium iurati assessores ipsius comitatus de Heues ad fidem eoru deo debitam, fidelitatemque domino nostro regi sueque sac corone regie conservandam, pro dicenda veritate et iustic observanda tacto vivifice crucis ligno prestitam, in predic possessione ipsius magistri Stephani Raph nuncupata in fluv Tycie existenti, ab antiquo tempore semper portum exstitis unanimi et concordi testificacione affirmarunt. In quoru assercionis testimonium presentes nostras literas, nostro, vi comitis ac iudicum nobilium comitatus prenominati sigillis co signatas duximus concedendas. Datum quinto die congreg cionis nostre predicte, in loco antedicto, anno domini M° CCC XL^mo nono.

Hátlapján a nádori pecsétnek és körülötte az alispán és a szol bírák pecsétjeinek maradványaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. R. A. 330. 17. dipl. oszt. 4060. Közli: Kovács N.

171.

1349. Neuburg, jul. 18. Guido pápai nuncius az öt megilletö engesztelö áldozatoktól a pozsonyi és nagyszombati apáczákat fölmenti.

Guido miseracione divina tituli sancte Cecilie presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus, dilectis in Christo sororibus et conventibus monasterii in Posonio et in Tyrna, Strigoniensis dioecesis, salutem in domino. Vobis paterno compacientes affectu ac contemplacione serenissime principisse domine Elizabet regine Vngarie nobis in hac parte cum instancia supplicantis, partem procuracionum per vos nobis debitarum, vos pro presenti anno tangentem, tenore presencium relaxamus, vosque de eadem absolvimus et quietamus hac vice; mandantes . . archiepiscopo Strigoniensi, quod vos nomine nostro racione porcionis vos contingentis de procuracionibus ipsis de cetero molestare inquietet nullatenus vel molestet. In cuius rei testimonium presentes literas fieri fecimus et sigilli nostri appensione muniri. Datum apud Neuburgam Pataviensis dioecesis XV^to^ kalendas Augusti, pontificatus domini Clementis pape VI. anno octavo.

Az elveszett pecsét hártya szalagon függött; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Monial Tyrnav. 3. 44. dipl. oszt. 4061. Közli: Kovács N.

172.

1349. jul. 19. Az egri káptalan elött Nekchei Miklós fia Denk, a Demeter kir. tárnokmester és ennek testvére Sándor után reá szállott javakból Megyes Radvány és Laachafalva nevü birtokokat, melyek Komlós nevü Sáros vármegyei föbirtokból szakadtak ki, Somosi György fia János fiára ruházza át.

Nos capitulum ecclesie Agriensis significamus . . quod magistro Denk filio Nicolai de Nekche nunc aule regie milite ex una, et magistro Ladislao filio Johannis filii Georgii de Somus pro se et pro Georgio Petro Nicolao Johanne Ivanka Stephano et Paulo fratribus suis parte ab altera, coram nobis personaliter constitutis, per eundem magistrum Denk . . pro-

positum exstitit . . quod licet ipse quasdam tres possessior Medyes Raduanfalua et Laachafalua vocatas, per mortem D metrii quondam magistri tavarnicorum domini regis Kar . . et Alexandri fratris sui, patruelium scilicet suorum iam d functorum, titulo successorio ad ipsum devolutas, nomine su rum iurium ignoranter possedisset et tenuisset; tamen qui ipse ex certa sciencia et plurimorum proximorum necnon con sangvineorum suorum relacione, hoc, ut prescripte tres pos sessiones olim dicti Johannis filii Georgii de Somus exsti issent, ipseque Johannes filius Georgii et per consequen prenominati filii sui in eisdem possessionibus maius ius, quan ipse et dicti predecessores sui habuissent et haberent, evidente percepisset, ob hoc ipse tum ex causis premissis, tum ex ec quia memorate tres possessiones ex quadam possessione ca pitali eorumdem filiorum Johannis filii Georgii Komlous nun cupata, in comitatu de Sarus ut dicitur adiacenti decise fuis sent et haberentur, et maxime pro eo, ne per detencionem e iniquam occupacionem earumdem et sue anime et animabu memoratorum predecessorum suorum preiudicium generaretu et eterna salus derogaretur, diu et mature secum super hc deliberando, pretactas tres possessiones cum earum . . pert nenciis restituisset . . in ius et proprietatem annotatorum fili rum Johannis filii Georgii proximorum suorum ac heredu eorumdem perennaliter et irretractabiliter possidendas . . nu lum dominium . . amplius pro se et suis heredibus in eisde reservando. Munimenta eciam sua seu literalia instrumenta qua super eisdem haberet et habuisset, cassa . . relinquend . . Datum in dominica proxima ante festum sancti Jacob apostoli, anno domini Millesimo CCC^{mo} XL^{mo} nono.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1537. 29. dipl. oszt. 4062. Közli: Kovács N.

173.

1349. jul. 24. A budai káptalan előtt Pál fia Jakab, Kande nevű Pilis vármegyei birtokát Erzsébet királynénak száz márkáért eladja.

Capitulum Budensis ecclesie . . ad universorum . . noticiam . . volumus pervenire, quod Jacobo filio Pauli condam carpentarii domini regis personaliter ab una, et nobili viro magistro Andrea filio Kylyani castellano de Thyhon, vice et nomine . . Elizabeth . . regine . . parte ab altera coram nobis constitutis, per eundem Jacobum filium Pauli carpentarii confessum exstitit . . quod ipse quandam possessionem suam Kande vocatam, in comitatu Pilisiensi existentem, condam per . . Karolum regem . . prenominato Paulo carpentario patri suo, pro suis fidelibus serviciis . . vigoribus suarum literarum eficacissimarum in filios filiorum suorum perpetuo iure . . collatam, et a tempore collacionis eiusdem per eundem patrem suum et per consequens per ipsum et fratrem suum usque nunc possessam . . cum omnibus suis . . pertinenciis . . et aliis quibuslibet iuribus et proventibus, undique ad eandem de iure et sine preiudicio iuris alieni spectantibus . . sub suis certis metis et antiquis, sub quibus ipsa possessio ab antiquo exstitit possessa . . predicte domine Elizabet regine . . irrevocabiliter pro centum marcis compoti Budensis . . vendidisset . . possidendam; nullum ius dominii . . sibi vel suis successoribus de eadem possessione . . reservando, sed totum ius et dominium eiusdem in potestatem predicte domine regine iure perennali transferendo; assummendo nihilominus eandem dominam reginam ab omnibus suis cognatis et proximis . . non tamen ab aliis, racione predicte possessionis per ipsum vendite et specialiter racione dotis et rerum parorphanalium ac quarte filialis de eadem possessione iuxta regni consvetudinem provenire debencium . . molestare volentibus . . expedire . . et omnes literas suas . . super facto ipsius possessionis Kande vocate habitas ad manus ipsius domine regine assignasset, et quascunque reservasset et ubicunque et apud quemcunque essent, frivolas reddidisset . . Datum in vigilia festi beati Jacobi apostoli, anno domini M° CCC^mo

XL^mo^ nono. Presentibus . . magistris Petro cantore, Johanne custode, Thoma, Ladislao, Emerico, altero Ladislao decano, Petro, Michaele, Benedicto, ceterisque canonicis in eadem ecclesia nostra deo devote famulantibus.

Hátlapján pecsét töredékeivel; a chyrographum alúl szemlélhető; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. V. Bud. 24. 11. dipl. oszt. 4063. Közli: Kovács N.— A Kande birtokra vonatkozó azon okleveleket, melyeket Pál fia Jakab a fönt közölt oklevél szerint a királynénak átadott, a budai káptalan 1349. jul. 27-én írta át, melynek eredetije megvan az orsz. ltárban dipl. oszt. 3660.

174.

1349. Közép-Németi, jul. 31. Miklós nádor által Abauj vármegyében tartott közgyülésen Poháros Péter főispán Forrai Jakab fiát Jánost bevádolta, hogy ez Böödi Bothan fia Pethő özvegyének házát kirabolta, azonban midőn ez iránt a nádor a megye esküitt bíráit megkérdezte, ezek a főispán vádját alaptalannak és Forrai Jánost ártatlannak nyilvánították.

Nos Nicolaus . . palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium comitatus de Abavyvar, feria secunda proxima post festum beati Jacobi apostoli apud villam Kuzepnempty celebrata, magister Petrus dictus Paharus comes parochialis eiusdem comitatus de Abavywar de medio aliorum nobilium personaliter exsurgendo, proposuit tali modo, quod magister Johannes filius Jacobi de Forrou ad domum nobilis domine relicte Pethew filii Bothan de Byud personaliter veniendo, ostiis domorum eiusdem domine confractis, res iamdicte domine ad valorem centum marcarum de eadem domo sua abstulisset et auferri fecisset; et quia viduarum et orphanorum regni sua regia celsitudo protector esse ex officio sui regiminis deberet atque tutor, pro eo ipsius regie benignitatis providencia iniurias et damna predicte nobilis domine relicte Pethew filii Bothan vidue nolens inultas pertransire, imo huiusmodi iniuriosas temerarias presumciones in regno suo excrescere non valens, sed regii vindicaturi rigoris sentencia edoma-

cupiens, sibi, qui ex eiusdem regie serenitatis gracia comitatum ipsius provincie Abavywar gubernaret, de predicto nocturno spoliatore domus dicte nobilis domine relicte Pethew filii Bothan commisisset plenissimam et meram indagare veritatem; nunc autem, quia in ipso comitatu Abavywariensi, universitati nobilium eiusdem comitatus pro compescendis furibus latronibus ac quibuslibet malefactoribus exterminandis, necnon pro communi iusticia conservanda, generalem congregacionem sua regia auctoritate et eciam nostri palatinatus officii debito requirente celebraremus, et de talibus factis maliciosis sciscitari nos oporteret, idcirco a iudicibus nobilium iuratisque assessoribus ipsius comitatus de predicta nocturna spoliacione et rerum ablacione prefate nobilis domine ad fidei ipsorum sinceritatem et fidelitatem sacre regie corone conservari debendam, merissimam indagarentur veritatem; volentes itaque de premissis certissima veritate experiri, cum nos eosdem de premissis iuridice requisitos habuissemus, iidem iudices nobilium iuratique assessores de sede nostra iudiciaria per se ad partem exurgentes, et deinde moderato inter se habito consilio, ad nostram regressi presenciam, nobis retulerunt, quod quoscunque ipsi noxios scivissent et malefactores, illos nobis seriatim et suo modo revelassent et recitassent; ipsum vero magistrum Johannem filium Jacobi de Forro fide eorum mediante deo debita et fidelitate domino nostro regi sueque sacre corone regie pro dicenda veritate et iusticia observanda, tacto vivifice crucis ligno nobis prestita, ac universi nobiles prescripti comitatus de Abavywar, in premissis omnibus accionibus ipsius Petri innocentem penitus et immunem unanimi et concordi testificacione affirmarunt. In quarum assercionis testimonium presentes nostro predictorumque iudicum nobilium sigillis consignatas, eidem magistro Johanni filio Jacobi duximus concedendas. Datum quinto die congregacionis nostre predicte in loco antedicto, anno domini M° CCC^mo XL^mo nono.

Papiron, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. 1537. 30. dipl. oszt. 4065. Közli: Kovács N.

175.

1349. aug. 1. A garam-szentbenedeki convent előtt Parasai Miklós és Födémesi Jákó kinyilatkoztatják, hogy ez utóbbinak Parasa nevü birtokhoz semmi joga nincsen.

Nos conventus monasterii sancti Benedicti de iuxta Gron damus pro memoria, quod Nicolaus filius Nicolai de Parasa et Jakou filius Stephani de Fydymes nobiles de comitatu Hunthensi ut retulerunt, coram nobis personaliter constituti, per modum protestacionis proposuerunt eo modo, quod idem Jakou filius Stephani de Fydymes in possessione Parasa tempore suo nullum ius nec dominium habuisset, nec haberet in presenti, sed ipsam possessionem Parasa predictus Nicolaus filius Nicolai, cum utilitatibus suis possideret universis, salvo tamen iure alieno, ut nobiles plurimi comitatuum Borsiensis Hunthensis et Neugradiensis coram nobis personaliter constituti, protestati sunt ministerio vive vocis. In quorum protestacionis testimonium literas nostras memoriales ad peticionem predictorum sub sigillo nostro conscriptas concessimus emanatas. Datum sabbato in festo ad vincula beati Petri apostoli, anno domini M° CCC° XL^mo^ nono.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincsoszt. dipl. oszt. 28067. Közli: Kovács N.

176.

1349. Buda, aug. 10. Tamás országbíró az István királyi jegyző és Gyandai Miklós közt folyt ügyet elhalasztja.

Nos comes Thomas iudex curie . . damus pro memoria, quod causam quam magister Stephanus specialis notarius domini nostri regis, pro quo Stephanus literatus cum procuratoriis literis regalibus astitit, contra Nicolaum filium Gregorii filii Petri de Gyanda, pro quo Stephanus frater suus cum procuratoriis literis conventus de Hothuon comparuit, iuxta continenciam literarum comitis Pauli condam iudicis curie regie in octavis festi sancti Jacobi apostoli coram nobis m

vere habebat, volentibus parcium procuratoribus, ad octavas festi Epiphaniarum domini nunc venturas peremtorie sub priori statu duximus prorogandam. Datum Bude, decimo die termini prenotati, anno domini M° CCC° XL^mo nono.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1699. 64. dipl. oszt. 4068. Kivül: »de Heuesvwar« Közli: Kovács N.

177.

1349. aug. 19. A somogyvári convent előtt Lanchereth fiának Herbordnak fia Lőrincz, Némethiszeg nevü birtokot Arnold fia Mihály fiától Istvántól, húsz márkáért megveszi.

Nos conventus monasterii sancti Egidii de Simigio memorie commendamus, quod magistro Blasio filio Emerici pro magistro Laurencio filio Herbordi filii Lancherethy et Jacobo filio ipsius magistri Laurencii ab una, item Stephano filio Michaelis filii Arnoldi pro se personaliter et pro Georgio fratre suo cum procuratoriis literis nostris parte ab altera coram nobis constitutis, per eundem Stephanum in sua et dicti Georgii fratris sui personis propositum exstitit . . quod ipse et prefatus Georgius frater suus quandam possessionem ipsorum Nemethyzegh vocatam in comitatu Simigiensi in vicinitate possessionis dictorum magistri Laurencii et Jacobi filii sui Bork vocate existentem, cum omnibus suis . . pertinenciis . . pro viginti marcis compoti Simigiensis, prenotatis magistro Laurencio filio Herbordi et Jacobo filio suo pignori obligassent, et ipse Stephanus in sua et dicti Georgii fratris sui personis obligavit coram nobis, tali obligacione mediante, quod quousque predictam possessionem Nemethyzegh vocatam ab eisdem magistro Laurencio filio Herbordi et Jacobo filio suo pro dictis viginti marcis redimere poterint, eosdem magistrum Laurencium et Jacobum filium suum ac suos successores . . in dominio eiusdem possessionis ab omnibus molestare volentibus . . conservare tenebuntur . . Datum in vigilia festi beati Laurencii martiris, anno domini M° CCC° XXXX° nono.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

178.

1349. Sárospatak, aug. 15. Miklós nádor a Zemplén és Ung vármegyék részéről tartott közgyülésen, László fia Péter egyik dobrai jobbágya és Zerdahelyi Boksa fia Miklós fia közt egy ló elvitele miatt az utóbbinak esküt ítélvén, a nádor káplánjai jelentik, hogy ez az esküt harmadmagával letette.

Nos Nicolaus . . palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium de Zemlen et de Vngh comitatuum, feria secunda proxima ante festum Assumcionis virginis gloriose prope civitatem Patak celebrata, Michael filius Pauli iobbagio Petri filii Ladislai in Dobra commorans, de medio aliorum personaliter exsurgendo, proposuerat eo modo, quod Nicolaus filius Nicolai filii Baxa de Zeredahel, per Johannem dictum Kun famulum suum feria quarta proxima post festum beati Georgii martiris, cuius sexta preteriisset revolucio annualis, unum equum suum terciam dimidiam marcam valentem subtrahi fecisset; quo audito Fabianus serviens dicti Nicolai filii Nicolai pro eodem domino suo . . exsurgendo, eundem Nicolaum dominum suum in premissa accione prefati Michaelis filii Pauli innocentem . . fore allegarat. Et quia predictus Michael filius Pauli accionem suam supradictam nec literis inquisitoriis declarabat, nec humano testimonio comprobare assummebat, ideo unacum iudicibus nobilium iuratisque assessoribus dictorum comitatuum adiudicantes commiseramus, quod predictus Nicolaus filius Nicolai tercio se nobilibus se incluso super eo, quod in premissa accione dicti Michaelis innocens existeret . . quinto die congregacionis nostre predicte, scilicet feria sexta, coram nostris capellanis ad hoc deputatis sacramentum prestare teneretur. Tandem ipso termino deposicionis dicti iuramenti occurrente, prememoratus Nicolaus filius Nicolai premissum suum iuramentum cum suis condepositoribus dicti iuramenti, coram dictis capellanis nostris, prout per eosdem capellanos nostros ad hoc deputatos sumus informati, deposuit ut debebat, unde eundem Nicolaum filium Nicolai super premissis reddidimus expeditum tenore presencium me-

diante. Datum sexto die congregacionis nostre predicte, in loco annotato, anno domini M^mo CCC^mo XL^mo nono.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban, a Csicsery cs. letétemenyében.

179.

1349. Sárospatak, aug. 15. Miklós nádor által Zemplén és Ung vármegyék részéről tartott közgyülésen a szolgabirák és esküttek bizonyítják, hogy Rozgonyi László és Péter, Lonya nevü birtokukat Mikch bán fia Lóránt Kékmező nevü birtokától határjelekkel sohasem különítették el.

Nos Nicolaus . . palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium de Zemlyn et de Vng comitatuum, feria secunda proxima ante festum Assumcionis virginis gloriose prope civitatem Patak celebrata, magister Ladislaus de Rozgon sua et Petri filii Ladislai in personis de medio aliorum personaliter exsurgendo, proposuit tali modo, quod ipse et dictus Petrus cum magistro Lorando filio Mikch condam bani coram nobis super facto possessionis Lonya vocate in dicto comitatu Zemliniensi existentis in lite existerent, et prout ipsi percepissent, idem magister Lorandus contra ipsos tales literas exhibere vellet, ut ipsi predictam possessionem Lonya a possessione eiusdem magistri Lorandi Keekmezeu vocata, per metales distincciones separassent, cum tamen ipsi, videlicet Ladislaus et Petrus, postquam dicta possessio Keekmezew ad manus eiusdem Mikch bani devoluta exstitisset, nunquam ipsam possessionum eorum Lonya per metales distincciones cum ipso Mikch bano vel filiis suis separassent, et hec vicecomiti, iudicibus nobilium, iuratis assessoribus ac universis nobilibus predicti comitatus Zemliniensis constarent evidenter; petens nos cum instancia, ut iidem per nos requisiti, qualem scirent de premissis, faterentur veritatem; qui quidem vicecomes, iudices nobilium, iurati assessores per nos requisiti, ad fidem eorum deo debitam . . ac universi nobiles dicti comitatus, eosdem magistrum Ladislaum et Petrum nunquam cum ipso Mikch

bano vel filiis suis ipsam possessionem eorum Lonya a possessione Keekmezeu per metales distincciones separasse .. unanimi .. testificacione affirmarunt .. Datum sexto die dicte congregacionis nostre, in loco prenotato, anno domini M° CCC^mo XL^mo nono.

Hátlapján a nádor pecsétjének s körülötte öt kissebb gyürű pecsétnek nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 576. 37. dipl. oszt. 4069. Közli: Kovács N.

180.

1349. aug. 22. Erzsébet királyné Kandy nevü birtokot Pilis megyében, az általa megtelepitett klarissák kolostorának adományozza.

Elizabeth .. regina .. cum quia reginali excellencie ecclesias dei et precipue has, que per reginalem sublimitatem ad laudem et cultum divini nominis de novo fundantur, pro temporali regi sempiterno in eisdem iugiter famulancium sustentacione largifluis donacionibus et perpetuis possessionariis collacionibus pie et salutifere congruit decorare, proinde ad universorum .. noticiam .. volumus pervenire, quod nos premissa salubri inducte consideracione, claustrum de Veteri Buda per nos in honorem virginis gloriose ob firmam spem et sinceram devocionem, quam in ipsa intemerata virgine Maria plerumque gessimus et habemus, propter nostre et domini Karoli quondam sceptra regiminis dicti regni Hungarie felici in memoria gubernantis, consortis nostri karissimi animarum salutem atque refrigerium, pro salutifera sororum in habitu ordinali sancte Clare virginis deo et sacratissime eius genitrici devote obsequencium continua habitacione facienda divicius de novo fundatum, ut pro terrenis celestia et pro transitoriis sempiterna adipisci mereamur, infrascripta possessionaria donacione remunerare intendentes, quandam possessionem nostram Kandy nominatam in comitatu Pilisiensi habitam, olim per predictum .. Karolum regem .. magistro Paulo carpentario suo pro eiusdem fidelium serviciorum meritis perpetuo

traditam, demumque per . . Lodovicum . . regem filium nostrum . . eandem possessionem Kandi uxori et filiis eiusdem magistri Pauli carpentarii mediantibus suis regiis literis patentibus perennaliter possidere confirmatam, nuncque per Jacobum filium ipsius magistri Pauli carpentarii pro centum marcis plene per nostram maiestatem eidem in promtis denariis ad numerum Budensem persolutis, vigore literarum privilegialium . . capituli ecclesie Budensis, cum omnibus suis literalibus instrumentis super ipsa possessione Kandy habitis et confectis, nostre reginali maiestati iure perennali venditam . . cum omnibus suis . . pertinenciis . . quocunque nominis vocabulo vocitatis, in superficie eiusdem possessionis Kandy existentibus, sub eisdem metis et terminorum distinccionibus quibus eadem ab olim usque nunc habita exstitit et possessa, predicto claustro virginis gloriose de Veteri Buda, et per ipsum sororibus sancte Clare virginis iugiter deo et eius sacre genitrici famulantibus in eodem, nullo iuris seu proprietatis dominio amplius in eadem nobis reservato, cum omnibus literalibus instrumentis super eadem quoquomodo confectis . . donavimus et contulimus . . perpetuo et irrevocabiliter possidere et semper pacifice habere. Ut hec nostra donacio robur perpetue firmitatis obtineat, nec in futurum per quempiam possit in irritum retractari, presentes huic claustro beate virginis literas nostras privilegiales, autentici sigilli nostri duplicis munimine roboratas, in perennalem dicte possessionis conservacionem duximus concedendas. Datum per manus . . Johannis electi confirmati ecclesie Wesprimiensis, aule nostre cancellarii . . undecimo kalendas Septembris, anno incarnacionis dominice Millesimo trecentesimo quadragesimo nono.

A kettős pecsét kék és veres selyemszálakon függ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. V. Bud. 24. 2. dipl. oszt. 4072. Közli: Kovács N.

181.

1349. sept. 10. A kolozsmonostori convent előtt Jakab fiai Miklós és Mihály, Fizkuthi János mostoha atyjuk ellen előterjesztik, hogy ez anyjuk halála után Tehrehy és Tordalaka nevü Torda vármegyei birtokaikról összes marhaállományukat elhajtatta és anyjuk ingóságait és ruháit is elvitte.

Nos conventus ecclesie beate virginis de Clusmonustra damus pro memoria, quod accedentes ad nostram presenciam Nicolaus et Michael filii Jacobi de Techreh, nobis protestati sunt viva voce, quod cum Johannes filius Johannis de Fizkuth vitricus eorum, post mortem matris eorum, quando iam possessiones eorum ipso Johanni in nullo attinebant, nec pertinebant super possessiones eorum Tehrehy et Tordalaka vocatarum in comitatu de Torda existencium potencialiter venisset, ibique equaciam eorum quindecim cabellas et septem poledros continentem, triginta et sex boves, viginti et quatuor vaccas cum aliis pecudibus et scrofis capris et ovibus, in toto vel per totum centum et quatraginta in numero existentes abstulisset, et ex his non contentus, super domum eorum veniendo, scrinium predicte matris eorum in quo vestes et universa clinodia cum domina matre eorum donando tradita continebantur, deportasset, in quibus eisdem quinquaginta marcarum damnum argenti intulisset; ad cuius protestacionis seriem iidem Nicolaus et Michael nostras literas dari postularunt. Datum feria quinta proxima post festum Nativitatis virginis gloriose, anno domini M° CCC° XL^mo^ nono.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. dipl. oszt. 30115. Közli: Kovács N.

182.

1349. Temesvár, sept. 19. Miklós nádor által Temes vármegye közönségével tartott közgyülésen az alispán és bírótársai bizonyítják, hogy I. Károly király uralkodása alatt Lampert volt országbíró, János fiainak Tamásnak és Mihálynak, popdi nemeseknek, Kalanda nevü birtokát elfoglalta.

Nos Nicolaus . . palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod in congregacione nostra generali, universitati nobilium comitatus Temesiensis, feria secunda proxima post festum Nativitatis virginis gloriose prope Temesvar celebrata, quod (így) Thomas et Michael filii Johannis nobiles de Popdi, de medio aliorum personaliter exsurgentes, proposuerunt eo modo, quod magister Lampertus quondam iudex curie . . Karoli pridem regis . . quandam possessionem ipsorum Kalanda vocatam, in dicto comitatu Temesiensi existentem, indebite et culpis eorum non requirentibus occupasset; et hec vicecomiti, iudicibus nobilium, iuratis assessoribus ac universis nobilibus pretacti comitatus Temesiensis constarent evidenter; petentes nos cum instancia, ut iidem qualem scirent de premissis, faterentur veritatem; qui quidem vicecomes, iudices nobilium et iurati assessores ad fidem eorum deo debitam . . ac universi nobiles eiusdem comitatus per nos requisiti, prenotatam possessionem Kalanda dictorum filiorum Johannis per ipsum magistrum Lampertum modo premisso occupatam fore, unanimi et concordi testificacione affirmarunt. In cuius affirmacionis et assercionis testimonium presentes literas nostras patentes nostro et dictorum vicecomitis et iudicum nobilium sigillis consignatas, eisdem Thome et Michaeli duximus concedendas. Datum sexto die dicte congregacionis nostre in loco prenotato, anno domini M° CCC° XL^mo^ nono.

Hátlapján a nádor pecsétjének, és e körül az alispán és szolgabirák pecsétjeinek töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1537. 33. dipl. oszt. 4076. Közli: Kovács N.

183.

1349. sept. 25. A szepesi káptalan előtt Csicseri Miklós és fiai, Dubrava nevü Sáros vármegyei birtokban három udvartelket Chamar fiának elzálogosítanak.

Nos capitulum ecclesie beati Martini de Scepus . . significamus . . quod nobili viro magistro Nicolao filio Job de Chechyr de comitatu Zemliniensi pro se et . . pro Stephano et Paulo filiis suis ab una, ac Ladislao filio Egidii filii Chamaz pro eodem Egidio patre suo parte ab altera, coram nobis personaliter constitutis, per eundem magistrum Nicolaum confessum extitit . . quod tres sessiones seu curias de possessione sua Dubrawa vocata in comitatu Sarus adiacente, in fine ipsius a parte meridiei in linea a parte orientis adiacentes, cum omnibus . . pertinenciis suis . . predicto Egidio filio Chamaz pro quindecim marcis grossorum denariorum numeri Cassensis . . et pro solucione quorumdam iudiciorum gravaminum ac liberacione capitis sui, in proxime preteritis octavis festi Nativitatis virginis gloriose, domino palatino datis et assignatis, a proximo venturo festo sancti Michaelis archangeli, ad quintam revolucionem eiusdem festi sancti Michaelis archangeli de permissione proximorum et fratrum suorum pignori taliter obligasset . . quod idem Egidius, aut ipso de medio sublato Andreas, et post eos cui de iure debetur, infra dictam quintam revolucionem dictas curias tenere, et utilitates aut possessiones ad ipsas pertinentes possidere, et fructus eorum percipere possint libere et quiete, et quod non nisi in dicta quinta revolucione possint iidem magister Nicolaus et filii sui redimere easdem pro pecunia prenotata coram nobis; insuper idem magisterNicolaus assumsit, eundem Egidium, Andream filium suum, aut ad quem ipsum pignus de iure devolvetur, infra tempus redemcionis ab omnibus impetitoribus . . expedire et in eodem conservare, quod si facere nollet aut non possit, extunc dictam pecuniam quindecim marcarum, cum duplo ipsius, coram iudice, ad cuius examen in causam tractus fuerit, ipse aut filii sui in primo termino absque omni procrastinacione solvere . . teneantur Egidio aut Andree, vel quibus debebitur de iure; et nihilominus si iidem

magister Nicolaus aut filii sui in dicta quinta revolucione pignus predictum pro dicta pecunia redimere non possent, extunc elapsa dicta quinta revolucione, quandocunque poterint liberam habeant redimendi facultatem pro pecunia prefata. Datum feria sexta proxima ante festum beatorum Cosme et Damiani martirum, anno domini M^mo^ CCC^mo^ XL^mo^ nono.

Hártyán hátlapján kerek pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban, a Csicsery cs. letéteményében.

184.

1349. Buda, sept. 26. Tamás országbíró a Stefkfalvi Hannus fia Zonk és Vak Mihály között vitás Velchyne nevü Szepes vármegyei birtok határának ujabb megjáratására a szepesi káptatalant kiküldi.

.. capitulo ecclesie Scepsiensis . .comes Thomas iudex curie .. presencium serie declaramus, quod cum Johannes filius Martini de Kazmerfolua homo regie maiestatis presente Paulo presbitero testimonio vestro transmisso, inter alias possessiones ad faciem cuiusdam possessionis Wlchyne vocate in comitatu Scepsiensi existentis, quam Zonk filius Hannus de Stephkfolua suam fore et metarum ereccionibus plurimum indigere regie celsitudini propalari fecisset .. accedendo, eandem .. reambulando .. predicto Zonk filio Hannus .. statuere voluisset, et Petro filio Michaelis ceci in persona dicti patris sui a statucione medietatis dicte possessionis Wlchyne ipsi Zonk facienda, sibi testimonio vestro contradictoria prohibicione obveniente, eundem Michaelem cecum filium Nicolai ad octavas festi Epiphanie domini anno in presenti transactas, contra ipsum Zonk ad regie maiestatis presenciam, ut litere vestre nos informabant citavisset, et ipsa causa iuxta continenciam literarum .. comitis Pauli tunc iudicis curie regie racione prioritatis termini ad octavas diei Cinerum, et deinde volentibus partibus ad octavas festi beati Jacobi apostoli tunc sequentes, et abhinc favente cuncti potentis clemencia ipsoque domino nostro rege predicto honore iudicatus curie sue nostram personam sublimante, iuxta continenciam literarum nostrarum

ad reexhibicionem instrumentorum utrarumque parcium coram nobis exhibitorum, propter paucitatem nostrorum assessorum ad octavas festi Nativitatis beate virginis fuisset prorogata; tandem ipsis octavis . . occurrentibus, Jacobo literato filio Detrici in persona prefati Zonk filii Hannus patrui sui . . coram nobis astante, et instrumenta ipsius Michaelis ceci filii Nicolai reexhiberi postulante, ipse Michael cecus personaliter adherens, quasdam possessiones Jazormegy, Ponchfeulde, Wlchynepataka, Hennygpataka et Buhtehege vocatas in comitatu Scepsiensi existentes, in lite cum villico et populis de Mendzenth diucius coram dicto comite Paulo tunc iudice curie . . mota et ventillata nomine sui iuris reoptentas fore per exhibicionem privilegii eiusdem comitis Pauli, anno domini M° CCC° tricesimo septimo confecti, nullasque metas in se continentis declarans, quasdam literas predicti domini Lodovici regis patentes anno in presenti emanatas, tenorem literarum vestrarum anno domini M° CCC^mo^ quadragesimo confectarum . . Karolo quondam . . regi . . rescriptarum continentes presentavit; in quibus informabamur eo modo, quod Paulus aule regie iuvenis homo ipsius domini Karoli regis, presente magistro Demetrio concanonico et testimonio vestro, de ipsius domini Karoli regis precepto, prefatas possessiones dicti Michaelis ceci filii Nicolai, Ponchfeulde Jazarmegy et ad easdem pertinentes, quas ipse Michael cecus filius Nicolai iudiciario ordinis processu mediante in presencia dicti comitis Pauli tunc iudicis curie regie acquisivisset et optinuisset, in dicto comitatu Scepsiensi existentes . . statuisset sub metis in eisdem literis vestris et domini regis seriatim contentis prelibato Michaeli ceco filio Nicolai et per eum suis heredibus iure perpetuo possidendas, contradiccione cuiuslibet non obstante, promulgendo ibidem, ut si qui aut quid accionis haberent contra prefatum Michaelem, ad regiam presenciam deberent ipsum evocare. Qui quidem Michael cecus filius Nicolai post exhibicionem dictarum literarum ipsam dimidietatem possessionis Welchyne vocate, per ipsum ut premittitur inhibitam, intra dictas possessiones in ipsis literis vestris et regiis contentas adducere et sibi pertinere, dictoque Zonk filio Hannus in nullo attinere allegabat. In cuius contrarium dictus Jacobus literatus legitimus procurator prefati

Zonk filii Hannus quasdam literas vestras privilegiales, anno domini M° CCC^mo vigesimo septimo ante emanacionem predicti privilegii comitis Pauli iudicis curie regie et literarum domini regis et vestrarum dudum emanatas, nobis presentavit continentes, quod Nicolaus Detricus Zeurus et Zonk comites filii quondam comitis Hannus ex una parte, et Michael filius quondam Nicolai filii Obusk cum consorte sua Anna filia quondam Aba, et filiis suis Nicolao videlicet Petro Bartholomeo Matheo Stephano et Johanne ex altera coram nobis personaliter constituti, confessi fuissent . . quod cum racione quarumdam metarum inter possessiones Rogouch et Jazor sitarum inter ipsos fuisset exorta materia quescionis et diucius ventillata, tandem ex parte eorumdem filiorum Hannus arbitrio et composicione Nicolai filii Leuk et Bartholomei filii Pongracii, ex parte vero Michaelis et sue consortis ac filiorum suorum arbitrio et composicione comitis Petri filii Danus de Sygra et Dionisii filii Voythe, sedatis omnibus discordiis et sopitis usque tunc inter eos exortis, ad talem pacis et concordie devenissent unionem perpetuo duraturam, predictas metas inter easdem possessiones tali modo fore sitas concorditer referentes: quod prima meta inciperetur ubi rivulus Meelpataka vocatus caderet in aquam Wlchyne vocatam, et in eodem rivulo Meelpatak ascendendo exiret versus partem dexteram ad unum fontem in latere cuiusdam montis Swynecel vocati situm, a quo fonte ascenderet ad planiciem eiusdem montis ubi essent site due mete terree, quarum una distingeret predictis filiis Hannus, alia vero predicto Michaeli consorti et filiis eiusdem; a quibus terreis metis descenderet ad quandam paludem Bathnycha vocatam, et eandem recto tramite transiens paludem, ascenderet ad quendam fontem Danuskutha vocatum, a quo fonte flectendo se versus meridiem caderet in quandam viam antiquam . . Wolterutha vocatam, et in eadem via transeundo versus meridiem perveniret ad planiciem cuiusdam montis ubi essent due mete terree, quarum una distingeret eisdem filiis Hannus, alia vero Michaeli consorti et filiis suis memoratis; a quibus metis descenderet ad quandam viam antiquam, que a parte orientali separaret et distingeret eidem Michaeli, consorti et filiis eiusdem, a parte vero occidentali separaret et distingeret

filiis Hannus antedictis, et ibi mete predictas possessiones Rogouch et Jazor ab invicem distingentes terminarentur; preterea ambe partes coram vobis se obligassent, quod quecunque parcium assignacionem predictarum metarum per arbitrium . . predictorum . . virorum . . factam . . retractare niteretur, contra alteram partem . . in quinquaginta marcis remaneret . . quarum una pars arbitrariis (így) antedictis, due vero partes cederent iniuriam pacientibus . . Quarum literarum vestrarum . . perlectis continenciis, idem Jacobus literatus filius Detrici procurator prefati Zonk . . proponebat in hunc modum, quod predicte mete in ipsis literis vestris . . contente . . sub quibus premissam composicionem . . ipse Zonk cum ipso Michaele . . fecisse (. . . . . .) buisset, predictam possessionem Wlchyne a possessionibus ipsius Michaelis ceci filii Nicolai separarent . . et ipsa possessio Wlchyne predicto Michaeli ceco in nullo pertineret, nec aliquo tempore in dominio eiusdem extitisset, sed semper in eadem idem Zonk resedisset et nunc resideret. Unde quia prefatus Michael cecus . . iuxta formam predicti composicionarii privilegii vestri per procuratores dicti Zonk exhibiti, pluries per nos requisitus, nullius contradiccionis obstaculo obviabat, et ex eo de metis premissis tam in literis vestris privilegialibus quam regiis patentibus per partes nobis contra sese exhibitis volumus cercius informari, amiciciam vestram . . petimus . . quatenus vestros mitteretis homines . . quibus presentibus Arnoldus filius Arnoldi vel Jacobus filius Johannis dicti Kassan, sive Stephanus frater eiusdem aut Zekch de Kozmerfolua vel Georgius filius Corrardi de Gargou pro parte actoris, item comes Petrus filius Danus vel Dominicus frater eiusdem de Sygra sive Dionisius filius Voythe pro parte in causam attracti aliis absentibus homines domini regis, in octavis festi beati Georgii martiris nunc proxime venturis . . accedant, et primo ipso privilegio vestro per ipsum Zonk . . exhibito, ipsam possessionem Wlchyne per ipsas metas in ipso privilegio vestro contentas . . reambulent, et eas . . videant et considerant, et demum predictis literis domini nostri regis patentibus tenorem literarum vestrarum continentibus per prefatum Michaelem . . ibidem . . exhibitis, possessiones eiusdem Michaelis . . reambulent simul et invicem procedendo, et eas

bene et conscienciose .. considerent; si partes iuxta cursus metarum ipsarum in reambulacionibus dictarum possessionum concordes fuerint, tunc cuilibet parti suum ius relinquant pacifice possidere, si autem ipsum Michaelem .. aliquam particulam terre per predictas metas in literis regiis patentibus contentas intra metas predicti composicionarii privilegii vestri occupasse reperierint, vel si eedem mete bono modo et apparenter reperiri non poterint, sique partes in aliquo discordaverint, ipsam contenciosam terre particulam signis pro metis positis consignando vel regali mensurari si mensurari poterit mensurando, vel si.. non posset tunc visu considerando, unacum aliis probis viris estimet .. et post hec seriem premisse .. reambulacionis .. partes ad octavum diem dictarum octavarum beati Georgii martiris in literis vestris teneantur reportare, partibus siquidem liberam concessimus reformandi facultatem, dummodo nos iuxta extensionem gravaminis cause ipsarum de iudicio pacis velint complacare. Datum Bude, duodecimo die termini prenotati, anno domini M° CCC^mo XL^mo nono.

Papíron, zárlatán pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban, a Máriássy cs. ltárában.

185.

1349. Esztergom, sept. 28. Hildebrand paduai püspök és társa, Guido pápa nuncius részére Csanád esztergomi püspöktől négyszáz tizennégy arany forintot fölvesznek.

Noverint universi presentes literas inspecturi, quod nos Ildebrandinus episcopus Paulus et Lodovicus canonicus Laudunensis, procuratores in solidum reverendissimi patris domini Guidonis, tituli sancte Cecilie presbiteri cardinalis, apostolice sedis legati et domini nostri, recepimus a reverendo patre domino Chanadino archiepiscopo Strigoniensi dante solvente et numerante in extenuacionem maioris summe debite prefato domino legato pro procuracionibus eidem debitis per clerum exemtum et non exemtum ecclesie civitatis et dioecesis Strigoniensis, florenos auri quadringentos et quatuordecim, de quibus prefatum dominum archiepiscopum nomine

suo et predicti cleri sui recipiente, nomine supradicti domini legati totaliter liberamus absolvimus et quitamus, petendi recipiendi et exigendi residuam quantitatem reservata prefato domino legato et suis procuratoribus libera facultate, que quantitas soluta est et recepta pro primo et presenti anno legacionis prefati domini legati. In quorum testimonium presentes literas scribi mandamus et nostrorum sigillorum impressione muniri. Datum et actum Strigonii, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo nono, mense Septembri die XXVIII°, pontificatus domini Clementis pape sexti anno octavo.

Papíron, a szöveg allyán két viaszba nyomott pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Eccles. 4. 3. dipl. oszt. 4079. Közli: Kovács N.—V. ö. Fejér Gy. i. m. IX. 1. 689. l.

186.

1349. Szentimre, oct. 6. Péter erdélyi alvajda az erdélyi káptalant kiküldi, hogy Apor István és János fia Miklós között egyrészről, más részről Sándor fiai és társaik között, Pesulnuk és Szárazpatak nevü birtokokat oszsza meg.

. . capitulo ecclesie Transsilvane . . Petrus vicevoyvoda Transsilvanus . . noverit vestre discrecionis amicicia, quod cum Stephanus filius Apor et Nicolaus filius Johannis filii Apor Gregorium Nicolaum et Jacobum filios Sandur, Petrum filium Johannis, Ladislaum filium Stephani filii Paulus, Jacobum et Petrum filios Stephani dicti Fejer in facto divisionis possessionum Pesulnuk et Zarrazpatak vocatarum ad nostram presenciam in causam legitime attraxissent, tandem iidem filii Sandur et eorum proximi iam notati, cum eisdem Stephano filio Apor et Nicola filio Johannis ipsam divisionem possessionariam se velle facere coram nobis affirmarunt; super quo discrecionis amiciciam presentibus requirimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, coram quo Stephanus filius Ladislai homo noster, ipsam divisionem in predictis possessionibus Pusulnuk et Zarrazpatak vocatis, iuxta regni consvetudinem celebrando facere teneatur, porcionem eorumdem Stephani et Nicolai ipsis possidere perpetualiter

relinquendo; si qui autem de generacione eorumdem Stephani filii Apor et Nicolai filii Johannis ipsam divisionem acceptare non curaverint, contra eosdem ad nostram citet presenciam ad terminum competentem; et post hec seriem ipsius possessionarie divisionis, vel si expedit diem et locum citacionis, nomina citatorum et terminum assignatum nobis amicabiliter rescribatis. Datum in Sancto Emirico, in octavis festi beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCC^mo XL^mo nono.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. dipl. oszt. 29146. Közli: Kovács N.

187.

1349. Buda, oct. 13. Tamás országbíró és Keve vármegye főispánja utasítja Mikolai Andrást, hogy Csalka nevű birtok elfoglalása miatt perét azon egyén ellen kezdje meg, ki azt birtokában tartja.

Nos Thomas iudex curie . . et comes de Keue damus pro memoria, quod iuxta continenciam literarum comitis Pauli quondam iudicis curie regie, in octavis beati Michaelis archangeli (. . . . . .) luch pro Andrea de Mycula, cum procuratoriis literis conventus sancti Stephani prothomartiris de Promontorio Varadiensi in figura nostra iudiciaria comparendo, proposuit eo modo, quod Andreas de Strechee in vicinitate possessionis sue Arnolch vocate unam particulam terre de possessione Chalka decisam ipsi Andree de Mikola magistro quoque predicto Andree de Strece attinentem, titulo pignoris possideret, cuius facti racionem scire vellet ab eodem; ubi Stephanus filius Stephani pro eodem Andrea de Streche cum procuratoriis literis capituli Nitriensis astando, respondit, ipsum Andream de Strece nullam particulam possessionariam habere, neque apud eius esse asseruit manus, tales quidem, que predicto Andree de Mycula plus quam eidem Andree de Strechee attinerent, predicto modo possideret; unde parcium procuratoribus volentibus, commisimus mature deliberacioni eo modo, quod idem Andreas de Mykola factum dicte posses-

sionarie particule ex parte talis hominis qui eam habeat, iure mediante prosequatur. Datum Bude, octavo die termini prenotati, anno domini M° CCC^mo XL^mo nono.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. dipl. oszt. 4083. Közli: Kovács N.

188.

1349. Buda, oct. 15. Miklós nádor előtt Jakab fia Péter, Kokonya, Szentháromság, Sukoród, Oszivág és Surd nevü Somogy vármegyei birtokainak elfoglalásától a Ják nemzetségbelieket és Miklós bán fiait Omodét és Jánost inti és tiltja.

Nos Nicolaus . . palatinus et iudex comanorum damus pro memoria, quod dum nos in octavis festi beati Michaelis archangeli in sede nostra iudiciaria quorumlibet coram nobis litigancium causas iusto iudicii examine discuderemus (így), inter ceteros causidicos Petrus filius Jacobi ad nostram personaliter accedens presenciam, per modum protestacionis nobis significare curavit sua et aliorum fratrum suorum in personis, quod possessiones Kokanya, Scenthtrinytas, Sukoroud, Ozyuogh et Surd vocate predecessorum ipsorum extitissent, qui nunc per manus alienas indebite detinerentur occupate; cum tamen omni iusto titulo eis deberent de dictis possessionibus possessionarie porciones legitime provenire, unde universos dictas porciones ipsorum possessionarias occupatores et ad easdem se intromittere volentes, et specialiter Michaelem Martinum filios Thyak, Nicolaum filium Kemen, Johannem et Omodeum filios magistri Nicolai filii Nicolai condam bani ac alios quoslibet prohibuit contradicendo et contradixit inibendo (így) coram nobis. Datum Bude, decimo die octavarum predictarum, anno domini Millesimo CCC^mo XL^mo nono.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

189.

1349. Gyulafehérvár, oct. 20. I. Lajos király Oroszfai István selyki és megyesi alispánnak meghagyja, hogy Almakereki Gegus fiát, Lapus nevü birtokba, melyet a kaposi és balchydi vendégnépek elfoglaltak, iktassa be.

Lodovicus .. rex .. fideli suo magistro Stephano de Wruszfa vicecomiti de Seelk et de Mygges .. conqueritur nobis Johannes filius Gegus de Almakerek, quod populi et hospites nostri de Kapus et de Balchyd quandam particulam terre sue Lapus vocate, cum omnibus suis utilitatibus, intra metas possessionum suarum Wyfalu et Rudal vocatarum existentem et ad ipsas pertinentem occupassent, usui eorum applicantes minus iuste, super cuius remissione dictis populis pro eodem Johanne filio Gegus eciam prius nunciasse meminimus literis nostris mediantibus anuleo sigillo nostro consignatis; unde cum nos predictum Johannem filium Gegus pro suis serviciis et fidelitatibus nobis exhibitis, suis iuribus privari non velimus, fidelitati tue firmiter precipiendo damus in mandatis, quatenus cum homine capituli ecclesie Transsilvane, quem per ipsum presencium serie unatecum ad id transmitti iubemus, ad faciem ipsius terre Lapus vocate, intra metas ipsarum possessionum dicti Johannis filii Gegus existentem accedendo, convocatis populis dictarum villarum de Kopus et de Balchyd et aliis vicinis earumdem et ipsis presentibus, si dictam terram Lapus vocatam ad possessiones iamdicti Johannis pertinere et intra metas earumdem esse, per populosque de Kapus et de Balchyd minus iuste occupatas fore diligenti investigacione inveneris, tunc eandem cum omnibus suis utilitatibus recapias nomine iuris Johannis prenotati, factaque recaptivacione eidem Johanni statuas nostra auctoritate, eo iure quo ad ipsum dignoscitur pertinere perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores autem si qui fuerint, contra eundem ad octavum diem a contradiccione ipsorum evoces ad presenciam nostre maiestatis, racionem contradiccionis ipsorum reddituros. Et post hec seriem ipsius statucionis, vel nomina contradictorum et terminum assignatum idem capitulum ecclesie

Transsilvane fideles nostri in literis eorum nobis fideliter rescribere teneantur. Datum in terra Transsilvana, in Alba Jule, feria tercia proxima post festum beati Luce evangeliste, anno domini Millesimo CCC^mo^ XL^mo^ nono.

Hátlapján pecsét nyomaival, melynek helyén, valamint az oklevél alsó szélén e szavak olvashatók: »Relacio Andree filii Lochk.« Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Transs. I. G. 1. dipl. oszt. 4085. Közli: Kovács N.

190.

1349. Segesvár, oct. 29. A segesvári ispánok Iván mester birtokáról bizonyságlevelet adnak ki.

Nos comes Michael filius comitis Salamonis, necnon comes Michael, filius comitis Heningi de Bukbas, comesque Petrus filius comitis Witkonis comites castri Sches, universitas civium ac senior castri Sches et ad eos pertinentes protestamur fide mediante, quod territorium quod magister Iwanus filius Geguzthonis de medio collo requirit et postulat, quod de iure ipse possidet, a suis progenitoribus perenniter sine omni offensa possessum et perpetue debet possidere, quod scimus et a nostris progenitoribus audivimus certitudinaliter, quod profitemur una voce omnibus quibus expedit presentibus inspecturis. Datum in Castro Sches, anno domini M° CCC° XL^mo^ nono, feria quinta proxima post festum Simonis et Jude beatorum apostolorum.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Transsilv. 1. dipl. oszt. 4086. Közli: Kovács N.

191.

1349. nov. 4. A győri káptalan előtt Német-Szelestei Jakab fia Péter a Magyar-Szelestei Miklós fiától Istvántól zálogba bírt részt a szelestei nemeseknek visszabocsátja.

Nos capitulum (ecclesie Jauriensis) significamus . . quod (Petro) filio Jacobi de Nemethzeleste (. . . . . .) ab una,

et Stephano filio Nicolai de Magyarzeleste et Myke filio Laurencii de eadem pro se personaliter, et iidem Stephanus ac Myke pro Johan(ne . . . . . .) filii Mykoh et Paulo filii Sandur, item Emuch filio Sandur, Nicolao filio Bede, Petro filio Pousa, Petro filio Marias, Andrea filio Gywre (. . . . .) filio Iwanka et Matheo filio Martini, item Johanne et Georgio filiis Stephani, Johanne et Pethew filii Andree et Dominico filio Iwanka nobilibus de Zeleste in causam attractis . . coram nobis constitutis, per eosdem propositum extitit . . quod ipsi in causa inter eos super possessionaria porcione in eadem Magiarzeleste habita per Stephanum filium Nicolai predicto Petro filio Jacobi impignorata mota et suscitata, taliter inter se concordassent . . quod idem Petrus filius Jacobi prenotatam possessionariam porcionem litigiosam prenominatis Stephano et Myke ac aliis sociis eorum supranominatis perpetuo iure remisisset . . eo modo, quod ambe partes prenominatum Stephanum filium Nicolai in eadem possessionaria porcione usque vitam suam pacifice et sine molescia conservare tenerentur, et post obitum ipsius Stephani filii Nicolai iidem Stephanus et Myke ac alii socii sui prenotati, sedecim marcas, quamlibet marcam cum decem pensis viennensibus computando, in duabus partibus cum denariis promtis, in tercia parte cum estimacione condigna et nobili, in duobus terminis infradicendis in capitulo de Castroferreo predicto Petro filio Jacobi vel successori eiusdem solvere tenerentur tali modo, quod medietatem eiusdem pecunie supradicto modo post diem obitus ipsius Stephani filii Nicolai usque tres menses, et aliam medietatem post hoc similiter usque tres menses, primam sub pena iudicii si non solverent, secundam sub pena dupli dare et solvere tenerentur; et idem Petrus filius Jacobi omnes literas impignoraticias et alias super facto sepedicte possessionarie porcionis, quibus predictis Stephano Myke et aliis super facto predicto possessionarie porcionis movere vel contra eosdem litis materiam suscitare posset, frivolas et inanes reddidisset et reddidit coram nobis . . Datum quarto die festivitatis Omnium Sanctorum, anno domini M° CCC° XL° nono.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a Kisfaludi cs. itárában.

192.

1349. Buda, nov. 5. István erdélyi herczeg, Szepes földének és Sárosnak ura, Komlósi Pál birtokait, miután az ez ellen emelt testvér gyilkossági vád alaptalannak bizonyult, visszaadni rendeli.

Nos Stephanus dei gracia dux Transsilvanus ac dominus terre Scepsiensis et de Sarus, significamus . . quod licet ex relacione quorumdam hominum Paulum filium Andree dicti Cantor de Kumlows de comitatu Sarus predicto, fratricidam sui fratris nomine Chel iam defuncti intellexissemus, pro quo ut nostri ducalis incumbit officio, possessionibus suis et porcionibus possessionariis eundem Paulum per magistrum Nicolaum filium Briccii exspoliari facientes, pro nobis occupaverimus, tamen quia nobili domina relicta eiusdem Chel simul cum Stephano et Ladislao filiis suis personaliter nostram ducalem adiente presenciam et nobis supplicante, ipsum Chel non aliqua plaga vel ictu vulneris sed per viam vere naturalis infirmitatis et cursus informati ex hoc reperimus seculo migravisse, porciones possessionarias et possessiones dicti Pauli ubilibet modo quo supra occupatas, eidem Paulo filio Andree reddimus et restituimus possidendas; quo circa officialibus magistri Nicolai filii Briccii mandantes precipimus . . quatenus visis mox presentibus, possessiones et porciones possessionarias Pauli predicti pro nobis occupatas reddere debeatis eidem et resignare indemniter, dilacione et occasione quibuslibet proculmotis, aliud facere non audentes. Datum Bude, in festo beati Emerici ducis et confessoris, anno domini M^{o} CCC^{mo} XL^{mo} nono.

Hátlapján veres viaszba nyomott gyűrű-pecsét nyomaival, mely alatt e szavak olvashatók: »relacio Nicolai filii Briccii.« Eredetije a N. Muzeumban, a Soós cs. ltárában.

193.

1349. nov. 8. A budai káptalan jelentése I. Lajos királyhoz a Lukai Pál s a szerencsi apát- és Monaki Mihály birtokaik közt fekvő vitás hegyterület határának megjárásáról.

. . Ludovico . . regi . . capitulum Budensis ecclesie . . literas . . comitis Thome iudicis curie vestre sue iudiciarie

deliberacionis modum et formam exprimentes . . noveritis nos recepisse, et suis peticionibus . . in eisdem nobis porrectis . . annuentes, cum Ladislao de Voca pro Paulo filio Johannis de Luka et Petro de Geles pro . . abbate de Zerench et Michaele de Manak hominibus vestris ad hoc in serie predictarum literarum iudicis curie vestre deputatis, nostros homines . . Petrum cantorem ecclesie nostre ac Michaelem socios et concanonicos nostros ad ea que . . infra dicentur . . exequenda pro testimoniis duximus destinandos, qui demum . . retulerunt, quod in quindenis festi beati Michaelis archangeli proxime preteritis, ad facies predictarum possessionum Mazandia et Ond vocatarum in comitatu de Zemlen existencium, vicinis et commetaneis universis earum legitime convocatis et predictis Paulo filio Johannis actore ac . . fratre Egidio abbate de Zerench et Michaele de Monak presentibus accessissent, et primo easdem iuxta continenciam literarum . . per eundem Paulum filium Johannis illic in specie exhibitarum, per earum metas reambulassent eo modo, prout idem Paulus filius Johannis ostendisset, incipiendo a parte orientali a quatuor metis, quarum unam dictus Paulus filius Johannis suam fore dixisset, inde directe tendisset ad fluvium Zerench, abhinc ascendendo iuxta ipsum fluvium duxisset ad terram Maza, et ibi olim metam fuisse dixisset, sed quia ipsam possessionem Mazaondia ipse possedisset illam metam destruxisset, inde transiisset ipsum fluvium, duxisset ad terram abbatis, ubi dixisset quod teneret metam cum terra abbatis, inde circuendo montem et ipsum montem idem Paulus unum esse dixisset, sed abbas ac Michael de Monak duos fore affirmassent, inde circuendo eundem montem tendisset versus aquilonem, duxisset ad terram . . ad tres metas, quarum due erant antique et una nova, et unam antiquam metam suam fore affirmasset, et abhinc eundo versus montem ostendisset quatuor metas, tres antiquas et unam novam, quarum unam possessionis Ond dixisset, abhinc descendendo per quandam vallem ostendisset duas metas antiquas, quarum unam sue possessionis Ond dixisset, inde descendendo per montis circuitum (. . . .) dam vallis stricti ostendisset unam metam antiquam et ipsam suam fore dixisset, inde descendendo per eandem vallem strictam unam metam ostendisset,

quam sue possessionis Ond esse dixisset, in qua meta lapidea et una arbor piri fuissent seu essent, abhinc reflectendo versus partem aquilonalem ostendisset duas metas antiquas, quarum unam suam esse dixisset, abhinc descendendo duxisset ad predictum fluvium Zerench, inde procedendo per planiciem, transeundo ipsum fluvium, duxisset per eandem planiciem ad duas metas antiquas, quarum una separaret (....) Petrudi et alia a predicta possessione Ond, inde per eandem planiciem unam metam antiquam ostendisset, quam suam esse affirmasset, abhinc (. . . . .) duas metas (. . . . .) abhinc duxisset ad priores metas, reflectendo ostendisset quinque metas antiquas, quarum unam suam fore affirmasset, dehinc per eandem partem eundo ostendisset duas metas antiquas, abhinc tendendo duxisset ad priores metas. Demum iuxta continenciam literarum privilegialium . . capituli ecclesie Agriensis similiter per Paulum filium Johannis illic in specie exhibitarum, sic processisset metas possessionis Mazandia ostendendo Paulus prenotatus: primo incepisset a parte aquilonali a prima meta, ubi quamplures vie huc et hac essent discurrentes, tamen ibi metam fore non agnovissent, dixisset ibi idem Paulus filius Johannis, quod quia ipse ipsam possessionem Mazaondai possedisset et esset intra metas alterius sue possessionis Ond vocate, ideo ibi metam destruxisset, inde eundo ad partem meridionalem iuxta quandam viam unam antiquam metam ostendisset, et dixisset quod ipsa meta separaret possessiones Ond et Mazaondia ab invicem, et sic Mazaondia vicinaretur cum terra predicte possessionis Ond, abhinc eundo ad partem occidentalem ad fluvium Zerench, et ibi ipsum fluvium pro meta assignasset, dixisset eciam quod ibi uniretur cum terra abbatis de Zerench, abhinc tendendo ad quoddam fossatum et iuxta idem fossatum procedendo tendisset ad partem aquilonalem, et ad eandem partem per bonum spacium eundo et reflectendo ad partem orientalem, inde ad priorem locum unde iuxta prenotatas vias perambulare incepissent primo, et sic idem Paulus filius Johannis possessionem Mazaondia ab alia sua possessione Ond separasset. Post hec autem dominus abbas de Zerench et Michael de Monak porcionis dicte ecclesie de Zerench iuxta continenciam privilegii domini Bele regis, ut

premissum est, per Paulum filium Johannis ibi exhibiti, metas sic ostendissent: primo ostendissent unam metam, quam ut ipsi dicebant demonstrabat dictum privilegium et fuisset prope quinque metas predictas, deinde transeundo ad partem occidentalem unam metam ostendissent in qua essent lapides, et dixissent quod esset meta Zerench et Ond magni, quam prefatus Paulus filius Johannis prius dixisset metam Mazandia, inde eundo directe ad occidentem ostendisset iuxta viam metam antiquam, inde ad eandem partem unam metam novam, in qua dixissent fore antiquam, inde ad eandem ostendissent unam metam novam, in qua dixissent fore antiquam, abhinc ad eandem partem ad unam metam novam, deinde ad eam partem ad unam metam novam in qua dixisset fore antiquam, inde ad eandem partem ad unam metam novam, deinde ad eandem partem ad unam metam novam, ut dicebat iuxta antiquam, tamen nullam metam antiquam ibi considerare potuissent, deinde transivissent unam vallem, ad eandem partem ostendissent unam metam novam, inde ad eandem partem in latere cuiusdam montis ostendissent unam metam novam, iuxta quam dixissent antiquam, tamen non videbatur vero modo, deinde ad eandem partem ad unam metam novam, inde ad eandem ad unam metam novam, deinde ad unam metam (. . . . .) quodam monticulo inter montes litigiosos, et ibi iidem abbas et Michael dixissent, quod Lukasius a prima meta iuxta ostensionem ipsorum omnes metas antiquas, ut dictam metam in dicto monticulo existentem fecisset destrui, deinde eundo ad orientem ostendissent unam metam novam, circa quam essent due mete antique, inde ad eandem partem ad unam metam novam, circa quam essent tres mete antique, quarum una, ut dixissent, separaret possessionem Zerench et alia nova (. . . . . .) tercia (. . . . . .) possessioni Twis, ad quas eciam idem Paulus filius Johannis prius duxisset, deinde ad eandem partem ad unam metam novam, circa quam essent due mete antique, et dixissent ibi, quod ad partem sinistram esset terra Zerench, ad quas eciam metas predictus Paulus duxisset eosdem, abhinc idem Paulus ultro ire noluisset; inde ad partem aquilonalem ad unam novam metam ad quam una antiqua meta

t, quam a duabus partibus arassent, inde similiter ad

aquilonem ostendissent quatuor metas, quarum una esset nova, tres vero antique (. . . . . .) mete possessionis Zerench; demum iidem dominus abbas et Michael de Monak iuxta continenciam prenotati privilegii capituli ecclesie Agriensis per Paulum filium Johannis ibi in specie exhibiti (. . . . .) primo incepissent iuxta quoddam fossatum, ostendissent unam metam novam, quam dixissent fore metam Zerench et vicinari cum terra Maza, inde eundo versus aquilonem iuxta fluvium Zerench transeundo villam et ultra villam ostendissent duas metas (. . . . .) onis Mazandia, ad quas eciam predictus Paulus eosdem duxisset, et affirmasset esse metas Petrud, et ibi flecteretur ad partem orientalem et ibi in fine cuiusdam terre arabilis dixissent esse unam metam, quam ipsi (. . . . . .) metam (. . . . . .) quod predictus Paulus filius Johannis fecisset destrui, deinde versus meridiem ostendissent locum, unde idem Paulus incepisset perambulare, et dixissent locum mete Mazandia, inde reflectendo ad partem occidentalem ad unam metam (. . .) unde ad aliam metam novam priorem circa fossatum, ubi dixissent quod convicinaretur Mazandia cum Zerench et sic terminarentur mete prout partes predicte ostendissent. Quibus factis vicini et commetanei et quamplures alii remociores concorditer dixissent, quod montes essent separati ab invicem, quorum unus pertineret ad possessionem Zerench et vocaretur Kuuagoheg et semper ecclesia de Zerench possedisset, alter vero esset mons ad Ond pertinens et vocaretur Ondzeuloshege, et ipsi de Ond possedissent. Item alii duo qui se fore patronos ecclesie de Zerench affirmassent, dixissent eo modo, quod patres eorum pluribus annis patronatum dicte ecclesie de Zerench possedissent quam Michael de Monak, et scirent, quod mons ille esset unus et vocaretur Ondhege et semper illi de Ond pessedissent, item alii duo de Zemlenuar et tercius adhuc remocior vicinus dixissent, quod ipsi scirent, quod ille mons esset unus, sed quo nomine vocaretur nescirent. His autem omnibus peractis cum predictam possessionariam porcionem litigiosam presignatis metis per prenotatas partes assignatam et circumdatam prefato Paulo filio Johannis iuxta continenciam predictarum literarum iudicis curie vestre cum suis utilitatibus et pertinenciis ac molendinis statuere voluissent perpetuo possidendam, dominus

abbas de Zerench et Michael de Monak non a reambulacione sed a statucione racione commetaneitatis super predicta possessione Mazaondia prohibuissent. Demum cum eisdem commetaneis et aliis probis viris illic per partes convocatis, possessionem Nogond vocatam, aliquam particulam mensurando ex ea, et in toto visu considerando, ad novem aratra, item aliam possessionem Mazaondia vocatam, similiter visu considerando ad unum aratrum, terram autem inter partes litigiosam ad duo aratra cum dimidio estimassent, prout in literis capituli Agriensis estimata exstitisset. Datum in octavis festivitatis Omnium Sanctorum, anno domini M° CCC^mo XL^mo nono.

Papiron, több helyen olvashatatlan állapotban, innét a hézagok; zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1537. 34. dipl. oszt. 4087. Közli: Kovács N.

194.

1349. Déva, nov. 8. I. Lajos király az erdélyi püspököt, ki a királyt várába be nem eresztette, elfogatja és birtokaitól megfosztja.

Lodovicus . . rex . . prelatis, baronibus, comitibus, castellanis, nobilibus et aliis cuiusvis dignitatis et preeminencie hominibus . . quia episcopus ecclesie Transsilvane contra nostram maiestatem in notam infidelitatis incidit manifestam, in eo, ut nos in castrum ecclesie predicte, quam videlicet ecclesiam predecessores nostri olim illustres reges Hungarie beatarum recordacionum summis donis dotaverint, intromittere et intromitti facere presumcione temeraria recusavit, quod in nostri regii honoris et dignitatis non modicum detrimentum videtur redundare, ideo tam grande delictum ipsius impune pertransire nolentes, magistris Dominico dicto Machka filio Johannis de Zolyo, alteri Dominico filio Nicolai de Chaty commisimus, ut eundem captivando, nostre detineant maiestati; cuius quidem castra, possessiones, iura et universa bona ubique reperta pro nobis occupando; quapropter fidelitati vestre et quorumlibet vestrorum firmo edicto regio precipientes damus in

mandatis, quatenus nullus ex vobis in hoc dicto episcopo auxilio vel iuvamini assistere presummat, nec eisdem magistris utrique Dominico contraire et opponere audeat modo aliquali; imo si qui ex vobis per eosdem ad premissa requisiti fuerint, verbo nostro eosdem fovere consilio et auxilio assistatis ad dicta precepta nostra perficienda. Si qui vero ex vobis contra premissa aliquid facere attentaverint, perpetue infidelitatis notam se et suos successores noverint eo facto incursuros. Datum in D(ev)a, die dominico proximo ante festum beati Martini confessoris, anno domini M^mo^ CCC^mo^ XL^mo^ nono.

A kolozsmonostori conventnek 1350. sept. 28-án »magister Dominicus dictus Machka castellanus de Aranyas« részére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. dipl. oszt. 26373. Közli: Kovács N.

195.

1349. Buda, nov. 12. I. Lajos király Sáros vármegyei főispánját utasítja, hogy Cheel özvegyét, fiait, és sógorát Pált, birtokaikban megoltalmazza.

Lodovicus . . rex . . fideli suo Nicolao filio Donch famulo domini Stephani ducis fratris nostri karissimi, comiti de comitatu de Sarus salutem . . noveris quod nos nobilem dominam relictam Cheel, item Stephanum Andream et Ladislaum filios eiusdem domine, ac Paulum fratrem predicti Cheel levirum iamdicte domine, item possessiones famulos et iobagiones eorumdem necnon pertinentes ad eos universos, in nostram regiam recepimus proteccionem et tutelam specialem, et vice persone nostre tue commisimus proteccioni et tutele; quapropter fidelitati tue . . mandamus, quatenus predictam nobilem dominam et filios suos ac levirum suum prenominatos, item possessiones famulos iobagiones eorumdem, necnon pertinentes ad ipsos . . vice persone nostre regie ab omnibus indebite molestare . . volentibus . . tueri debeas, aliud facere non presummas; hoc idem iniungimus comitibus in ipso comitatu in futurum constituendis, firmis dantes eis in preceptis. Datum Bude, secundo die festi sancti Martini confessoris, anno domini M^mo^ CCC^o^ XL^mo^ nono.

Hátlapján veres viaszba nyomott gyűrűs pecséttel, mely alatt e szavak olvashatók: »relacio Ladislai Sows.« Eredetije a N. Muzeumban a Sóvári Soós cs. ltárában. Ugyanott megvan hasonló kelettel a királynak az ország összes hatóságaihoz intézett parancsa, hogy Komlósi Pál dolgában István herczeg parancsának engedelmeskedjenek.

196.

1349. Buda, nov. 26. I. Lajos király Galgócz várát s tartozékait, Kont Miklósnak, Nyitra-Vas-Sopron-Bars és Varasd vármegyék főispánjának és testvérének Lőkösnek adományozza.

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod nos attendentes immensissima servicia et fidelitatis constanciam magistri Nicolai filii quondam magistri Laurencii sclavi magistri scilicet pincernarum nostrorum, comitis Nitriensis Castriferrei et Supruniensis, Borsiensis ac Worosdiensis, dilecti et fidelis nostri, quibus idem nostre maiestati laudabiliter a toto tempore sue puericie continue et sine intermissione lateri nostro adherendo multipliciter studuit complacere, que omnia licet recommendacione digna propter tediosam scripti prolixitatem nequeamus suo modo enarrare, ea tamen que cordi nostro striccius insident, in cuius et successorum suorum recommendabilem memoriam silencio nolumus pertransire, quia cum miserabilem quondam excellentissimi principis domini Andree Jerusalem et Sycilie regis fratris nostri karissimi necem fere omnibus christiane fidei cultoribus patenter notam et eiusdem fratris nostri mortem nostrum cor indicibili amaritudine amplectentem, dei adiutorio mediante vindicare debuissemus, ipsum magistrum Nicolaum bone indolis et laudabilis prudencie iuvenem, militem aule nostre, nobis utique dilectum et fidelem, ad vindicandum ipsius fratris nostri sanguinem innoxium suam propriam supplicativam ad ammonicionem transmisimus, qui magna et honesta familiarium cum commitiva in regnum Sycilie quondam dicti fratris nostri celeri egressu perveniens, totum ipsius regni Sycilie statum, humanitate sua et discrecione propria continuis preliorum aggressibus, proximorumque et serviencium suorum bonorum interemcionibus,

sanguinum effusionibus et dimembracionibus reformavit, et eo plene reformato, nobis tandem personaliter illic properantibus, idem regnum Sycilie cum pleno sui iuris dominio, in nostras manus regias in statu pacifico assignando nostre subiugavit potestati, imo pociorem fratris nostri interemtorem simul cum iniquis eiusdem consultoribus captum, ad decollandum premissique nefandissimi perpetrati criminis summendum ulcionis iudicium, nostras in manus induxit, mulieremque Johannem viricidam, perfusione innoxii sanguinis domini et mariti sui naturalis fratris nostri ream, simul cum Lodovico nunc marito suo, in partes alienas vagabundos auffugavit, et eo de ipsis partibus transmarinis nostra propria et benivola ex adduccione nobiscum repatriante, magistrum Lewkus fratrem suum, unacum domino Stephano voyvoda Transsilvano nostro fideli et dilecto speciali, in dictum regnum Sycilie nobis et regno nostro fideliter famulandum, ipsumque regnum nostra in persona gubernandum, duximus deputandum, qui eciam, ut ex continua eius domini Stephani voyvode fideli literatoria rescripcione percepimus, fideles in omnibus et placibiles nobis et toti regno nostro exhibuit, et ut procul dubio speramus, in futurum exhibebit famulatus; pro tot et tantorum eorumdem magistrorum Nicolai et Lewkus filiorum eiusdem magistri Laurencii fidelium serviciorum preclaris meritis multa laude dignis, licet respectu serviciorum eorumdem multo plura et maiora a nobis mereretur, in particularem tamen serviciorum suorum recompensacionem, quasdam possessiones nostras Golgoch, Wylok, Wduarnuk, Saagh et Dywch vocatas in comitatu Nitriensi existentes, quondam Aba magni de genere Aba, sacre regie corone infidelis, qui damnabili presumcione quondam Matheo de Trinchinio proximo suo, capitali infideli domini Karoli quondam illustris regis Hungarie karissimi patris nostri laudande memorie; cum eodem patre nostro iuxta civitatem nostram de Kassa adherendo, facie ad faciem in subsidium eiusdem Mathei, racione proximitatis et consanguineitatis veniendo, in preiudicium maiestatis regie preliavit, in quo conflictu licet plures magnates regni nostri tunc dicto domino patri nostro et sacre corone regie fideles in ore gladii occidisset, tamen demum ibidem divina providencia suffragante,

que iniquos et infideles diu nequit sustinere nec patitur suis peccatis exigentibus, exstitit interemtus; cuius universe possessiones et possessionarie porciones ac iura ubique in nostro regno existentes, et specialiter predicte Galgoch, Wylok, Vadvarnuk, Saag et Dywch vocate in comitatu predicto existentes, habita matura deliberacione prelatorum et baronum regni nostri, iure et legitime manibus regiis applicate fuerunt et devolute, omnes successores et posteritates eiusdem, ne ceteri simili temeraria presumcione exemplati regie presummant insultare maiestati, eisdem omnibus possessionibus et iuribus quibusvis spoliatis et privatis, quas idem dominus pater noster et demum nos, divina clemencia mediante regni regimine ad nos devoluto, legitime possidentes conservamus, omni de iure collacioni nostre regie pertinentes, cum omnibus et quibuslibet ipsarum utilitatibus et pertinenciis universis, sub suis veris metis et antiquis, quibus hactenus habite exstiterunt et possesse, eisdem magistris Nicolao et Lewkus ac per eos Bartholomeo fratri eorumdem et ipsorum successoribus ac successorum et heredum eorumdem posteritatibus universis, de plenitudine nostre gracie de beneplacitaque voluntate domine regine genetricis nostre karissime, prelatorum et baronum regni nostri consilio prematuro . . donavimus . . imo nove donacionis titulo damus et conferimus perpetuo et irrevocabiliter possidendas, . . salvis iuribus alienis, committentes universorum successorum vel posteritatum dicti Aba magni nostri infidelis, ius sibi in dictis possessionibus aliquatenus vendicare cupiencium, literas inquisicionales, protestatorias, vel aliquo titulo si quas emanari facere procurarent vel procurassent contra prefatos magistros Nicolaum Leukus et Bartholomeum et eorum posteritates, carere viribus et vigore, imo eedem litere exhibitoribus ipsarum velut infidelibus regalibus existant per omnia nociture, promittentes, ut quamprimum presentes nobis fuerint reportate, easdem in formam nostri privilegii redigi faciemus. Datum Bude, in octavis festi beate Elizabeth, anno domini M° CCC^mo XL^mo nono.

Hátlapján a nagy fejedelmi pecsét nyomaival, melynek közepén, valamint az oklevél alsó szélén e szavak olvashatók: »relacio magistri Teutos.« Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 178. 26. dipl. oszt.

4091. Közli: Kovács N. — U. o. megvan rövidebb tartalommal is 1349. nov. 19-ről dipl. oszt. 4088. Az oklevél rövid kivonatát l. Fejér i. m. IX. 1. 652. l.

197.

1349. Buda, nov. 28. I. Lajos király előtt Mihály landeki keresztes barát lemond a Sóvári család ellen indított peréről, és elismeri, hogy a Rednuk pataka a convent és a Sóváriak birtokai között az elválasztó vonalt képezi.

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod Pethew filius Petri de Woykfalwa pro . . fratre Michaele ordinis Jerosolimitane de Landek cum procuratoriis literis causalibus capituli ecclesie de Scepus ab una, et magister Ladizlaus dictus Soos de Sowar pro se personaliter et pro magistro Petro filio quondam magistri Georgii de eadem Sowar Nicolaus dictus Turyek cum procuratoriis literis eiusdem capituli . . parte ex altera coram nobis personaliter constituti, sunt confessi, quod ipsi in causa quam dictus frater Michael super facto cuiusdam fluvii Rednukpataka vocati, intra metas possessionis eorumdem magistrorum Ladizlai et Petri Hannusfolwa vocate ut dicitur existentis, ac circa possessionem ipsius fratris Michaelis Medges vocatam currentis, contra predictos Ladizlaum et Petrum ordine iudiciario in presencia domini Nicolai palatini movere voluisset, amicabili composicione proborum et nobilium virorum interveniente, ad talem pacis et concordie unionem devenissent . . quod quia dictus frater Michael crucifer predictum fluvium Rednekpotaka vocatum iuxta ipsam suam possessionem Medyes fluentem predictorum magistrorum Ladizlai et Petri de Sowar esse et prefuisse, et ad predictam possessionem ipsorum Hannusfolwa pertinere, imo veram metam eiusdem possessionis ab antiquo fore cognovisset, ac in literis eorumdem magistrorum Petri et Ladizlai de Sowar instrumentalibus illud idem vidisset contineri, ideo ipsum fluvium cum omni plenitudine iuris . . eisdem magistris Ladizlao et Petro de Sowar pro vera meta eiusdem possessionis Hannusfolwa remisisset . . perpetuo . . possidendum, tali vinculo

mediante, quod si aliqua parcium predictam composicionem .. refutaret ac super facto ipsius fluvii contra partem alteram .. litis moveret quescionem .. extunc pars talis contra partem alteram .. in aquisicione sopite litis vinceretur eo facto; ad que omnia predictus Pethew .. ipsum fratrem Michaelem .. predictus vero magister Ladizlaus se .. necnon prenominatum magistrum Petrum .. idem Nicolaus sponte obligarunt coram nobis. Datum Bude, sabbato proximo post festum beate Katherine virginis, anno domini M^mo CCC^mo XL^mo nono.

Hátlapján a nagy felségi pecsét nyomaival; a pecsét alatt, valamint belöl az oklevél alsó szélén e szavak olvashatók: »assecuracio de persona ipsius Pethew, Petri et Mathe notariorum nostrorum.« Eredetijét a N. Muzeumban a Sóvári cs. ltárában őrzik.

198.

1349. dec. 10. I. Lajos király a hütlenségbe esett fehérvári kanonoknak Jánosnak, Gyog nevü Somogy vármegyei birtokát anyjának Erzsébet királynénak adományozza.

Lodovicus .. rex .. ad universorum noticiam volumus pervenire, quod quia Johannes olim custos ecclesie Albensis in manifestam notam infidelitatis contra nostram maiestatem incurrisse noscitur, propter quam iuxta sui criminis qualitatem per sentenciam archiepiscoporum et ceterorum quamplurium prelatorum et baronum regni nostri ad vescendum pane doloris et aqua angustie perpetuo carceri est deputatus, et ex ipsa infidelitatis nota qua probabiliter ex condemnacione sentenciaria prefatorum archiepiscoporum et aliorum prelatorum ac baronum regni nostri ut premittitur est respersus, universe possessiones et possessionarie porciones eiusdem cuiusvis nominis vocabulo vocitate et in quibuslibet comitatibus et partibus regni nostri existentes ex approbatissima regni nostri consvetudine ad nostras manus regias devolute censentur, ideo nos quandam possessionem eiusdem Johannis quondam custodis Gyogh vocatam, in comitatu Simigiensi habitam, ex causis premissis omni iure ad nostram collacionem pertinentem, volentes ..

domine Elizabeth .. regine .. genitrici nostre .. pie complacere, eandem possessionem Gyogh vocatam, quam eciam prius mediantibus patentibus literis nostris eidem contulisse bene recordamur, cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis, sub suis veris metis et antiquis, quibus ab olim hactenus habita exstitit et possessa .. donavimus .. perpetuo .. possidendam .. concedentes eidem domine regine .. regia auctoritate mediante, cuicunque voluerit, ecclesiis videlicet vel aliis cuiusvis status hominibus ipsam possessionem .. donandi liberam potestatem. In cuius rei memoriam .. presentes concessimus eidem domine regine .. literas nostras privilegiales, pendentis sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum per manus honorabilis et discreti viri domini Thatamerii Albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarii .. anno domini M° CCC° XL^mo nono, quarto idus Decembris, regni autem nostri anno octavo. Venerabilibus in Christo patribus dominis Dominico Spalatensi archiepiscopo, Nicolao Agriensi, Demetrio Waradiensi, Gregorio Chanadiensi, Andrea Transsilvano, Colomano Jauriensi, Nicolao Quinqueecclesiensi et Michaele Waciensi episcopis, Strigoniensi, Colocensi, Jadrensi, Boznensi, Sirmiense et Zagrabiensi sedibus vacantibus, Johanne Wesprimiensi et Nicolao Nitriensi electis confirmatis .. magnificis viris Nicolao palatino et iudice comanorum, Stephano voyvoda Transsilvano comite de Zonuk, comite Thoma iudice curie nostre, Oliverio nostri et Paulo reginalium tavarnicorum magistris, Dominico bano de Macho, Nicolao filio Laurencii sclavi pincernarum, et Dionysio agasonum nostrorum magistris ac aliis quampluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

A pecsét vörös selyem sodraton függ. Az oklevél új pecsét alatt 1364. dec. 28-án kelt megerősítő záradékkal van ellátva, melynek pecséte elveszett; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. Vet. Bud. 27. 13. dipl. oszt. 4099. Közli: Kovács N. — Fejér György i. m. IX. 1. 644. l. hasonló tartalmú oklevelet közöl, de más kelet alatt.

199.

1349. dec. 19. A szepesi káptalan előtt Szinnyei Péter és Merse, Zylva nevü egész birtokot Alméral Mihály fiától Jánostól és ennek fiától Miklóstól kétszáz márkáért magukhoz váltják.

Nos capitulum ecclesie Scepusiensis . . significamus . . quod magister Nicolaus filius Johannis filii Michaelis de Olmera de comitatu Wyuar ab una, ac Petrus et Merse filii quondam magistri Benedicti filii Merse de Scinnye de comitatu Sarus parte ab altera coram nobis personaliter constituti, literas . . quondam Karoli . . regis . . sub sigillo suo priori et antiquiori super composicione inter Johannem filium Michaelis et filios magistri Benedicti predictos, racione possessionis Zylua vocate in predicto comitatu Sarus existentis, sub anno domini M° CCC^mo XX^mo in octavis festi Pasche patenter confectas nobis presentarunt inter cetera continentes, quod medietatem possessionis Zylua antedicte Johannes filius Michaelis predictus, et aliam partem iidem filii magistri Benedicti cum suis utilitatibus, heredumque per heredes possidebunt, mutuo se obligantes, ut si qua parcium fratres vel proximi processu temporis composicionem predictam violare . . attentaret, extunc pars adversa composicionem conservantem et assummentem et suos heredes . . tenebitur expedire, et dimidietatem possessionis memorate iuxta tenorem privilegii domini Ladislai quondam regis Hungarie per eundem Michaelem optenti liberare perpetuo possidendam; quibus quidem literis regiis demonstratis, idem Nicolaus filius Johannis exstitit confessus . . quod licet vigore privilegialium nostrarum literarum super hoc confectarum sepedictam possessionem Zylua cum omnibus suis . . pertinenciis . . filiis dicti magistri Benedicti . . resignasset, ac omne ius dominii . . in dicta possessione in proprietatem filiorum eiusdem magistri Benedicti transtulisset, literasque universas seu instrumenta literalia quoad conservacionem possessionis eiusdem et aliorum causarum et factorum contra ipsos filios Benedicti emanata cassasset . . quia tamen idem Johannes filius Michaelis pater suus et ipse dictam composicionem violando medietatem memorate possessionis Zylua iuxta tenorem

earumdem literarum regalium eosdem filios Benedicti contingentem potencialiter occupassent et retinuissent hucusque, pro qua potencia non immerito iure regni exigente ipse et sui successores potuissent sentencia capitali aggravari, et eapropter iidem filii magistri Benedicti misericordiam vindicte preferentes et secum graciose agentes, ipsum a dicta sentencia capitali et omnibus causis negociis et factis, atque iudiciis in quibus propter premissa contra ipsos hucusque foret convictus, reddidissent expeditum et eciam suos successores, propter restitucionem . . possessionis Zylua prenotate; insuper tamen volentes contradiccionibus predictis in eisdem literis regiis expressis satisfacere et parere, pro liberacione ipsius possessionis Zylua iidem magistri Petrus et Merse filii Benedicti ducentas marcas sibi videlicet Nicolao filio Johannis plene et absque diminucione persolvissent, et liberassent eandem possessionem perpetuo possidendam . . Datum sabbato proximo ante festum sancti Thome apostoli, anno domini M° CCC^mo XL^mo nono.

Az egri káptalannak 1350. jan. 6. kelt átiratából, melyet ismét még ugyanazon évi január 13-án privilegialis alakban Miklós nádor is átírt, ennek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 688. 55. dipl. oszt. 4102. Közli: Kovács N.

200.

1349. dec. 23. A czázmai káptalan előtt István fia Miklós, a Zredna folyó mellett fekvő birtokát bizonyos határjelek között, Izdenczi Móricz fiának negyvennégy márkáért eladja.

Capitulum Chasmensis ecclesie . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod Nicolaus filius Stephani filii Jacobi ab una parte, Andreas voyvoda et predialis magnifici viri magistri Simonis filii Mauricii de Izdench vice et nomine eiusdem magistri Simonis domini sui ab altera, coram nobis personaliter constituti, idem Nicolaus filius Stephani quandam particulam suam possessionariam separando et derivando de quadam possessione sua, quam videlicet possessionem quondam Belch et Chakan habebant et possidebant, ex utraque parte fluvii Zredna adiacentem, cum omnibus . . pertinenciis . . sub

metis infrascriptis, per hominem nostrum, videlicet magistrum Andream socium et concanonicum nostrum per nos ad hoc ad instanciam parcium deputatum, coram universis commetaneis et vicinis ipsius particule, imo eciam coram Petro filio Luce, et in nullo contradicentibus imo pocius benivolum consensum ut idem Andreas socius noster et partes predicte nobis retulerunt prebentibus, distinctam, dixit et confessus est se predicto magistro Simoni filio Mauricii et per eum suis heredibus . . pro quadraginta quatuor marcis bonorum denariorum banalium receptis ab eodem magistro Simone integraliter sicut dixit, vendidisse . . iure perpetuo possidendam . . nihil iuris vel dominii . . idem Nicolaus filius Stephani sibi aut suis heredibus in eadem particula possessionis modo predicto ipsi magistro Simoni vendita penitus reservando . . obligans se idem Nicolaus filius Stephani et suos heredes, ab omni, si qua racione predicte particule . . in futurum ex cognatis seu proximis ipsius Nicolai quibuscunque oriri contingeret quescione expedire sepedictum magistrum Simonem et eius heredes . . astiterunt eciam coram nobis Andreas filius Johannis, Egidius filius Wratisa, Johannes filius Andree, item Johannes et Stephanus filii Stephani tam pro se quam pro Paulo fratre eorum, proximi sepedicti Nicolai filii Stephani, qui huic vendicioni suum consensum personaliter in nostri presencia comparentes prebuerunt . . mete autem ipsius particule . . vendite . . sunt tales: prima meta incipit ab oriente in magna via circa silvam ipsius magistri Simonis et circa terram Petri filii Luce ac Nicolai filii Stephani filii Jacobi memorati ab arbore tilie meta terrea circumfusa, ubi est coniuncta cum capite quedam via ipsi magne vie; inde procedens infra ad occidentem vadit per ipsam magnam viam circa metas ipsius Nicolai filii Stephani, pervenit ad unam arborem pomi silvestris meta terrea circumfusam; abhinc per eandem magnam viam similiter versus occidentem pervenit ad arborem piri silvestris in fine nemoris meta terrea circumfusam; inde exit de ipsa via ad partem sinistram in modico spacio et venit ad arborem tulfa cruce signatam, meta terrea circumfusam; inde adhuc ad occidentem semper procedens circa metas ipsius Nicolai pervenit ad arborem Gertan circa viam, sub qua est puteus et ibidem est

ex alia parte vie meta terrea; abhinc descendens per potok siccum vadit versus aquilonem in magno spacio per ipsum potok et pervenit ad duas arbores tulfa cruce signatas meta terrea circumfusas, et ibi intrat ipse potok ad alium potok Zredna vocatum; abhinc per ipsum Zredna versus occidentem vadit in magno spacio semper circa metas predicti Nicolai filii Stephani et pervenit per ipsum Zredna ad arborem harazt cruce signatam, et ibidem est meta terrea; inde exit de ipsa arbore ad partem dextram et vadit directe versus aquilonem ad arborem tulfa cruce signatam meta terrea circumfusam; inde similiter ad aquilonem ad aliam arborem tulfa cruce signatam meta terrea circumfusam, usque ad silvam semper circa metas ipsius Nicolai; abhinc per ipsam silvam procedens per arbores tulfa cruce signatas versus aquilonem pervenit ad arborem tulfa crucesignatam meta terrea circumfusam in medio ipsius silve situate; inde adhuc ad aquilonem per ipsam silvam et per arbores tulfa cruce signatas, semper circa metas predicti Nicolai filii Stephani, pervenit ad arborem tulfa cruce signatam meta terrea circumfusam; inde similiter ad aquilonem per arbores tulfa cruce signatas pervenit ad viam usque metas magistri Simonis predicti ad arborem tulfa cruce signatam meta terrea circumfusam, terra predicti Nicolai a parte sinistra existente, terra vero ipsius magistri Simonis ab eodem Nicolao modo predicto comparata a parte dextera remanente, et sic terminantur . . Datum feria quarta proxima post festum beati Thome apostoli, anno domini M^{mo} CCC^{mo} XL^{mo} nono.

A pecsét sárga és vörös selyemkóczon függött; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 777. 13. dipl. oszt. 4103. Közli: Kovács N.

201.

1350. jan. 7. A szepesi káptalan a nádor küldetése következtében a Bosafalvi Laczk, Jepi Máté s Bárczai János között fönforgott ügyben akkép intézkedik, hogy a midőn az utóbbiak Laczk költségét kifizetik, ez öket Basafalva nevü birtokba bebocsátani tartozik.

Nos capitulum ecclesie beati Martini de Scepus . . significamus . . quod cum iuxta continenciam literarum magnifici

viri domini Nicolai . . palatini . . in crastino festi Epiphaniarum domini proxime preteriti, Lack filius Petri de Bosafalva de comitatu Scepusiensi ab una, item Matheus filius Johannis de Jep et Johannes filius Nicolai de Barcza parte ab altera ad nos accedere, et predictus Lack universas literas apud se requisicione et reoptencione possessionarie porcionis eosdem Matheum et Johannem iure materno contingentis in Bosafolua predicta habitas et emanari procuratas coram nobis exhibere, nobisque unacum aliis probis viris visis eisdem literis decernentibus expensas factas per Lack predictum in requisicione possessionarie porcionis prenotate, prenominati Matheus et Johannes de eisdem expensis quoad porcionem eorum propriam, eidem Lack satisfaccionem impendere debuissent eo modo, quod quandocunque iidem Matheus et Johannes cum hominibus domini regis vel dicti palatini ad predictam possessionem porcionariam legitime introire voluerint, extunc ipse Lack contradiccione eis nullatenus possit obviare; crastino tandem predicto occurrente, et eodem Lack pro se, pro dicto vero Matheo filio Johannis Lucachio filio Iwan cum procuratoriis literis eiusdem . . palatini, pro Johanne autem filio Nicolai Mykow filio Nicolai eiusdem fratri suo uterino personaliter comparentibus, declaracionem dictarum expensarum secundum continenciam earumdem literarum . . palatini fieri debendam, in eodem statu, aliis negociis ecclesie nostre prepediti, volentibus partibus premissis, ad octavas festi nativitatis beati Johannis Baptiste proxime venturas . . prorogamus eo modo, quod in dictis octavis omnia in eisdem literis . . palatini contenta tam eedem partes quam nos adimplere debeamus, et nihilominus quandocunque infra octavas predictas vel post, iidem Johannes et Matheus modo premisso ad dictam possessionariam porcionem introire voluerint, idem Lack et filii sui contradiccione nullatenus eidem possint obviare, quecunque autem parcium premissa adimplere non curaverit, contra aliam partem in decem marcis numeri Scepusiensis fore convicta censeretur; voluit eciam Lack prenotatus, ut si ipse vel filii sui eisdem Matheo vel Johanni in introicione eiusdem possessionarie porcionis contradiccionis obstaculo obviaverint, extunc in decem marcis numeri predicti fore convictus censeretur eo

ipso contra Matheum et Johannem prenotatos. Datum in crastino prenotato, anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo.

Papíron, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a Máriássy cs. letéteményében a N. Muzeumban.

202.

1350. jan. 11. A garam-szentbenedeki convent bizonyítja, hogy Kistapolcsányi András-Zimani-István és Benedek között Bayka nevü birtok felett a kibékítés nem sikerült.

Nos conventus monasterii sancti Benedicti de iuxta fluvium Goron damus pro memoria, quod cum secundum continenciam literarum memorialium .. Nicolai Strigoniensis ecclesie prepositi comitis capelle et secretarii cancellarii domini regis, super arbitrio faciendo de quadam particula terre litigiose in Bayka existentis habite, pro parte Andree filii Andree de Kysthopolchan fratrem Echardum sacerdotem, item pro parte Stephani filii Begze et Benedicti filii Izath de Zyman fratrem Jacobum sacerdotem, homines nostros pro testimonio misissemus, tandem iidem homines nostri .. retulerunt eo modo, quod prenotati Andreas filius Andree, duos probos et nobiles viros pro parte sua, item Stephanus filius Begze et Benedictus filius Izath similiter duos probos et nobiles viros pro parte eorum in faciem possessionis Bayka, in octavis diei Strennarum adduxissent, et hi quatuor probi et nobiles viri secundum continenciam predictarum literarum .. Nicolai Strigoniensis ecclesie prepositi pro arbitrio faciendo, presentibus ipsis nostris testimoniis in unum consedissent, et auditis parcium proposicionibus et visis instrumentis super predicta particula terre litigiosa, licet diligenti et matura deliberacione prehabita inter ipsas partes deum habendo pre oculis arbitrari voluissent, tamen ipsum arbitrium, ut expediens exstitisset, nullo modo facere potuissent. Ideo supradictas partes cum causa particule terre litigiose superius expresse in vigore suo permanente, sine gravamine ad iudicium transmisissent. Datum feria secunda proxima post prenotatas octavas diei Strennarum, anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1537. 35. dipl. oszt. 4106. Közli: Kovács N.

203.

1350. jan. 20. A váradi káptalan előtt Péter budai kántor kanonok, Nagy Bene nagyváradi polgár fia, ezen atyja úgy János és Benedek testvérei nevében is, Debreczeni Péternek, ki a nevezett Bene leányát nőül bírta, az ezzel adott hozományt örök birtokába átadja.

Nos capitulum ecclesie Waradiensis . . significamus . . quod accedentibus ad nostram presenciam . . Petro cantore Budensi filio Bene magni civis civitatis nostre Waradiensis cum literis procuratoriis nostris pro se personaliter et pro patre suo iam predicto, necnon pro Johanne et Benedicto fratribus suis ab una parte, ex altera vero Petro dicto de Debrechen sponso eiusdem, confessum exstitit per eundem magistrum Petrum . . quod omnia bona tradita cum domina sorore sua nupta eidem Petro dicto de Debrechen, ipse pro se, et auctoritate procuratoria vice et nomine patris sui prelibati ac fratrum suorum predictorum, eidem Petro de Debrechen perpetuasset et perpetuavit coram nobis, et insuper quandam vineam in territorio Waradiensi habitam, Potkan-Jacab dictam, iuxta capellam beate virginis existentem, et insuper octavam partem proventuum trium rotarum molendinorum, eidem Petro sponso ipsorum et per eum suis heredibus . . donasset et contulisset iure perpetuo . . possidendas . . Datum in festo beatorum Fabiani et Sebastiani martirum, anno domini M° CCC^mo^ quinquagesimo.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. Poson. 61. 16. dipl. oszt. 4107. Közli: Kovács N.

204.

1350. jan. 22. A boszniai káptalan bizonyságlevele, hogy Nekche Denk három Baranya vármegyei birtok határa dolgában a helyszinén az esküt letette, melyet azonban az ellenfél Kórogi Fülpös hamisnak jelentett ki.

Nos capitulum ecclesie Boznensis damus pro memoria, quod nos iuxta continenciam literarum . . Nicolai Strigoniensis ecclesie prepositi comitis capelle ac secretarii cancellarii domini regis, cum Ladislao filio Ladislai dicti Potroh homine dicti domini regis, magistrum Joannem socium et concanonicum nostrum pro parte magistri Denk de Nehche, item cum Leukus filio Nicolai similiter homine eiusdem domini regis, magistrum Stephanum similiter socium et concanonicum nostrum pro parte magistri Phylpus filii Laurencii de Korog, ad exequenda infrascripta pro testimoniis duximus destinandos; demum iidem homines regii videlicet et nostri . . ad nos reversi, primo idem Ladislaus filius Ladislai unacum predicto magistro Johanne testimonio nostro concorditer nobis retulit in hunc modum: quod ipse in octavis festi Epiphaniarum domini nunc proxime preteritis, unacum prescripto magistro Johanne testimonio nostro, iuxta continenciam dictarum literarum comitis capelle regie, ad facies possessionum Zentlazlou Luka et Jagodna vocatarum, in comitatu de Baranya existencium, partibus utrisque in facie earumdem comparentibus accessisset, et prefatus magister Denk easdem possessiones per metas terminos et limitaciones signis arboreis consignatas, et aquarum meatus seu cursus, quas suas videlicet dictarum possessionum fore asserendo, in ipsorum hominum regiorum et nostrorum pro utrisque partibus assignatorum presencia circuendo reambulasset, intra quas metas et circuitus alias tres villas Parlacha Ledenyk et Lychaan vocatas, et silvas in magna quantitate per eundem magistrum Denk reambulatas, dicti homines regii videlicet et nostri, pro ambabus partibus deputati dixerunt, quas scilicet dictus magister Denk in territorio earumdem possessionum Zentlazlou Luka et Jagodna vocatarum locatas et existentes esse dixisset, predictus autem magister

Phylpus suas hereditarias et ad possessionem suam Zombathhel vocatam pertinentes asseruisset, nec unquam super eisdem villis ac silvis aliquam causam vel quescionem cum eodem magistro Denk et aliquibus aliis habuisset, ubi idem magister Phylpus et procurator filiorum suorum eundem magistrum Denk non in reambulacione sed ab occupacione, eosdemque homines regios et nostros a statucione villarum Parlachan Ledenyk et Lychan ac silvarum prescriptarum sub hoc nomine prohibuisset, quod licte ville et silve eisdem filiis Phylpus cessissent in divisione a magistro Phylpus patre ipsorum memorato. Tandem prefatus magister Denk eodem die et in facie dictarum possessionum Zentlazlou Luka et Jagodna vocatarum solo suo iuramento prout moris est super terram iurare, in uno loco easdem possessiones nomine sui iuris hereditarii sibi pertinere iuxta regni consvetudinem comprobasset et suum iuramentum deposuisset, et sic prout iidem homines regius videlicet et noster pro eodem magistro Denk deputati dixerunt, terram quam magister Denk manu super caput suum tenuisset deposuisset; facta autem confessione dictorum Ladislai hominis regii et magistri Johannis testimonii nostri pro prefato magistro Denk deputatorum, prenotatus Leukus homo regius et magister Stephanus nostrum testimonium pro predicto magistro Phylpus assignati, taliter nobis retulerunt: quod cum inter cetera prefatus magister Denk in reambulacione dictarum possessionum ad unam metam pervenisset, ubi locum deposicionis sui iuramenti scilicet unam foveam effodi fecisset, ubi dictus magister Phylpus eundem locum talem metam communem fassus exstitisset, que ipsum separaret de possessione Pogorach eiusdem magistri Denk, que inciperetur ab oriente et tenderet ad occidentem, ubi dictus magister Phylpus ipsas possessiones pro quibus eundem magistrum Denk contra se in causam attrahere voluisset, quas eciam ad suum iuramentum commisisset, sibi demonstrare voluisset, idemque magister Denk ibi ire noluisset, sed in quodam sato aliam foveam pro deposicione sui iuramenti effodi fecisset, ubi dictis hominibus regio videlicet et nostro pro eodem magistro Phylpus deputatis audientibus et videntibus, tale deposuisset iuramentum, quod sic deus eum adiuvet et terra eius ossa sic assummat, ac semen suum semini suo sic

relinquere possit, quod predicte terre quas reambulando circuisset, pertinerent ad possessiones prenotatas, unde idem magister Phylpus coram dictis hominibus regio videlicet et nostro pro parte sua deputatis, contra iuramentum eiusdem magistri Denk taliter obiecisset, quod ipse magister Denk in suorum forma verborum ipsum iuramentum deponendorum deerrasset et deviasset. Datum feria sexta, videlicet in festo beati Vincencii martiris, anno domini M° CCC^mo^ quinquagesimo.

Zarlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1509. 5. dipl. oszt. 4108. Közli: Kovács N.

205.

1350. febr. 3. A nyitrai káptalan előtt Salgói Csorba Pál fia Miklós, Salgó (ma Salgócska) nevü Nyitra vármegyei birtok elfoglalásától a szomszéd Udvarnok nevü falu birtokosát Kont Miklóst, Pozsony és Nyitra vármegyék főispánját tiltja.

Nos capitulum ecclesie Nitriensis damus pro memoria, quod Nicolaus rufus filius Pauli dicti Chorba de Solgow comitatus Nitriensis, ad nostram personaliter accedens presenciam, per modum protestacionis magnificum virum Nicolaum dictum Cont comitem Posoniensem et Nitriensem prohibere curavit, ne dictam possessionem suam Solgow vocatam in vicinitate possessionis dicti magistri Nicolai Oduornuk vocate sitam et adiacentem quovis quesito colore occuparet, retulit eciam idem Nicolaus rufus, quod eo tempore quo dictam possessionem Oduornuk eidem magistro Nicolao homo regius presente nostro testimonio statuisset, similiter prohibuisset, asserens eandem possessionem Solgow sibi hereditario iure pertinere. Datum secundo die festi Purificacionis virginis gloriose, anno domini Millesimo CCC^mo^ quinquagesimo.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a M. T. Akadémia könyvtárában.

206.

1350. febr. 6. A pécsi káptalan jelentése I. Lajos királyhoz ama hatalmaskodás megvizsgálásáról, melyet Csukmai Pál fiainak jobbágyai Miklós nádor és Siklósi Gyula Siklós nevű birtokán elkövettek.

. . Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie Quinqueecclesiensis . . patentes literas serenitatis vestre recepimus . . et iuxta earumdem continenciam unacum Jacobo filio Johannis de Voskapu, quem vestra sublimitas . . Nicolao regni sui palatino et Gyule filio Pauli de Soklous ad citaciones inquisiciones et prohibiciones faciendas per anni circulum suo concessit pro pristaldo, nostrum hominem videlicet Nicolaum presbiterum ecclesie nostre prebendarium et magistrum altaris sancti Nicolai ad premissa et singula eorumdem exequenda pro testimonio transmisimus fide dignum, qui postmodum ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod sicut prefatus homo celsitudinis vestre predicto nostro testimonio sabbato proximo ante dominicam Exsurge proxime nunc preteritam, a nobilibus comprovincialibus et ab aliis cuiusvis status et condicionis hominibus scire potüisset, prehabita . . inquisicione sic scivisset, quod Johannes Petrus et Paulus filii Pauli de Chukma, unacum Stephano filio Beyke, Marcus filio Pauli, Georgio et Benedicto filiis Blasii fabri, iobagionibus eorum de predicta Chukma, manibus armatis sabbato proximo ante festum Omnium Sanctorum anno proxime elapso preteritum, ad predictam Soklous potencialiter venientes, tres boves duorum iobagionum prefatorum domini palatini et Gyula filii Pauli de predicta Soklous, scilicet Petri filii Olduarus et Pauli filii Johannis in fine eiusdem ville Soklous in terra Fuenes vocata potencialiter abstulissent, et ipsum Michaelem ibidem in capite graviter vulnerassent, prefatum autem Paulum per crines trahendo in ipsam villam Chukma deduxissent, culpis eorumdem iobagionum non exigentibus. Datum in crastino festi beate Agathe virginis et martiris, anno domini M° CCC° quinquagesimo.

Papiron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az [illegible] oszt. N. R. A. 1569. 6. dipl. oszt. 4110. Közli: Kovács

207.

1350. Körös, febr. 6. Tamás, Liptó és Körös vármegyék főispánja s csókaköi várnagy előtt, Chanouchi Imre a Bednye nevü folyó mellett fekvő birtokát Taplan Jánosnak zálogba adja.

Nos magister Thomas filius Petri comes Lipthoviensis Crisiensis et castellanus de Chokakeu . . significamus . . quod Dionisius filius Emerici ex una parte, ex altera vero Paulus dictus crispus famulus et procurator magistri Johannis dicti Taplan personaliter coram nobis constituti, per eundem Dionisium filium Emerici de Chanouch nobis propositum extitit et relatum, quod quandam sessionem seu possessionariam porcionem suam quam in vicinitatibus Johannis filii Georgii et predicti Johannis Taplan dicti ac penes fluvium Bednie vocatum habere dignoscitur, propter quedam necessaria sua in decem florenis prefixo magistro Johanni Taplan pignori obligasset cum universis utilitatibus et pertinenciis suis universis, tali condicione mediante, quod quandocunque predictus Dionisius vel sui heredesque pro ipsa summa pecunie redimere valerent ab eodem, reddere et restituere teneantur; universa edificia que usque nunc super predicta possessione ordinarent, iuxta estimacionem tempore redemcionis predicti redemtores redimere debeant, prout partes predicte coram nobis assumserunt. Datum in Crisio, secundo die festi beate Agate virginis et martiris, anno domini M^{mo} CCC^{mo} quinquagesimo.

Papíron, hátlapján pecsét maradványaival; a czimerből egy szárnyas állat feje látszik, a köriratból [·]MAGISTRI THOME betük; eredetije az orsz. ltár kincst. oszt. N. R. A. 1590. 30. dipl. oszt. 4111.

208.

1350. febr. 12. A pécsi káptalan előtt Sztárai János, Rómába való zarándoklása előtt Baranya és Somogy vármegyei szerzeményes javairól és ingóságairól rendelkezik.

Nos capitulum ecclesie Quinqueecclesiensis . . significamus . . quod magister Paulus filius Joannis de Stara ad nostram

onaliter accedendo presenciam, est confessus . . quod quia divino volente consilio ad limina beatorum Petri et Pauli stolorum se ire disposuisset, ideo quasdam possessiones suas lias res mobiles et immobiles per modum testamenti hoc o disposuisset et legasset, quod curiam suam in civitate nqueecclesiensi ante claustrum sancti Francisci habitam, possessionem suam emticiam Zalatha vocatam in comitatu anya existentem, item unam vineam suam emticiam ultra um Drave in pertinenciis ad Zalathnok existentem hzeuley dictam, item decem equos suos equaciales et uor equos curriferos, duos ciphos argenteos et unum cingu- balteum ac unum poledrum equacialem, item pecora s aratri in Zoppya habita, item terciam partem porcorum um et terciam partem apum commisisset et legasset nobili ine consorti sue Clara vocate, pro iuribus suis perpetuo et irrevocabiliter possidendas . . item possessionem suam alem Kerezthur vocatam in comitatu Simigiensi existen- cum pecoribus unius aratri commisisset et legasset pro onali residencia nobili domine consorti sue antedicte; item m equos equaciales legasset pro anima sua, ita videlicet, quinque eorumdem equorum predicta nobilis domina et quinque Ponya filius suus pro anima sua distribuant et inistrent; item duodecim equos equaciales et alios quinque s equos, item quatuor arma militaria cum omnibus suis ienciis, item alias duas partes porcorum et apum legasset ommisisset prefato Ponya filio suo, residuas vero partes mdem porcorum et apum commisisset, ut pro anima sua ribuerent et amministrarent; item unum poledrum equa- em isthy coloris locasset sponse sue, consorti videlicet pre- Ponya; alie autem possessiones sue hereditarie dominio dem Ponya succederent contradiccione quarumlibet non ante. Datum feria sexta proxima ante dominicam Invo- it, anno domini Millesimo CCC^mo^ quinquagesimo.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. t. A. 1509. 11. dipl. oszt. 4112. Közli: Kovács N.

209.

1350. Buda, febr. 13. Miklós zágrábi püspök és királyi titkos cancellár előtt Nekchei Denk, Baranya vármegyei három birtok miatt óvást tesz, hogy ezekről Kórogi Fülpös részére a bosznai káptalan érvényes okiratot ki ne állíthasson.

Nos Nicolaus ecclesie Zagrabiensis electus confirmatus comes capelle et secretarius cancellarius domini regis, memorie commendamus, quod magister Denk de Nekche coram nobis personaliter constitutus, per modum protestacionis nobis significare curavit, quod magister Phylpus de Korogh preconcepto dolositatis fomento, super facto quarumdam possessionum Zenthlazlou Luka et Jagodna vocatarum, per ipsum magistrum Denk sibi a prenotato magistro Phylpus mediantibus aliis literis nostris exinde confectis deposicione sui iuramenti reoptentarum, convencionem cum eodem fecisse, literas quorumdam capitulorum et specialiter capituli ecclesie Boznensis emanari facere niteretur, ut per hoc iurisdicciones suas in dictis possessionibus habitas idem magister Phylpus pro se possit applicare; cum tamen in facto dictarum possessionum cum eodem magistro Phylpus in nullius capituli presencia astando convencionem fecisset aliqualem, unde eundem magistrum Phylpus a recepcione, prenotatum vero capitulum Boznensis ecclesie et quelibet alia capitula ac conventus quoslibet a dacione et emanacione huiusmodi literarum per modum protestacionis prohibuit coram nobis . . . Datum Bude, sabbato proximo ante dominicam Invocavit, anno domini M° CCC^mo^ quinquagesimo.

Papíron; hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1509. 10. dipl. oszt. 4113. közli: Kovács N.

210.

1350. febr. 20. Ung vármegye alispánja és szolgabírái előtt Minaji János, Helmeczi Simont és társait Láz nevű birtok elfoglalásától tiltja.

Nos Micael filius Marcus vicecomes magistri Nicolai et quatuor iudices nobilium de Wugh damus pro memoria, quod

hannes filius Nicolai de Ninai (így) assumto sigillo, et no-
ne nostro prohibuit Georgium filium Salamonis et Nicolaum
trem suum, item Simonem de Helmech, Laurencium et
trum filios eiusdem Simonis de porcione eiusdem Johannis
od in possessione Laz vocata ipsum Johannem contigit,
per quo avus eiusdem Johannis, usue (így) ab eisdem fuisset
paratus coram nobis protestando. Datum sabbato proximo
te dominicam Reminiscere, anno domini M° CCC^ooo L^mo.

Kivül: Prohibicionalis pro Johanne filio Nicolai de Laz (így) contra nonem de Helmec et alios intrapositos.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban a esery cs. letéteményében. Közli: Kammerer Ernő.

211.

1350. febr. 21. A köi káptalan előtt Iregdi András fiai, anyjuk gán őket illető Almás-Szentgyörgy nevü Bácsvármegyei birtokot nagybátyjuknak Futaki Dénesnek visszaadják.

. . capitulum ecclesie de Kw . . declaramus, quod Coza lasius et Johannes filii Andree de Irugd pro se et pro filiis rum ab una, item magister Dionisius de Futak pro se et pro ephano filio suo et eius filiis parte ab altera, ad nostram rsonaliter accedentes presenciam, iidem Coza Blasius et hannes confessi sunt . . quod quia idem magister Dioni-is patruelis ipsorum unam possessionem suam Almas-entgurg vocatam in comitatu Bachiensi existentem, ipsis za Blasio et Johanni et per ipsos eorum heredibus . . tum cione proximitatis tum racione quarte puellaris seu filialis mine Marie sororis eiusdem magistri Dionisii, matris vero edictorum Coze Blasii et Johannis iure perpetuo . . dedis-t . . ideo ipsi dictam quartam filialem seu puellarem, raci-e eiusdem domine Marie matris ipsorum ipsos tangentem dem magistro Dionisio et Stephano filio suo ac eorum . . succes-ribus . . in perpetuum reliquissent . . sicut eciam quondam dem domina Maria mater ipsorum mediantibus nostris lite-privilegialibus ipsis reliquerat . . tali obligacione medi-te, quod si prefati Coza Blasius et Johannes vel eorum he-

redes racione dicte quarte puellaris super predictos magistros Dionisium et Stephanum vel eorum heredes aliquam causam... suscitare attentarent, extunc convincerentur sicut qui causam compositam et sopitam requirere niteretur iterato . . Datum in dominica Reminiscere, anno domini M° CCC^mo^ quinquagesimo; Petro preposito, Johanna lectore, Nicolao cantore, Urbano custode, ceterisque canonicis ibidem in ecclesia beati Stephani protomartiris deo devote famulantibus.

A pecsét barnás czérnaszálakon függ, a chyrographum a felső szélen van. Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1509. 7. dipl. oszt. 4115. Közli: Kovács N.

212.

1350. febr. 27. A pécsváradi convent előtt Perekedi Jakab vejé Péter és ennek fia, egy szőllőt Gergely pécsváradi polgárnak eladnak.

Nos conventus monasterii Waradiensis memorie commendamus per presentes, quod constitutis coram nobis personaliter Petro genere Jacobi de Perekud et Andrea filio suo ab una parte, item Gregorio filio Kelemen magni de civitate Waradiensi ab altera, idem Petrus gener Jacobi et Andreas filius suus confessi sunt . . quod ipsi quandam vineam ipsorum in territorio predicte ville Perekud in loco Perekudmal vocato a parte orientali existentem, habentem vicinos et conterminales Thomam magnum ab oriente, eundem Gregorium filium Kelemen magni a parte meridiei, viam magnam ab occidente et Johannem filium Tyba a parte septemtrionali, ex eorumdem vicinorum et conterminalium suorum permissione . . supradicto Gregorio filio Kelemen magni pro quinque marcis denariorum banalium, marcam quamlibet cum sex pensis computando . . receptis ab eodem, et per eum suis heredibus . . . vendidissent . . iure perpetuo . . pessidendam . . nullo penitus contradictore existente . . Datum sabbato proximo ante dominicam Oculi, anno domini M° CCC° quinquagesimo.

A pécsváradi conventnek 1358. máj. 10-kén »comes Gregorius filius Kelemen magni iudex de civitate Waradiensi« kérelmére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 605. 7. dipl. oszt. 3683. Közli: Kovács N.

213.

1350. mart. 3. A váradi káptalan előtt Harangi Miklós, az anyjáról reá szállott több Biharvármegyei birtokát Gerlai Ábrahámra ruházza át.

Capitulum ecclesie Waradiensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod accedentes ad nostram presenciam Nicolaus filius Pauli filii Wyda de Harang ex filia Mortunus procreatus ab una parte, ex alia vero magister Abraham filius Dionisii de Olgerla . . coram nobis sunt confessi, quod ipsi super quarta filiali nobilium dominarum filiarum videlicet Mortunus consortis ipsius Pauli matris eiusdem Nicolai, necnon relicte Demetrii de Kemeche modo infrascripto . . concordarunt coram nobis, videlicet, quod cum idem Nicolaus defunctis supradictis dominabus ac universis earumdem heredibus solus remansisset, et quarta filialis in universis possessionariis porcionibus supradicti Mortunus ad ipsum exstitisset devoluta laudabili consvetudine regni requirente, quam quidem quartam filialem predicte domine dum eisdem aura vitalis aspirabat, ab eodem magistro Abraham, necnon a Johanne filio Johannis, ac a Johanne Nicolao Abraham Abych et Dionisio filiis Thome, coram iudice curie regie obtinuerant iusticia mediante, et Simon literatus homo regius de curia regia transmissus presente nostro testimonio cum literis predicti iudicis curie regie, convocatis vicinis et commetaneis universarum possessionariarum porcionum prefati Mortunus, eandem quartam filialem pro centum marcis estimando, prefatis dominabus statuerat, donec per hos quorum redemcioni convenit redimerentur, et tandem coram predicto iudice curie regie prefatus Abych cum sufficientibus literis procuratoriis . . pro prenominatis fratribus suis comparendo, eandem quartam

filialem redimere recusavit, perpetuando dominabus supradictis, prout in literis eiusdem iudicis curie regie vidimus contineri; ipse autem sepedictam quartam filialem predictarum dominarum et per mortem earumdem ad ipsum modo premisso devolutam metis infrascriptis distinctam . . eidem magistro Abrahe et per eum suis heredibus . . pro sexaginta marcis, marcam quamlibet quatuor florenis numerando, et pro porcione possessionaria eiusdem magistri Abrahe in possessione Faas habita valoris quadraginta marcarum et sic pro predictis centum marcis ad redimendum . . tradidisset, iure perpetuo . . possidendam . . ipseque magister Abraham pro se eandem quartam filialem . . redemit coram nobis, renuncians idem Nicolaus omni iuri et proprietati, quod vel quam habebat in quarta filiali supradicta in universis possessionariis porcionibus Mortunus avi sui prenotati; e converso autem idem magister Abraham predictam possessionariam porcionem suam in possessione Faas habitam, cum omnibus . . pertinenciis eiusdem universis ipsum precise contingentem et separatim a porcionibus filiorum Thome et Johannis filii Johannis, eidem Nicolao filio Pauli de Harang dedisset . . iure perpetuo possidendam . . ita tamen, quod quandam terram seu locum sessionis Lazlotiuisse vocatam, necnon silvam Zulgaerdey dictam, inter se communi usui deputarunt, et quia in omnibus possessionibus infranominatis solum quarta pars predictum Mortunus contingebat, ideo quartam partem quarte partis ipsis dominabus cedentem et pro centum marcis estimatam, ut in literis nostris rescripcionalibus et iudicis curie regie iudiciarium processum eiusdem diffuse continentibus conspeximus iis metis tantummodo locorum sessionalium distinctam, idem Nicolaus filius Pauli prefato magistro Abrahe modo premisso perpetuavit coram nobis: nam primo in possessione Magur incipiendo a parte meridionali a quadam meta terrea distingente porcionem ipsius Mortunus a porcione filiorum Thome versus Crisium ad partem occidentalem usque quandam novam metam; hinc transeundo usque fluvium Crisii particula locorum sessionalium cum medietate molendini quarta filialis exstiterat dominarum predictarum; deinde in possessione Fys vocata quidam *fundus* a parte septemtrionali meta terrea ab una parte, ex

altera vero quadam arbore salicis usque Crisium limitatus; hinc possessione Weyzten particula locorum sessionalium a plaga meridionali incipiendo a Crisio versus occidentem ad duas arbores piri; hinc reflectendo versus meridiem ad arborem pomi et deinde versus orientem rursus ad Crisium veniendo, post hoc autem tota porcio ipsius magistri Abrahe in possessione Feyerem vocata, que predictis dominabus per eundem magistrum Abraham pro quarta earumdem fuerat assignata, que quodam rivulo in decursu Crisii distingitur et separatur; deinde in terra Mortunusylese vocata unus fundus a parte meridionali, quem due vie et una arbor piri ab occidente separant et distingunt; tandem in possessionibus iuxta fluvium Morisii existentibus Kapronchа vocatis possessio Kuzepseumonyra vocata sedecim possessiones ibi existentes distincta, totaliter pro quarta filiali assignata extitit, quam unus rivulus a parte meridionali circumdat et pro meta habetur; hinc in montanis Kuzund in aurifodinis, ubi sunt quatuor descensus aurifodinarum, sedecima pars partim de porcione eiusdem magistri Abrahe, partim de porcione filiorum Thome proveniens, post hoc autem media villa octo possessionum Kuzund vocatarum in possessione Mortunuskuzyndy dicta hoc modo distincta, nam a quadam arbore bifurcata ornus vulgariter vero egerfa vocata versus orientem ad quandam arborem vulgariter gyrtyan nominatam ad quendam montem procedendo, hinc per decursum cuiusdam rivuli versus septemtrionem usque terram Mortunusylese dictam pro quarta filiali date seu data assignate aut assignata modo premisso supradictis dominabus exstiterant et exstitissent, usus autem et omnes utilitates, videlicet terras cultas et incultas, silvas prata piscinas nemora et alias utilitates omnium predictarum possessionariarum porcionum pro quarta filiali traditarum proporcionaliter tamen communi usui deputarant et nunc deputarunt, prout in predictis literis iudicis curie regie continentur; omnia autem instrumenta regalia seu reginalia, aut quorumlibet iudicum et precipue iudicis curie regie super predicta quarta filiali pro ipsis dominabus emanata, idem Nicolaus reddidit . . viribus caritura . . Datum quarta feria proxima ante dominicam Letare, anno dominice incarnacionis M^{mo} CCC^{mo} quinquagesimo; discretis viris Philippo preposito,

Benedicto lectore, Ladislao cantore, Gregorio custode .. existentibus.

A nagyváradi káptalannak 1355. jun. 17-kén »magister Abraham filius Dionisii de Gerla« kérelmére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. dipl. oszt., 30299. Közli: Kovács N.

214.

1350. mart. 7. A váczi káptalan előtt Födémesi Miklós és Zuhay Jákó, Hont vármegyei ősi birtokaikon megosztoznak.

Nos capitulum ecclesie Wachiensis significamus .. quod Nicolaus filius Nicolai filii Jakou de Fedemus ab una, et Jakou filius Stephani filii de Jakou Zwhay parte ex altera, nobiles de comitatu Huntensi, ad nostram personaliter accedentes presenciam, confessum exstitit per eosdem .. quod ipsi pari consensu .. in possessionibus ipsorum hereditariis infranominatis talem ordinassent .. divisionem .. perpetuo duraturam, quod possessiones Fedémus et Parasa vocate cum omnibus .. pertinenciis .. eo iure et titulo, quo per eosdem existiterant possesse, prefato Nicolao filio Nicolai filii Jakou et per eum suis heredibus .. irrevocabiliter equali divisione inter se facta .. ad possidendum .. cessissent; possessiones vero Zwha et Zkorna vocate in dicto comitatu Huntensi exstentes et habite, Jakou filio Stephani filii Jakou prenotato et per eum eius heredibus .. similiter cum omnibus .. pertinenciis ad easdem spectantibus .. irrevocabiliter possidende provenissent et cessissent. Possessiones nihilominus Fedemus et Zkorna prenotatas penes invicem existentes arbor quedam pro signo metali per eosdem deputata barkolchafa vocata ab invicem separaret, de qua quidem arbore eundo versus septemtrionem cadit in paludem Zkornapotaka vocatum, et dehinc eundo versus orientem predicte possessiones Fedemus et Zkorna separantur ab invicem; ecclesiam vero in dicta possessione Fedemus habitam communiter pacifice inter se habendam, seu communi patronatui commisissent et reliquissent, hoc tamen specialiter per partes coram nobis adiecto, ut si qua parcium .. per .. in-

ietatores in suis porcionibus possessionariis iam divisis . . minueretur, extunc altera pars tenebitur equaliter de porcie sua possessionaria pacifica id fraternaliter emendare, intra iantitatem amisse porcionarie possessionis, nisi id post divionem inter eos factam per aliquem ipsorum proprio excessu u notorio crimine evenire seu accidere contingat . . Datum dominica Letare, anno domini M° CCC° quinquagesimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. dipl. oszt. 8905. Közli Kovács N.

215.

1350. mart. 15. Az esztergomi káptalan Miklós nádornak jelenti, hogy Tamás országbírót többek ellenmondása daczára Gyöngyös nevü Heves vármegyei birtokba beiktatta.

Nicolao . . palatino . . capitulum ecclesie Strigoniensis . . noverit vestra magnificencia literas vestras formam iudicii vestri . . continentes nos recepisse, in quibus expresse habebatur, ut cum Philippo filio Nicolai filii Zacha, vel Petro de Zerlou, aut Stephano filio Simonis, sive Nicolao an Jacobo filio Deseu hominibus vestris, nostrum mitteremus hominem pro testimonio fide dignum, coram quo alter predictorum hominum vestrorum metas quarumdam possessionum comitis Thome iudicis curie regie Gyongus et Bene vocatarum in comitatu Heues Wyuar existencium, iuxta continenciam literarum comitis Pauli quondam iudicis curie regie reambularet et metas destructas renovare seu erigere deberet; nos . . cum predicto Philippo filio Nicolai homine vestro misimus . . Ladislaum socium et concanonicum nostrum ad premissam reambulacionem et ereccionem metarum ibidem faciendam pro testimonio, qui . . ad nos redeuntes, nobis in hunc modum retulerunt: quod in festo beati Gregorii pape ad faciem prememoratarum possessionum et terre litigiose accessissent, et ibidem vicinis presentibus et commetaneis facta reambulacione iuxta continenciam literarum dicti comitis Pauli, in locis metalibus novas metas erexisset, contradiccionibus quorumlibet non

obstantibus, quamvis Demetrius filius Thome, pro Johanne vero filio Benenigh Andreas procurator suus personaliter ibidem comparentes, erecciones dictarum metarum prohibuissent, et eciam coram nobis idem Demetrius prohibuit; quem quidem Johannem filium Benenigh tam racione predicte prohibicionis, quam racione gravaminum iudiciorum in predictis literis nostris contentorum, ad quindenas Annunciacionis beate virginis iam venturas contra memoratum comitem Thomam ad nostram presenciam evocassent in facie predicte terre litigiose; demum eciam Demetrium filium Thome de Solmus racione sue contradiccionis similiter ad eundem terminum contra memoratum comitem Thomam ad nostram presenciam racionem sue contradiccionis redditurum evocassent. Datum feria secunda proxima post dominicam Iudica, anno domini M° CCC^mo^ quinquagesimo.

Papíron, zárlatán két pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 694. 3. dipl. oszt. 4119. Közli: Kovács N.

216.

1350. mart. 17. Az esztergomi káptalan előtt Zovard fia Domokos, Zerep Udvari és Nyéki nevü birtokok elidegenítésétől Bodug unokáit tiltja.

Nos capitulum ecclesie Strigoniensis significamus.. quod comes Dominicus filius Zorard personaliter coram nobis comparendo, in modum protestacionis et prohibicionis (signific)are curavit, quod de possessione Zerep vocata in Kereskus existente cum suis pertinenciis ac aliis possessionibus spectantibus ad eandem, sp(ecialiter) Oduory et Nyeky vocatis, racione patruelis fraternitatis sibi porcio deberet provenire de eisdem iuris ordine mediante; unde Zoard et Benedictum filios Andree filii Bodug, ac Joannem filium Nicolai filii predicti Bodug proximos suos ab alienacione et vendicione seu perpetuacione aliosque quoslibet universos ab occupacione detencione et emcione seu quovis modo se intromissione prohibuit coram nobis..

Datum fera quarta proxima post dominicam Judica, anno domini M° CCC^mo quinquagesimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1537. 37. dipl. oszt. 4120. Közli: Kovács N.

217.

1350. Buda, apr. 11. I. Lajos király adománylevele Zamotha nevü Hont vármegyei birtokról Geleth fia Pál részére.

Litera regis Lodovici patens Bude in quindenis festi Pasche domini anno eiusdem Millesimo trecentesimo quinquagesimo edita . . . hoc modo edocebat: quod dominus Lodovicus rex considerans et in memoriam sue celsitudinis revocans fidelitates et fidelium serviciorum laude digna merita Pauli dicti de (. . . . .) filii Gelethii fidelis servitoris . . Nicolai palatini, que idem primum tempore . . Karuli olim . . regis . . et demum ipso patre suo de medio sublato, ipsi domino regi Lodovico in presencia eius eidem domino palatino in . . suis et regni sui negociis prosperis et adversis a tempore sue puericie exhibuisset, in particularem igitur recompensacionem eiusdem, intervenientibus eciam peticionibus magnificorum virorum, videlicet eiusdem domini palatini et comitis Thome iudicis curie sue, quandam particulam terre Zamotha vocatam in comitatu de Thuroch existentem, a Thoma filio Nicolai et Gallo dicto Wamus sibi legitime devolutam, usui duorum aratrorum secundum mensuram regalem sufficientem, eidem Paulo filio Gelethii et per eum suis heredibus et posteritatibus universis sub eisdem metis et terminis, quibus per priores possessores suos habita exstitisset et possessa, de beneplacita voluntate . . Elisabeth regine . . prelatorum et baronum regni premisso consilio prematuro iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam . . contulisset salvo iure alieno. Quas quidem literas donacionales simul cum collacione dicte possessionis, idem dominus rex Lodovicus de plenitudine sue regie potestatis perpetuo valituras, patrocinio dicti sui privilegii pro ipso Paulo et suis heredibus confirmasset.

Garai Miklós nádornak 1414. sept. 5-kén kelt ítéletéből, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1547. 21. dipl. oszt. 4121. Közli: Kovács N.

218.

1350. Buda, apr. 19. István, Tóth- Horváth- és Dalmátország herczege, Kér és Atád nevü Somogy vármegyei birtokokat Imre és Mike fiainak visszaadja.

Nos Stephanus dei gracia tocius Sclavonie Croacie et Dalmacie dux, significamus .. quod quia in literis privilegialibus .. Karoli quondam .. regis .. et eciam in aliis instrumentis literalibus efficacissimis expressius vidimus contineri, ut possessiones Keer et Ataad vocate in comitatu Simigiensi existentes, que hucusque apud manus nostras ducales fuerunt, Jacobo filio Berkus, Dionisio filio Emerici, et Jacobo filio Myke iure hereditario pertinerent, ideo nos de benignitate et liberalitate ducali, eisdem et per eos heredibus suis .. auctoritate presencium restituimus et resignavimus pleno iure cum omnibus utilitatibus earumdem et pertinenciis universis; promittentes ut quamprimum presentes nobis fuerint reportate, in formam nostri privilegii easdem redigi faciemus. Datum Bude, feria secunda proxima ante festum sancti Georgii martiris, anno domini Millesimo CCC° quinquagesimo.

Hátlapján nagyobb alakú pecsét nyomaival, alatta e szavak: »commissio domini ducis propria, et relacio Pauli dicti Touth.« Eredetije Vargha Mártonnál Kaposvárott.

219.

1350. Hidvég, apr. 21. Hont vármegye ispánja és szolgabirái előtt Bede fia Péter, birtokának elfoglalásától Teszéri Jánost és társait tiltja.

Nos magister Dominicus filius palatini comes Huntensis et iudices nobilium eiusdem comitatus damus pro memoria, quod Petrus filius Bede ad nostram accedendo presenciam,

prohibuit Johannem de Tezer, Petrum magnum et Blasium filium Ponith a percepcione utilitatum possessionis Nicolai filii Andree videlicet particule terre in eadem Tezer habite, qua videlicet terra pertinet ad divisionem inter nacionem eorumdem, prohibuit et interdixit coram nobis, videlicet in his ad ipsum contingentem. Datum in Hidvig, feria quarta proxima ante festum beati Georgii martiris, anno domini M° CCC^mo quinquagesimo.

Papíron, zárlatán három pecsét maradványaival; eredetije a gr. Forgács cs. ltárában a N. Muzeumban.

220.

1350. apr. 24. A győri káptalan átírja I. Lajos király adománylevelét Nagymartoni Miklós részére Ikrény nevü Győr vármegyei birtokról.

Nos capitulum Jauriensis ecclesie . . significamus . . quod Wlful officialis et iudex de Icrin in persona domini sui magistri Nicolai filii Laurencii filii Simonis de Nogmortun in nostram adeundo personaliter presenciam, vice . . domini sui prenotati . . nobis supplicavit, ut literas . . Lodovici . . regis super restitucione dicte possessionis Icrin eidem magistro Nicolao domino suo confectas et emanatas, uberiorem ad cautelam . . transscribere faceremus nostroque sigillo communiri; quarum tenor talis est: Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod nos possessionem Icrin vocatam in comitatu Jauriensi existentem, quam magister Conya occupaverat, magistro Nicolao filio Laurencii filii Simonis de Nogmortun, eo iure quo ad ius suum pertinere dinosceretur, restituimus et resignavimus perpetuo possidendam. Datum Bude, feria tercia proxima post quindenas festi Pasche domini, anno eiusdem M^mo CCC^mo quinquagesimo. Nos igitur connitentes et considerantes predicti Wlful peticionem in persona domini sui sepefati fore iustam et legitimam, predictas literas domini regis non abrasas non cancellatas nec in aliqua sui parte defectuosas sed omnino perfectas, annuleo sigillo eiusdem domini regis consignatas, de verbo ad verbum transscribi fecimus, nostro sigillo

communientes seu corroborantes. Datum in festo beati Georgii martiris, anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo.

A győri káptalannak ugyanazon évi április hó 24-én kelt átiratából, mely megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 497. 20. dipl. oszt. 4122. Közli: Kovács N.

221.

1350. Buda, apr. 27. Tamás országbíró, Mihály fia Márton- s több Turócz vármegyei közrendbeliek ellenében, kik hamis okleveleket mutatnak fel, Sarovicha nevü Turócz vármegyei birtokot a királynak ítéli.

Litera Thome iudicis curie Lodovici regis privilegialis, Bude, quarto die festi beati Georgii martiris, anno domini M° trecentesimo quinquagesimo edita decantabat: quod cum dominus rex Lodovicus percipiens quosdam homines populares seu rusticos sub nomine nobilium terram regalem Sarouicha vocatam iuxta fluvium Macha in . . comitatu de Turoch existentem ex multis temporibus occupatam detinuisse, ipsum comitem Thomam ad exequenda iura ipsius sua regia in persona mediantibus sue maiestatis literis, generali congregacione nobilium et quorumlibet hominum comitatus de Thuroch in feriam quintam proximam ante dominicam Ramispalmarum tunc preteritam in civitatem regalem Zenthmarton promulgata destinasset, tandem in prescriptis loco et die ipsius congregacionis Michael filius Martini, Myko filius Stephani, Joannes filius Thuhan, Myklen filius Stephani, Demetrius filius Galli, Zuthka filius Poka, Paulus filius Joannis, Paulus filius Nicolai, Johannes filius Andree, Nicolaus filius Stephani et Michael gener Andree, de quibus iuxta ipsum regium edictum in facto dicte terre regalis Sorouicha instrumenta et raciones quibus eam possedissent, ipse comes Thomas coram ipso presentari petivisset, exhibuissent quatuor literas quarum nulla annum sue date et quedam earumdem saltem diem sue emanacionis continuissent, ex quibus due clause prius existentes et demum abcise, sed per (quem) fuissent abscise, nec in se nec in aliis literis nec per consignacionem capite sigilli cuiusvis persone denotassent, que

lue litere domini Ladislai condam regis Hungarie in suis iguris literalibus esse vise fuissent, tamen una earumdem durum literarum sigillum ex omni parte fractum, et in tantum lestructum ut penitus nullam haberet circumferencialem et ullam formam imaginis alicuius, imo nullam omnino cuiusris sculpture sue figuram propter predictam sui confraccionem t totalem destruccionem, nisi solam formam crucis similiter in maiori sui quantitate utique confracte et exinanite super se habens, in loco ubi d (. . . .) a manifeste abcisa visa fuisset et radi neg(lecta) inferior cauda litere illuc abrase ibidem exstitisset, nec non nomen dicte terre Sorouicha illic super illo loco abraso inscriptum exstitisse, nec alio loco eadem diccio Sorouicha interlinialiter nequiciose posita reperta continuisset, quod idem Ladislaus rex precepisset Thome . . comiti de Zolum, ut prioribus literis (visis et) inspectis, si videret ipsam particulam terre Damiano legitime esse collatam, extunc ipsum occasione dicte terre non molestaret nec permitteret per quempiam molestare. In alia vero ipsarum duarum literarum cuius sigillum cum cera rubra annulare esse apparuisset et circa (. . . . .) per fracturam carens ac nullam (. . . . . .) figuram literalem per quempiam (. . . . .) noticie cuiusvis persone (. . . .) in sui sculptura continens exstitisset (. . . .) Ladislaus (. . . .) rex Hungarie fideli suo comiti de Zolum (. . . .) inscriptum non exstitisset, taliter precepisset, ut (. . . .) quam ipsi super facto terre (. . .) illic impositum non extitisset contra Mathiam filium Andree secundum iuramentum proborum virorum dixissent esse, in quo idem Mathias intendisset procedere, contra ipsa faceret finalem decisionem. Item tercia prefatarum quatuor literarum patens et Demetrio comiti de Zolum loquens, tam sigillum ipsius imaginem capitis quasi bovis cornuti vel bubali continens ac in suis circumferencialibus literis una diccione nullomodo apparens in aliis vero literis suis modo simili circumferencialibus veluti sigillum Petri manifeste sculptum exstitisset, diem revera sue emanacionis in quatuor suis diccionibus, quibus eius data inclusa fuisset pure super loca abrasa, sed annum sue confeccionis nondum in se literis continuisset, ut Demetrius comes de Zolum terram Demetrii Damiani Martini et Zelyn filiorum Woyteh de Thuroch existentem iuxta Zoro-

uicha apud ecclesiam sancti Michaelis, super facto cuius terre in duello iidem contra Michaelem filium Andree processissent coram ipso, in quo consecuti fuissent victoriam favente deo, statuisset prout ipsorum ius ipsis Demetrio Damiano et suis fratribus predictis perpetuo possidendam. Preterea quarta predictarum literarum conventus de Thuroch esse apparens et nec annum nec diem sue date habens, finxisset ipsum conventum Thome comiti de Zolum taliter rescripsisse, ut Damianus et Mathias predicti scilicet utraque pars super quandam terram ad duo aratra sufficientem, que in eadem litera nominatim non fuisset explicata, produxissent testes, qui omnino viva voce dixissent, quod post tartaros et post mortem eiusdem Damiani, ipsum dictus Mathias ab eadem terra expulisset. Quibus quidem literis revisis, prescripti Michael et pro eo Joannes Myklen Demetrius Z(. .)pka, Paulus, alter Paulus Joannes Nicolaus et Michael, prefatos Damianum et Demetrium, Martinum et Zelyn filios Voyteh priores predecessores eorum fuisse et prefatam terram Zorouycha prefatarum quatuor literarum vigoribus mediantibus se possedisse allegassent; cum autem ipse comes Thomas ipsos (. . . .) super eo, utrum ipsi plura instrumenta super facto eiusdem terre Zorouycha nominate haberent vel ne, consveto more iudiciario trinis vicibus interrogasset, predicti rustici plura instrumenta super facto eiusdem terre se non habere asseruissent. Ipse quidem comes Thomas consideratis premissis et pensatis huius cause circumstanciis, licet tunc in eadem congregacione in premissis finem debitum facere potuisset, tamen ne in iudicio faciendo festinus fore consideraretur, discussionem premissorum ab illa congregacione in curiam regiam transtulisset. Tandemdum simul cum magnificis viris Nicolao palatino, Thoma filio Petri comite de Lypto et de Keres, Nicolao dicto Treutel condam Posoniensi et Johanne olim de dicta Thuroch comitibus, Nicolao prothonotario (. . . . .) palatini et aliis multis nobilibus regni tribunal iudiciale in octavis beati Georgii martiris in dicta curia regia consedisset, prescriptis quatuor literis per ipsos rusticos presentatis in specie diligenter revisis, quia predicte due litere clause et capite nullius sigilli signate sigilla premisso modo in tantum destructa habuissent, ut (. . . .) litera et sculptura preter

fracte crucis signum in uno ipsorum duorum sigillorum habitum discerni potuisset, imo in earumdem literarum una in tam manifesta rasura, ut litere cauda inferior radi neglecta visa fuisset, predictum nomen Zorouicha scriptum et alias interlinialiter ex nequicia inscriptum fore exstitisset, ipsumque annulare sigillum citra sui terciam partem dirutum et modo quo supra per neminem cognitum fore visum exstitisset, tercia vero patens earumdem quatuor literarum a Demetrio comite de Zolum loquens, in qua tamen sigillum super ea impressum non Demetrii sed Petri nomen habuisset, et dies datarum suarum penitus abrasis quatuor vocabulis, quod manifeste litere patentis totam continenciam damnasset, nequissime inscripti (. . . .) comperti fuissent, utique perpetuo vicio exstitisset obfuscata; et quarta ipsarum literarum super produccione testium, in eo quod ipse Mathias dictum Damianum a terra expulerit confecta, propter predictos defectus datarum et a (. . . . .) sue confeccionis ac ex negligencia nominacionis ipsius terre, pro qua dicta causa fuisset testium produccionem sortita, que eciam causa qualiter et per quem, quo fine tunc inter eos fuisset terminata in eis non apparuisset, omninoque inanis et repellenda fore visa fuisset, iidemque rustici plura instrumenta se non habere asseruissent, predicte autem quatuor litere adeo ficticie et falsificate penitusque viciose, ut nequiores eis ad cogitandum in cor hominis ascendere vix aut nunquam potuissent, reperte fuissent, et his ex racionibus ipse comes Thomas mature deliberando, ipsam terram Zarouycha iuxta suas veras metas et antiquas cum omnibus suis utilitatibus, prefato domino regi Lodovico suis regis manibus adiudicans, prout eidem pertinere agnovisset perpetuo possidendam, ipsis rusticis perpetuum silencium imposuisset ab eadem, imo ipsos, scilicet Michaelem filium Martini et alios predictos pro huiusmodi ficticiarum et falsarum literarum delacione, et pena exhibicionis falsarum literarum et pro detencione dictorum iurium regalium, gravamine potencialis facti convictos fore contra ipsum dominum regem commisisset, auctoritate sua iudiciaria mediante.

Garai Miklós nádornak 1414. sept. 5-én kelt ítéletéből, melynek eredetije megvan az ország. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1547. 21. dipl. oszt. 4121. Közli: Kovács N.

222.

1350. apr. 28. A váczi káptalan előtt Bathó fia Miklós olughi nemes, Vojota nevü birtokát Fehér vármegyében, Olughi Kozmának eladja.

Nos capitulum ecclesie Vachiensis significamus quibus expedit, tenore presencium universis, quod Nicolaus filius Bathow nobilis de Olugh ad nostram personaliter accedens presenciam, quandam possessionem suam Woyata vocatam possessioni Herd vocate vicinam seu contiguam in comitatu Albensi habitam . . cum universis utilitatibus suis et pertinenciis . . Cosme filio Demetrii de eadem Olugh pro quadraginta florenis plene habitis et receptis, confessus est pignori obligasse . . tamdiu, donec predictam possessionem suam ipse Nicolaus vel sui successores ab ipso Cosma vel eius successoribus pro dicta summa pecunie quadraginta florenorum poterunt redimere seu liberare. Datum feria quarta proxima post festum beati Georgii martiris, anno domini M° CCC^mo^ quinquagesimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 694. 22. dipl. oszt. 4123. Közli: Kovács N,

---

223.

1350. Buda, máj. 8. Miklós nádor az Iván fia és István erdélyi vajda között Myzka birtok miatt folyamatban volt ügyet, miután a felek a királylyal a tengerentúli részekre fognak utázni, elhalasztja.

Nos Nicolaus regni Hungarie palatinus et iudex comanorum damus pro memoria, quod causam quam magister Desew filius Iwan, contra . . Stephanum voivodam Transsilvanum et comitem de Zonuk iuxta continenciam priorum literarum nostrarum in octavis festi beati Georgii martiris in facto possessionis Myzka vocate movere habebat coram nobis, ob regium preceptum nobis literatorie iniunctum, eo quod utreque partes ad partes transmarinas in suis serviciis regalibus essent

profecturi, ad octavas festi beati Georgii martiris in altera revolucione annuali venturas debeamus prorogare; ideo regiis preceptis obedientes, ad alteram revolucionem annualem earumdem octavarum festi beati Georgii martiris statu in eodem duximus prorogandam. Datum Bude, octavo die termini prenotati, anno domini Millesimo CCC^{mo} quinquagesimo.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1509. 8. dipl. oszt. 4124. Közli: Kovács N.

224.

1350. máj. 10. A pozsegai káptalan előtt Vadak fiai, Vorsan nevü birtokukat Eliás fiainak eladják.

Nos capitulum ecclesie beati Petri de Posega memorie commendamus .. quod Kazimer et Habach filii Vadak filii Dragizlow de Worsan ab una parte, Petrus Thomas et Nicolaus filii Elye filii Stephani ex altera coram nobis personaliter constituti, iidem Kazimer et Habach confessi sunt .. quod ipsi totales particulas terre eorum ipsis iure hereditario contingentes, inter generaciones predictorum filiorum Elye in Vorsan habitas, ipsis per modum divisionis deventas, cum omnibus utilitatibus, videlicet sessionibus molendinis fenetis silvis et terris arabilibus ac quibusvis attinenciis, prenominatis Petro Thome et Nicolao filiis Elye pro decem marcis promtorum denariorum Veronensium, ut dixerunt ab eisdem receptis .. vendidissent iure perpetuo .. tenere pariter et habere; dixerunt eciam iidem Kazimer et Habach filii Vadak, quod terras eorum impignoraticias que apud quemcunque vel apud quoscunque esse dinoscerentur, iidem filii Elie redimendi liberam et securam habebunt facultatem, tamquam propria eorum cum persona .. Datum feria secunda proxima post festum Ascensionis domini, anno eiusdem Millesimo trecentesimo quinquagesimo.

A poz segai káptalannak 1401. febr. 21-én »Farcassius filius Thome filii Elie de Graduch« kérésére kiállított átíratából; nevezett Farkas kérésének támogatására előadván, hogy az átírt oklevél »in fuga

propter metum exercitus turcorum in aquam cecidisset« s átnedvesedvén, pecsétje is megromlott. Az átirat eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1589. 9. dipl. oszt. 4126. Közli: Kovács N.

225.

1350. Buda, máj. 12. Tamás országbíró Majtény és Apaj nevü Pozsony vármegyei birtokok között nyolczvan hold földet Miklós nádor ellenében Elefánti Mátyás fiainak ítél.

Nos Thomas iudex curie .. significamus .. quod cum iuxta continenciam priorum literarum nostrarum per dominum Nicolaum palatinum actorem, Nicolaum Mathiam et Thomam filios Mathie de Elefanth, in facto particule terre per ipsum dominum Nicolaum palatinum ad possessionem suam Apey vocatam, per ipsos vero filios Mathie ipsis impignoraticio titulo pertinere allegate, in octavis beati Martini confessoris in anno domini M° CCC^mo XL^mo nono preteritis exhibiciones instrumentales fieri debuissent coram nobis, ipso termino occurrente idem dominus palatinus dictam possessionem Apey vocatam quondam Jacobi, qui olim in sua congregacione comitatui Posoniensi celebrata per iuratos et iudices nobilium ac universitatem eiusdem comitatus sculptor et conservator falsorum sigillorum decretus exstitisset, racione sui iuris palatinatus et ex regia speciali instrumentalique collacione sibi pertinere, dictamque particulam terre litigiosam ad eandem Apey attinere debere allegarat, ubi supradictus Nicolaus filius Mathie pro se personaliter et pro predictis fratribus suis cum procuratoriis literis conventus de Zobor astando, exhibuerat nobis literas capituli ecclesie Nitriensis inter cetera continentes, quod in anno domini M° CCC^mo XL^mo tercio Paulus dictus Chuma, Adaam et Johannes filii Petri de Zala coram eodem capitulo Nitriensi comparendo, quandam particulam terre Apey vocatam, octaginta iugera arabilia in se continentem, a parte metarum dicti Petri de Zala et a parte metarum ville Magyarad adiacentem, in quam quidem arabilis terre particulam Jacobus et Johannes filii Andree de Chepan, Petro de Zala predicto patri eorumdem pro quatuordecim marcis

denariorum viennensium, marcam quamlibet cum quatuor pensis computando, iuxta continenciam literarum capituli Posoniensis patencium olim pignori obligassent, eidem Nicolao filio Mathie pro eadem pecunie quantitate videlicet quatuordecim marcarum plene ut asseruisset et integraliter ab eodem Nicolao filio Mathie receptis, similiter confessi fuissent se impignorasse redimendam dum possent ab eodem, et medio tempore eidem expediendam; insuper idem Nicolaus filius Mathie adiecerat eo modo, quod unam aliam particulam terre ibidem nomine terre ad dictam possessionem Apey pertinentis, que tamen ad suam possessionem Moytuh vocatam et non ad dictam Apey attineret, occupare officialis dicti domini palatini intendisset. Quibus perceptis, cum nos partibus volentibus per regios et capituli Posoniensis homines in octavis Purificacionis beate virginis in predicto anno preteritis, partibus vel earum procuratoribus presentibus, metas dictarum possessionum parcium in quibus sese attingunt, vicinis et commetaneis suis convocatis, iuxta cursus suos veros et antiquos debito modo et ordine perambulari, et secundum ipsos cursus metarum in eo utrum predicta particula terre, quam dictus Nicolaus filius Mathie de possessione Moytuh predicta officialem ipsius domini palatini occupare intendisse dicebat, ad eandem Maytuh vel Apey predictam attinuerit et attineat, seu inter cursus metarum eiusdem possessionis Maytuh aut dicte possessionis Apey extiterit et existat, conscienciose habito deo pre oculis revidendo verissime considerari veritatem et perpendi, ac demum predictas particulas terre litigiosas ambas regali mensura mensurando vel visu considerando, secundum regni consuetudinem estimari, ac tocius facti seriem ad octavum diem in literis ipsius capituli Posoniensis per partes nobis reportari commisissemus; tandem ipso termino reportacionis seriei adveniente, eodem domino palatino personaliter astante, prefatus Nicolaus filius Mathie pro se personaliter et pro eisdem fratribus suis cum procuratoriis literis . . comparendo, exhibuerat nobis literas dicti capituli Posoniensis continentes, quod Andych de Ogya et Matheus de Kapulna homines regii, presentibus magistro Paulo canonico et Nicolao capellano testimoniis dicti capituli Posoniensis, in dicto termino prefatis vicinis et com-

metancis convocatis et presentibus, primo terre particulam, quam predictus Nicolaus filius Mathie de prefata possessione Motuh dicta officialem antefati domini Nicolai palatini occupare et ad possessionem ipsius domini palatini Apey vocatam applicare intendisse asseruerat, iuxta suas metas veras et antiquas reambulassent, factaque reambulacione regali mensura mensurassent, sic, quod pro quolibet iugero duodecim amplexus in latitudine, in longitudine vero septuaginta duos mensurassent, que octuaginta iugera terre in se habuissent, quam eciam intra cursus metarum antedicte possessionis Moytuh dixerat adiacere, sic quod septem metis terreis terre ville Moytuh esset annexa. Demum ad aliam terre particulam, quam sepefatus Nicolaus titulo pignoris sibi vigore literarum dicti honorabilis capituli ecclesie Nitriensis collatam astruxerat, accessissent, et in eadem cum mensura regali ut supra mensurando, sexaginta quinque iugera reperissent cum utilitatibus pertinentibus ad eandem; retulissent eciam, quod cum premissa debito ordine peregissent, tandemque iuxta mandatum ipsis dictum dictas tres particulas ipsi estimare voluissent, sed quia litere nostre innuissent, ut iuxta consvetudinem regni estimari deberent, visum ipsis exstitisset, quod iuxta regni consvetudinem ipsarum estimacio fieri non deberet, quia multum fructuose essent et fertiles eciam quia propinqua seu vicine civitatis essent, et ideo cariores essent terris remocioribus a civitate, et sic nostro iudicio commisissent ipsam estimacionem fieri tunc debendam. Nos quidem cum regni baronibus nobiscum assidentibus, cognita in his consvetudine regni fore observanda, eo toto, quod predicte terre litigiose fructuosiores essent aliis terris a civitatibus remocius existentibus, citra estimacionem consvetudinariam regni ipsas terras litigiosas decreveramus debere estimandas, quia vero prefati filii Mathie ipsam possessionem eorum Moytuh ex diuturniori tempore quam ipse dominus palatinus suam possessionem Apey possedisse dignoscebatur, et ob hoc secundum regni consvetudinem iuramentum in facto dicte particule terre litigiose que ad dictam Apey ab ipsa Moytuh occupata fuisse dicebatur, uni dictorum filiorum Mathie cum coniuratore suo adiudicari debere nobis visum exstiterat; ideo commisimus eo modo partibus

volentibus memoratis, ut predictus Nicolaus vel Mathias frater suus secundo se nobili in quindenis diei medii Quadragesime proxime preteritis, scilicet feria quarta, presentibus Mathia de Kapulna vel Beke filio Nicolai de Kyurty aut Philippo filio Kenez de Geztu seu Michaele de Lowch pro filiis Mathie, item Andich de Ogia, Omode de Vaarkun, Rofayun de Karcha pro parte dicti domini palatini, aliis absentibus hominibus regiis et testimoniis dicti capituli Posoniensis, que testimonia literis nostris mediantibus per ipsum capitulum ad hoc transmitti postulamus, in facie dicte possessionarie particule litigiose que ad dictam Moytuh occupata fuisse et ad octuaginta iugera estimata fore extiterat, in uno loco comparendo, super eo ut eadem octuaginta iugera terre litigiose ab antiquo tempore ad dictam possessionem ipsorum Moytuh vocatam pertinuerint et debeant pertinere et ad ipsam possessionem Apey in nullo attinuerint seu attineant, sacramentum prestare teneretur prout moris est iurare super terram, qui si iurarent extunc ipsam terram octuaginta iugerum dictis filiis Mathie, si vero non iurassent predicto domino palatino ipsi regii et capituli homines statuerent metis sequestrando, seriemque premissorum partes in literis dicti capituli Posoniensis nobis ad presentes octavas festi beati Georgii martiris deberent reportare. Quia vero idem dominus Nicolaus palatinus alteram dimidiam marcam in redemcionem dicte possessionarie porcionis per ipsos Paulum dictum Chuma ipsi Nicolao filio Mathie modo premisso impignorate, quam secundum regni consvetudinem citra ipsam alteram dimidiam marcam valere estimaveramus, eidem Nicolao filio Mathie personaliter et spontanee recipienti coram nobis ibidem persolverat, ideo dictam porcionem possessionariam impignoratam sexaginta quinque iugerum cum suis utilitatibus et pertinenciis universis, ipsi domino palatino et suis successoribus prout sibi pertinere dinoscebatur, sine preiudicio iuris alieni, octavo die dictarum octavarum festi Purificacionis virginis gloriose adiudicaveramus perpetuo possidendam, sicut eciam eandem predictus Nicolaus filius Mathie personaliter remiserat coram nobis spontanea sua voluntate domino Nicolao palatino memorato in termino supradicto. Tandem ipsis (octavis) festi beati Georgii martiris advenientibus, preallegatus Nicolaus

filius Mathie personaliter in figura comparendo, nobis literas annotati capituli Posoniensis ecclesie super premissa iuramentali deposicione emanatas demonstravit, in quibus inter cetera expresse vidimus contineri, quod ipse Nicolaus filius Mathie presentibus predicto Matheo de Kapulna homine regio ac Petro clerico testimonio videlicet ipsius capituli Posoniensis, in predictis quindenis medii Quadragesime scilicet feria quarta, in facie dicte possessionarie porcionis litigiose iuxta seriem predictarum literarum nostrarum fecisset, ibique idem Nicolaus secundo se nobili, videlicet Jacobo de Vasard, depositis calceis, terram super capita tenentes, prout moris est et consvetudo iurare super terram, deposuisset sacramentum super eo, ut predicta particula terre octuaginta iugerum litigiosa semper et ab antiquo ad dictam possessionem ipsorum Moytuh vocatam pertinuisset et pertineret, et in nullo ad possessionem Apey attinuisset et attineret, et quod ibidem eandem terre particulam iuxta cursus septem metarum antiquarum ipse homo regius eisdem filiis Mathie de Elefanth statuisset perpetuo possidere. Quarum quidem literarum ipsius capituli revisis et perlectis continenciis, quia ex serie earumdem per ipsum Nicolaum filium Mathie unacum predicto suo coniuratore in facie prefate terre litigiose octuaginta iugerum iuxta modum et formam nostre iudicacionis sacramentum super eo in prefixo termino presentibus dictis regio et capituli hominibus, ut ipsa particula terre octuaginta iugerum semper et ab antiquo ad dictam possessionem ipsorum Moytuh vocatam pertinuisset et pertineret et in nullo ad possessionem Apey prenotatam attinuisset et attineret, deposuisse adinvenimus manifeste, pro eo unacum baronibus regnique nobilibus nobiscum in sede nostra iudiciaria sedentibus, eandem particulam terre litigiosam octuaginta iugerum ipsi Nicolao et dictis fratribus suis ac eorum heredibus auctoritate nostra iudiciaria committimus .. prout eis pertinere dinoscitur possidere . . sine preiudicio iuris alieni . . Datum Bude, duodecimo die octavarum festi beati Georgii martiris predictarum, anno domini M° CCC^mo^ quinquagesimo.

A függő pecsét hiányzik; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1671. 72. dipl. oszt. 6867. Közli: Kovács Nándor.

226.

1350. máj. 23-ika után. Tamás országbíró előtt a Rátold nemzetségből való János és Dezső, Gedey Dezső fiát és Kapolyai Dezső fiait mint vérrokonaikat birtokaik elidegenítésétől tiltják.

Nos Thomas iudex curie . . et comes de Turuch damus pro memoria, quod cum in octavis festi Penthecostes universas causas quorumlibet causidicorum tramite iuris partiri cepissemus, Johannes et Deseu filii Benedicti filii Deseu, pueri in tenera etate constituti, coram nobis personaliter exsurgentes, magistrum Petrum filium Deseu de Gedey, Ladislaum et Nicolaum filios Deseu de Kapulya fratres ipsorum, ab amissione et impignoracione ac quovismodo de se alienacione universarum possessionum et possessionariarum porcionum suarum, ipsos ubilibet in regno Hungarie iure hereditario ac racione linee generacionis et consanguineitatis communiter contingencium, quoslibet vero alios a recepcione acquisicione et quovis modo a predictis fratribus ipsorum occupacione earumdem possessionum et possessionariarum porcionum suarum, modo quo supra ipsos contingencium, prohibuerunt et coram nobis prohibendo interdixerunt, testimonio presencium mediante. In cuius prohibicionis testimonium predictis Johanni et Deseu filiis Benedicti filii Deseu ad instantem peticionem eorumdem presentes literas nostras prohibitorias concessimus communi iusticia suadente. Datum (. . . . . .) die termini prenotati, anno domini M° CCC^mo^ quinquagesimo.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 68. 7. dipl. oszt. 4129. Közli: Kovács N.

227.

1350. máj. 28. Az egri káptalan előtt Lóki Miklós, Gyenda nevű Heves vármegyei birtokban a maga részét nővérére Annára és férjére ruházza át.

Nos capitulum ecclesie Agriensis significamus . . quod Nicolao filio Michaelis filii Zepud de Lok ex una, et magistro

Andrea dicto Goor filio Nicolai de Terperi famuli Nicolai .. episcopi domini et prelati nostri pro nobili domina consorte sua filia scilicet dicti Michaelis filii Zepud Anna vocata parte ab altera coram nobis personaliter constitutis, per eundem Nicolaum propositum exstitit .. quod quia iidem Andreas et domina soror sua, sibi ope, opere, consilio et favore complacere, negocia quoque sua tempore et loco ad id opportunis supportare studuissent, ob hoc ipse tunc pro his et horum similibus, tum eciam ex eo quia annotata nobilis domina soror sua et suam propriam et porcionem Petri similiter fratris sui, que ex centum marcis grossorum compoti Cassiensis per Petrum filium Michaelis filii Gereneny ipsis et filiis Wekes ac Simoni filio Thome filii eiusdem Zepud pro expedicione quarte filialis quondam domine avie ipsorum coram domino Johanne archidiacono de Borsod generalique in spiritualibus vicario dicti domini nostri episcopi ut dicebant persolvendis, totaliter sibi et pro se ipso recipere commisisset, rectam dimidietatem porcionis sue possessionarie in possessione Genda nuncupata, in comitatu de Heweswywar prope fluvium Ticie uti refertur existenti habite, que quidem possessio per annotatum Petrum filium Michaelis filii Gereneni sibi et dictis nepotibus Zepud consanguineis suis, similiter pro expedicione memorate quarte filialis data esset et perpetuata, cum universis utilitatibus et pertinenciis ipsius dimidietatis porcionis sue .. patronatu ecclesie et dicto fluvio Ticie .. contulisset pretaxate nobili domine sorori sue et per eum (igy) dicto Andree marito suo ac ipsorum heredibus perennaliter possidendam .. Qui quidem eciam Nicolaus ibidem coram nobis in adepcione tituli et iuris universorum porcionum dicti Petri fratris sui, quas idem Petrus nuperrime similiter coram nobis annotatis domine sorori sue refertur contulisse, suum consensum prebuit et assensum domine prenotate; tali tamen condicione interposita, quod si dictam dominam sororem suam, quod deus avertat, absque heredum solacio decedere contingeret, extunc ipsa dimidietas porcionis sue rursum in suum et heredum suorum dominium de pleno iure devolvi deberet; e converso vero idem magister Andreas vice et nomine ipsius domine coniugis sue prelibatas porciones ex dictis centum marcis prelibatis domine et Petro

fratri suo quo supra provenientes, recipere commisit per Nicolaum supradictum, prelibatam eciam condicionem se etipsam dominam coniugem suam observare velle promittens; insuper obligavit se idem Nicolaus et heredes suos procreatos et procreandos, pretactos Andream et coniugem suam ac eorumdem posteritates, ab omnibus specialiterque ab aliis sororibus suis racione dimidietatis porcionis sue tempore progressivo inquietare nitentibus, semper et ubique defendere et expedire laboribus suis propriis et expensis . . Datum in crastino festo (így) Corporis Christi, anno eiusdem Millesimo tricentesimo quinquagesimo.

I. Mátyás királynak 1486. nov. 10-én »Georgius de Werebel« kérésére kiadott átíratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 391. 46. dipl. oszt. 4130. Közli: Kovács N.

228.

1350. Buda, máj. 30. Tamás országbíró Zsámboki Eynard és a margit-szigeti apáczák közt Somodor birtok miatt folyt ügyet elhalasztja.

Nos Thomas iudex curie . . et comes de Turuch damus pro memoria, quod causam quam religiose domine sanctimoniales de Insula Leporum contra magistrum Eynardum de Sambuk, quo mortuo Johannem filium suum in quem ipsa causa dicitur descendisse, pro quo literas regias in facto prorogacionis causarum dictas exhibuerunt, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum super facto prohibicionis cuiusdam particule terre in possessione Sumudor vocata, in octavis festi Penthecostes movere habebat coram nobis, ob regium preceptum per premissas literas nobis impositum, ad octavas festi beati Georgii martiris proxime nunc venturas sub statu priori peremtorie duximus prorogandam. Datum Bude, octavo die termini prenotati, anno domini M° CCC° quinquagesimo.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. V. et Bud. 32. 10. dipl. oszt. 4131. Közli: Kovács N.

229.

1350. jun. 11. A szepesi káptalan előtt Csetneki Miklós fia Domokos, saját-, valamint atyja és testvérei nevében, Bebek Domokos fiait Kassad és Vasad nevü Bihar vármegyei birtokok elidegenítésétől tiltja.

Nos capitulum ecclesie beati Martini de Scepus . . significamus . . quod Dominicus filius magistri Nicolai filii Benedicti de Chythnyk ad nostram personaliter accedens presenciam, nobis in sua et dicti patris ac Nicolai Akos Georgii et Ladislai fratrum suorum personis, protestando significare curavit, quod magistros Stephanum Georgium Dominicum et Nicolaum filios quondam magistri Dominici dicti Bebeg, ne possessiones Kassad et Vasad vocatas in comitatu Bihoriensi adiacentes alicui homini preter ipsos, specialiter autem Stephano et Lucasio filiis Lucasii de Maya vendere obligare commutare seu quovis alio modo assignare, et universos alios specialiter vero eosdem filios Lukasii ne se de eisdem intromittere possint quoquomodo, prohibuisset et . . prohibuit coram nobis. Datum in festo beati Barnabe apostoli, anno domini M^mo^ CCC^mo^ quinquagesimo.

Hátlapján ép pecséttel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1716. 6. dipl. oszt. 4132. Közli: Kovács N. Rövid kivonatát l. Fejér i. m. IX. I. 796. l.

230.

1350. jun. 21. Az egri káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy Tamás országbírót Gyöngyös nevü birtokának határjárásakor megintette, hogy Tamás fia Demeternek Solymos nevü birtokából foglalást ne tegyen.

. . Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie Agriensis . . literas vestre serenitatis . . recepimus in hec verba: Lodovicus . . capitulo ecclesie Agriensis . . dicitur nobis in persona Demetrii filii Thome de Solmus, quod magnificus vir comes Thomas iudex curie nostre, possessionem suam Gyengius

vocatam vellet reambulare et ab aliorum possessionibus per erecciones novarum metarum separare, in cuius quidem possessionis reambulacione magnam particulam terre de dicta possessione sua Solmus ad dictam possessionem Gyengius conaretur applicare; super quo . . precipimus . . quatenus vestrum mittatis hominem . . quo presente Euche de Koch vel Beke filius Jacobi de Tenky aut Stephanus filius Pauli de Leucce aliis absentibus homo noster tempore dicte reambulacionis ad faciem prefate possessionis Gyengius accedendo, nostrum et illius loci testimonialis homines per eundem comitem Thomam tunc inibi adducendos prohibeat ab applicacione dicte particule terre Demetrii ac metarum ereccione eiusdem eidem comiti Thome facienda, ipsum vero comitem Thomam ab occupacione et sibi statuere faccione, regni consvetudine requirente; et post hec seriem ipsius prohibicionis nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, in dominica proxima post festum Corporis Christi anno eiusdem M^mo^ quinquagesimo (igy). Nos igitur . . cum Stephano filio Pauli homine nostro nostrum hominem discretum iuvenem videlicet magistrum Ladislaum clericum chori nostri transmisimus . . qui quidem homo vester . . retulit . . quod ipse unacum eodem testimonio nostro feria secunda proxima post festum sancti Barnabe apostoli iam preteritum accessissent ad faciem possessionis Solmus prenotate, et licet ipsi eodem die procuratorem ipsius comitis Thome nunc iudicis curie regie et hominem domini palatini ac testimonium Strigoniensis capituli in facie memorate particule terre atigere nequivissent, tamen ipsi per adduccionem pretacti Demetrii circa vesperum similiter ipso die in villam Gyengius et ad hospicium prefatorum domini palatini et capituli hominum ac procuratoris dicti comitis Thome festinanter accessissent, ubi ipsi presentibus et audientibus sepe dictis palatini et capituli hominibus, ac procuratore comitis, fecissent prohibicionem supradictam, ita videlicet, quod annotatos domini palatini et capituli homines à statucione preallegate particule terre dicto comiti Thome facta vel facienda, prelibatum vero comitem Thomam a recepcione et occupacione eiusdem prohibuissent verbo vestre maiestatis regie; ubi his auditis, quamvis pretacti procurator et homo domini palatini hoc assumsissent, quod

mane in crastino rursus ad faciem dicte particule terre redire deberent, tamen ipso crastino die occurrente, reversi non fuissent ad faciem particule prenotate; et prefatus homo noster similiter personaliter coram nobis comparendo, premissa sic sicut idem homo vester nobis consequenter affirmavit. Datum feria secunda proxima ante festum nativitatis sancti Johannis Baptiste, anno supradicto.

Papíron, zárlatán pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban a Kövecsesi Dancs. cs. Itárában. Ugyanott megvan Miklós nádornak 1350-ben »octavo die 15-rum festi Annunciacionis b. virginis« kelt intő levele ugyanazon birtokra s ugyanazon felekre vonatkozólag.

231.

1350. Buda, jun. 27. István herczeg Vas vármegye alispánjának és a szolgabíráknak meghagyja, hogy a bursi szent Bernald szerzeteseket és jobbágyaikat oltalmuk alá vegyék.

Stephanus dei gracia tocius Sclavonie Croacie et Dalmacie dux . . comiti et vicecomiti de comitatu Castriferrei . . noveritis quod nos religiosos viros abbatem et ceteros fratres ordinis sancti Bernaldi de claustro ecclesie beate virginis de Burs, item possessiones et iobagiones eiusdem ecclesie ac ad ipsos abbatem et ceteros fratres pertinentes universos, in nostram recepimus proteccionem et cautelam specialem, viceque persone nostre vobis protegere commisimus; quapropter fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus predictos religiosos viros abbatem et ceteros fratres de claustro beate virginis, item possessiones, iobagiones eiusdem ecclesie ac ad ipsos abbatem ceterosque fratres pertinentes universos, ab omnibus indebite molestare gravare vel aliqualiter perturbare volentibus, vice persone nostre protegere debeatis et tueri, aliud non facturi. Datum Bude, in festo sancti regis Ladislai, anno domini M° CCC° quinquagesimo

Papíron, hátlapján gyűrűs pecséttel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Eccles 68. 167. dipl. oszt. 4134. Közli: Kovács N.

232.

1350. Buda, jun. 29. István kir. herczeg a király távollétében meghagyja Szepes vármegye közönségének, hogy tartson vizsgálatot az iránt, vajjon Detre fia Jakab és társai, Ulchine nevü birtokot egészen bírják-e?

Stephanus dei gracia tocius Sclavonie Croacie et Dalmacie dux fidelibus suis iudicibus nobilium ac aliis universis nobilibus et ignobilibus in comitatu Scepusiensi existentibus . . cum domina regina genitrix nostra charissima, exhibiciones instrumentorum quas universi populi seu hospites de Mendzenth in facto emcionis medietatis possessionis Wlchyne vocate confectorum ab una, ac Jacobus literatus filius Detrici et Zonk filius Hannus in facto eiusdem medietatis possessionis Wlchyne vocate iuxta regium literatorium preceptum, vicesimo secundo die festi Penthecostes in presencia prelatorum et baronum regni sui exhibere debuissent, ad quindenas reversionis dicti domini regis fratris nostri charissimi de partibus transmarinis in Budam locum mansionis sue fiende, per comitem Thomam iudicem curie regie mediantibus literis eiusdem comitis Thome prorogare eo modo precepisset, ut per quam parcium predictarum per assercionem universitatis vestre, habita inter vos literis nostris vel reginalibus mediantibus congregacione generali, ad nostram vel reginalem literatoriam requisicionem faciendam dicta medietas possessionis Wlchyne semper et ab antiquo usque ad hec tempora possessa esse fateretur, eadem pars medio tempore donec in facto medietatis dicte possessionis Wlchyne vocate finalis decisio fieret, absque omni impedimento pacifice et quiete possidere ac fructus et utilitates eiusdem possessionis Wlchyne absque ulla inquietacione percipere valeat atque possit, nosque super premissis videlicet per qu(. . . . . .) medietas dicte possessionis Wlchyne possessa semper et ab antiquo sit et existat, certitudinaliter velimus informari . . precipimus . . quatenus tercio die quindenarum festi beati Jacobi apostoli nunc proxime venturo, congregacionem (. . . . . .) dicto comitatu Scepusiensi presente testimonio capituli Scepusiensis, quod presentibus inibi trans(. . . .)

iubemus, facere et . . habito inter vos diligenti tractatu . . hoc utrum medietas predicte possessionis Wlchyne . . (pre)dictos Zonk filium Hannus, Jacobum literatum ac eciam Mathiam filium Zeurus necnon predecessores ipsorum semper et ab antiquo (. . . . . .) hec tempora aut per populos seu hospites de Mendzenth similiter semper et ab antiquo vel ullo unquam tempore possessa sit fuerit et existat, nobis in literis vestris videlicet iudicum nobilium fideliter rescribatis; nihilominus tocius facti seriem per predictum capitulum ecclesie Scepusiensis rescribi volumus seriatim. Datum Bude, in festo beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini M° CCC° quinquagesimo.

A szepesi káptalannak 1350. aug. 15-ikén kelt átiratából, melynek eredetijét a N. Muzeumban a Máriássy cs. letéteményében őrzik.

233.

1350. jul. 1. A pécsi káptalan előtt Vejki Pál fiainak Jánosnak és Miklósnak fiai, négy Baranya vármegyei birtokon megosztoznak.

Nos capitulum Quinqueecclesiensis ecclesie . . significamus . . quod Stephanus Nicolaus et Michael filii Johannis filii Pauli de Weyk ad nostram personaliter accedentes presenciam, sunt confessi . . quod ipsi in possessionibus ipsorum scilicet in dicta Weyk in qua ecclesia in honore sancti Georgii martiris fore dinoscitur, et Paly, Kysfolud et Sedfeu vocatis in comitatu Barania habitis, in divisione cum Nicolao filio Pauli fratre eorum patruele habita ipsis devolutis, propter bonum pacis et concordie unionem huiusmodi inter se fecissent divisionem : quod fundus curie prenominati Johannis patris ipsorum in dicta possessione Weyk a parte occidentali dicte ecclesie santi Georgii adiacens, cum uno fundo curie unius iobagionis retro predictam curiam habito et eciam cum uno vico a parte fluvii Crassou adiacente, qui inciperet ab oriente a quodam angulo Wkruszugh dicto, et directe ad occidentem usque quendam troncum qui esset inter curiam Chyre iobagionis prefati Michaelis et curiam Paul-

magni iobagionis prenominati Stephani, habitum terris pro metis cumulatum, cum quibusdam duobus fenetis, uno in loco Debey dicto et alio in fine Gath existentibus, cessisset in porcionem prenominati Michaelis; item ab eodem tronco versus occidentem usque finem, item in alia platea a parte septemtrionali existente incipiendo a quodam tronco inter curiam Georgii filii Petri et curiam Martini iobagionis prefati Nicolai, simul cum curia ipsius Georgii filii Petri, ab ipsa platea versus occidentem usque finem simul cum curia Jacobi magni inter ipsas duas plateas habita, item una curia a parte meridionali predicte ecclesie, in eadem quantitate qua predicta curia patris eorum fuisse dinoscitur, usque quandam viam communem in qua esset unus troncus sambuci, que via separaret ipsam curiam a curia prefati Nicolai, pro personali residencia cessissent in porcionem prenominati Stephani; item porcio prefati Nicolai inciperet a predicto tronco inter curias Georgii et Martini habito, et ipsa platea cum curia prefati Martini versus orientem usque finem; item alia platea incipiens a predicta via communi in qua est troncus sambuci, versus orientem usque predictum locum Wkruszugh et ab ipso loco Wkruszugh una platea circa fluvium Crassow versus septemtrionem adiacens cessisset in porcionem prenominati Nicolai; item in possessione Paly vocata una platea a meridie subtus montem habita, que inciperet ab occidente et veniret usque gurgitem de quodam puteo manantem et flecteret supra ad ipsum puteum, ubi esset una curia supra arborem gyrtian; item curia cuiusdam iobagionis nomine Chugul, que esset a parte aquilonis inter porcionem prefati Michaelis et predictum gurgitem et fundi curiarum Pala et Pauli rufi ac Ladislai dicti de Gurdanch; necnon medietas curie Dragsa, que esset a parte meridiei in quadam valle; item curia Petri Fakasuy dicti, curia Cosme nigri et curia Pauli filii Kupse, que essent in loco Gurdanch dicto, cessissent in porcionem prenominati Stephani filii Johannis; item termini porcionis Nicolai in eadem villa Paly habite, inciperent ab oriente sub quadam arbore nucis terris pro metis cumulata, inde tenderet versus occidentem circa sepem curie prenominati Pala iobagionis dicti Stephani, et veniret ad quandam viam et per ipsam flecteretur

versus aquilonem et veniret ad predictum puteum sub arbore gyertian habitum, et per cursum gurgitis ipsius putei iret directe versus dictam partem aquilonis, et inter duas curias transeundo intraret in fluvium Crassou, qui termini ipsam porcionem versus orientem usque finem cum quadam vinea Charzeleye dicta Nicolao supradicto; item quidam vicus ipsius ville Paly ab aquilone circa fluvium Crassou existens, qui inciperet ab occidente et tenderet directe versus orientem veniretque usque curiam prenominati Chugul iobagionis prefati Stephani; item curia Georgii claudi, curia Chugur, curia Wcrachk et medietas curie prenominati Draassa; item curia Iwan Karusuch dicti, curia Petri longi, curia Clementis, curia Petri Nonas dicti, curia Myke, curia Bratizlou, cessissent in porcionem prenominati Michaelis; item in aconibus vinearum in territorio eiusdem ville Paly habitarum cuique ipsorum cessissent acones viginti trium vinearum iuxta consvetudinem ipsius terre percipiendi; item possessionem eorum Kysfolud sic divisissent, ut inciperet ab occidente sub quadam arbore pomi terris pro metis cumulata, inde transiret ipsam villam versus orientem ad quoddam pratum, et per ipsum pratum ad eandem partem iret in fluvium Crassou ad arborem salicis in eodem fluvio existentem; isti termini in curiis seu sessionibus separarent porcionem Stephani ad meridiem; item akones trium vinearum in territorio eiusdem ville existencium, et quoddam fenetum prope eandem villam a parte meridionali adiacens, quod actenus prefatus Nicolaus filius Pauli pessedisset, cessissent eciam in porcionem Stephani antedicti; item porciones prenominatorum Nicolai et Michaelis in eadem Kysfolud habite sic separantur, quod inciperet sub quadam arbore sambuci ad hortum Johannis filii Pauli iobagionis prefati Nicolai annexa, terris pro metis cumulata, inde transiret ipsam villam directe ad orientem et per quoddam pratum veniret ad dumum salicis, inde ad eandem partem iret ad fluvium Crassou, qui quidem termini ad partem meridionalem usque porcionem prefati Stephani separarent prenominato Michaeli ex utraque parte, ad partem vero septemtrionalem usque finem eiusdem ville separarent porcionem Nicolai antedicti; item akones trium vinearum eidem Michaeli et akones aliarum trium

vinearum ac quoddam fenetum prope ipsam villam a parte septemtrionali adiacens, quod actenus prenominati Nicolaus et Michael simul possedissent, eidem Nicolao cessissent in porciones, cuique ipsorum sua porcio cum omnibus suis utilitatibus possidenda et habenda; item possessionem ipsorum Sedfeu vocatam, terras arabiles prenominatarum possessionum Weyk et Kysfolud, ac prefate possessionis Sedfeu, necnon feneta pro iobagionibus apta, que adhuc essent indivisa, eciam in tres equales partes inter se dividere assumserunt coram nobis; item ius patronatus prenominate ecclesie sancti Georgii, molendina aquas, fluvios, silvas, ubique ad dictas possessiones ipsorum spectantes, in communi inter se reliquisse sunt confessi . . Datum in octavis festi nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini Millesimo CCC^{mo} quinquagesimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 572. 32. dipl. oszt. 4135. Közli: Kovács N.

234.

1350. Nagyvárad, jul. 5. Gergely a váradi püspök vicariusának bírája, bizonyos hitbér és hozomány dolgában a feleknek halasztást ad.

Nos Gregorius iudex . . magistri Benedicti lectoris ecclesie Waradiensis . . Demetrii . . episcopi loci eiusdem vicarii generalis, damus pro memoria, quod causam, quam Ladislaus filius Mike de Hora qui personaliter comparuit, contra Johannem filium Alexandri de Vanchud qui similiter personaliter astitit, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum in octavis festi nativitatis sancti Johannis Baptiste in figura iudicii domini nostri coram nobis movere habebat, quia idem Ladislaus litigium suum super facto dotis et rerum paraffernalium domine avie sue declarabat, prenominatus Johannes filius Alexandri sine consensu proximorum suorum non respondebat, ideo ipsam causam ad octavas festi sancti Jacobi apostoli nunc venturas peremtorie duximus prorogandam. Datum Waradini,

quinto die termini prenotati, anno domini M° CCC^mo quinquagesimo.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. dipl. oszt. 26559. Közli: Kovács N.

235.

1350. Körös, jul. 5. Körös vármegye ispánja előtt Breztóczi Péter fia György, birtokrészét testvérének Andrásnak zálogba adja.

Nos magister Jacobus comes Crisiensis et castellanus de maiori Kemluk . . significamus . . quod Georgius filius Petri parte ab una, ab altera vero Andreas frater eiusdem nobiles de Breztouch (. . . . . .) personaliter constituti, idem Georgius filius Petri, quia per quosdam vicinos nobiles in facto calumnie pro quibusdam causis (. . . . . .) et dictis nobilibus satisfaccionem non habuisset unde impendere, ideo idem Georgius filius Petri dixit . . quandam particulam possessionis sue in Breztouch existentem, ipsum in porcione contingentem, predicto Andree fratri suo, quadraginta marcis denariorum pignori obligasse, exceptis proprio fundo et decem dictis (így) terre arabili; ita tamen, quod quandocunque in processu temporum ipso Georgio filio Petri vel suis heredibus posse asseruit, cum eadem summa pecunie ab eodem Andrea et suis heredibus liberam habebunt absque omni gravamine redimendi facultatem; in quorum omnium testimonium presentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum in Crisio, feria secunda proxima ante octavas festi beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini M° CCC^mo quinquagesimo.

Papíron, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

236.

1350. jul. 18. A budai káptalan előtt Váczi Péter fia János ó-budai hospes, János ó-budai örkanonoknak ugyanott egy udvartelket a szent ferencziek kolostora előtt elad.

Capitulum ecclesie Budensis . . ad universorum . . noticiam . . volumus pervenire, quod Johannes filius Pauli dicti de Wach hospes de Veteri Buda ab una, item magister Johannes custos ecclesie nostre parte ex altera, coram nobis personaliter constituti, idem Johannes filius Pauli confessus exstitit . . quod ipse quendam fundum curie sue seu sessionem ante claustrum beati Francisci confessoris a parte meridiei in territorio civitatis Veteris Budensis existentem, cum omnibus edificiis suis et utilitatibus eiusdem universis, horto et terra ad eandem spectantibus, sine preiudicio iuris ecclesie nostre et aliorum quorumlibet, dicto magistro Johanni custodi ecclesie nostre et per eum successoribus eiusdem, pro triginta florenis minus duobus . . perpetuo . . vendidisset . . imo prout in antea donasset, sic et nunc dedit vendidit . . coram nobis perennaliter possidendam; nullum ius . . sibi reservans de eadem, imo totum dominium et iuris proprietatem in ipsum magistrum Johannem et suos successores transferens ex integro iure perennali possidendam . . dans eidem magistro Johanni custodi ecclesie nostre omnem auctoritatem donandi eandem et vendendi cuicunque voluerit . . Datum die dominica proxima ante festum beate Marie Magdalene, anno domini Millesimo CCC° quinquagesimo; presentibus magistro Petro cantore, Michaele Emerico Ladislao et altero Ladislao ac Cosma ceterisque ecclesie nostre canonicis, in eadem deo devote famulantibus.

Az ép pecsét hártya-szalagon függ; a chyrographum a felső szélen van; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. Vet. Bud. 18. 7. dipl. oszt. 4137. Közli: Kovács N.

237.

1350. jul. 23. Tamás országbíró előtt Péter fia János és Bátori Pál több társaik nevében, a magban szakadt Chanád fiainak és Miklós fiának Mikónak bélvölgyi birtokairól Rátold és Buken fiai javára lemondanak.

Nos Thomas iudex curie .. et comes de Turuch .. significamus .. quod Johanne filio Ratoldi personaliter, pro Johanne vero filio Buken magistro Thoma fratre eiusdem cum literis procuratoriis capituli ecclesie Agriensis ab una, item pro Petro filio Johannis et Johanne ac Blasio filiis eiusdem Petri et pro Ladislao filio Wgh Johanne filio predicti Petri cum literis procuratoriis capituli eiusdem ecclesie Agriensis, pro Nicolao autem filio Alexandri et Ladislao filio Nicolai magni eodem Johanne filio Petri sine literis procuratoriis .. item pro Paulo filio Johannis Paulo de Batur cum procuratoriis literis domini Stephani ducis, item pro Andrea Petro et Jacobo filiis Georgii filii Andree Paulo de Batur predicto procuratore Pauli filii Johannis vigore predictarum literarum procuratoriarum domini Stephani ducis .. parte ab altera coram nobis constitutis, relatum exstitit per eosdem .. quod gravamen facti calumnie, in quod ipse Petrus filius Johannis et filii eiusdem Petri ceterique prenominati nobiles contra prescriptos Johannem filium Ratoldi et Johannem filium Buken in facto requisicionis quarumdam possessionariarum porcionum, que Simonis Benedicti Pauli et Emirici filiorum Chanad ac Mykow filii Nicolai, hominum ut dicitur sine herede decedencium, proximorum et consanguineorum videlicet Johannis filii Ratoldi et filiorum Buken fuisse dignoscuntur, in valle Beel habitarum, coram .. Nicolao .. palatino iuris ordine mediante incidissent, in porcionem scilicet eorum cedere debens, eisdem Petro filio Johannis, Johanni et Blasio filiis eiusdem Petri, ac aliis prenotatis ex parte eorumdem Petri et Johannis relaxassent, reddendo ipsos pretextu dicti gravaminis facti calumnie prorsus expeditos, eo modo, quod nunquam temporis in processu iidem Petrus filius Johannis et filii sui ac alii prescripti de generacione sua, in facto predictarum possessionaria-

rum porcionum, quarum pretextu in predictum gravamen dinoscebantur incidisse, nunquam litis quescionem movere valeant quavis racione aliqualem, nec fructus et utilitates earumdem possessionariarum porcionum deinceps percipient aliquales; si vero in facto earumdem possessionariarum porcionum ausu temerario in posterum aliquam litis moverint quescionem, vel de percepcione fructuum et utilitatum earumdem se intromitterent quoquomodo, in prius gravamen facti calumnie inciderent eo facto; ad quod se idem Johannes filius Petri personaliter, predictos autem Petrum patrem et Blasium fratrem suos, item Ladislaum filium Wgh premissa procuratoria auctoritate, onus Nicolai filii Alexandri et Ladislai filii Nicolai magni si huic composicioni contraire niterentur super se recipiendo, ut est dictum, Paulus autem de Batur prefatum Paulum filium Johannis similiter procuratoria auctoritate premissa, onus predictorum Andree Petri et Jakobi filiorum Georgii filii Andree super eundem Paulum filium Johannis vigore ipsarum literarum procuratoriarum assummente si in presenti composicione persistere recusarent, Johannes vero filius Ratoldi se personaliter, prefatum autem Johannem filium Buken magister Thomas frater eiusdem vigore dictarum literarum procuratoriarum spontanea obligarunt voluntate coram nobis. Datum Bude, sedecimo die quindenarum festi nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini M° CCC^mo^ quinquagesimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 54. 29. dipl. oszt. 4136. Közli: Kovács N.

238.

1350. Eperjes, jul. 26. A szentpéteri és somosi lelkészek János főespereseknek az egri püspök vicariusának jelentik, hogy Idai Marhard fia Pál fiát Jánost egyházi tilalom alá helyezték és esetleges excommunicáltatását is tudtára adták.

Magistro Johanni archidiacono Borsodiensi vicarioque .. Nicolai .. episcopi Agriensis in spiritualibus generali .. Martinus de Zenthpethur et Johannes de Somus ecclesiarum

rectores . . Discrecionis vestre literas . . recepimus et iuxta earumdem continenciam magistris Lencus filio Pous et Herke filio Michaelis filii eiusdem Pous, feria sexta proxima ante festum beati Jacobi apostoli iam preteritum ad possessionem magistri Johannis filii Pauli filii Marhardi, Ida vocatam accedendo, et ibidem domino Jacobo rectori ecclesie in eadem Ida fabricate constituto, facie ad faciem denunciantes ecclesiasticum posuimus interdictum, ut in omnibus ecclesiis et parochiis, possessionibus videlicet dicti magistri Johannis divina habeant sub suspenso, preter penitencias moriencium et baptisma parvulorum, ita nihilominus specialiter declarando, quod si infra octavas beati Jacobi apostoli iam venturas pretaxatum ecclesiasticum interdictum idem magister Johannes corde indurato sustinuerit, et in eisdem octavis ad satisfaccionem coram vobis non comparuerit, extunc in quindenis eiusdem festi ipsum magistrum Johannem propria in persona, exstinctis candelis et pulsatis campanis, in ecclesiis in possessionibus propriis habitis et aliis, canonica monicione premissa, publice excommunicatum denunciabimus, iobagiones et familias ipsius in eodem interdicto stare permittentes, prout in toto vestrarum exprimit continencia literarum super ipso negocio confectarum; presentes autem sub sigillo domini Donch rectoris ecclesie de Zegekerthy vicearchidiaconi nostri nunc constituti, vestre paternitati duximus transscribendas. Datum in Eperyes, feria secunda proxima post festum beati Jacobi apostoli prenotatum, anno domini M° CCC° quinquagesimo.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1537. 39. dipl. oszt. 4138. Közli: Kovács N.

239.

1350. jul. 27. A garam-szentbenedeki convent bizonyítja, hogy Győredi Miklós, a Pobor fia András vádjának valótlanságára az esküt kilenczed-magával letette.

Nos conventus monasterii sancti Benedicti de iuxta fluvium Goron damus pro memoria, quod cum secundum arbitrium proborum et nobilium virorum Nicolaus filius Myke de

Geured cum novem nobilibus sibi similibus se incluso, feria secunda proxima post festum beati Jacobi apostoli, contra Andream filium Pobor de eadem, super eo, quod in concremacione unius domus, furtis, aliis damnis et nocumentis, damnum ad valorem viginti quinque marcarum sibi non intulisset, sed in omnibus accionibus suis innocens esset penitus et immunis coram nobis iuramentali deposicione se expurgare debuisset; igitur ipso termino occurrente, idem Nicolaus filius Myke cum nobilibus sibi similibus in nostri presencia constitutus, presens tibus eciam tribus iudicibus nobilium comitatus Borsiensis, predictum iuramentum suum per verba premissa deposuit ut debebat; adiicientes prenotati iudices nobilium, quod memoratus Andreas filius Pobor, si quas literas haberet super causis eiusdem iuramenti, per omnia vigore carere deberent, et supradictum Nicolaum filium Myke de causis recitatis et iuramento, presentibus totaliter reddiderunt expeditum. Datum in crastino diei iuramenti, anno domini Millesimo CCC^mo^ quinquagesimo.

Papíron zárlatán töredezett pecséttel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. dipl. oszt. 24422. Közli: Kovács N.

240.

1350. aug. 1. A leleszi convent előtt Kistárkányi Tamás fia Domokos, Fülöp váradi prépostot és Tárkáni Lászlót Rozvád nevü birtokának elfoglalásától tiltja.

Nos conventus monasterii sancte crucis de Lelez damus pro memoria, quod Dominicus filius Thome de Kys-Tarkan, ad nostram personaliter accedendo presenciam, per modum protestacionis nobis significare curavit, quod discretus vir dominus Philippus prepositus, quandam porcionem suam in possessione Rozuad vocata habitam, per Ladislaum filium Matheus pro se niteretur occupare et reservare, in cuius requisicione ipse in lite quamplurimas expensas fecisset et consumsisset, et idem Philippus prepositus sibi de ipsis expensis nondum satisfecisset, nec quitquam facere intenderet; quem qui-

dem Philippum prepositum ab occupacione dicte porcionis possessionarie, Ladislaum quoque et alios quoslibet a detencione et reservacione racione expensarum suarum tamdiu quousque sibi satisfaccio impenderetur ab eodem, prohiberet imo et coram nobis prohibuit contradicendo. Datum in octavis festi beati Jacobi apostoli, anno domini M° CCC^mo^ quinquagesimo.

Kivül: Pro discreto viro domino Philippo preposito ecclesie Waradiensis et Ladislao de Tarkan prohibitorie.

Papíron zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 777. 14. dipl. oszt. 4140. Közli: Kovács N.

241.

1350. aug. 4. A szepesi káptalan előtt Danus fia Miklós fia László, Zsigra Szentmargita Olsovicha és Pocsprocs nevü birtokokban való részét testvérének Györgynek eladja.

Nos capitulum ecclesie beati Martini de Scepus . . significamus . . quod magister Ladislaus filius quondam comitis Nicolai filii Danus coram nobis . . extitit confessus . . quod universas suas possessionarias porciones ipsum in possessionibus Sygra Scenthmargita Olsowycha et Pochproch alio nomine Lazsnowpataka contingentes, cum omnibus suis . . pertinenciis . . magistro Georgio fratri suo uterino pro quinquaginta marcis grossorum denariorum numeri Scepusiensis ab eodem plene habitis . . vendidisset . . sibi et per eum suis heredibus . . irrevocabiliter . . possidendas . . Datum feria quarta proxima ante festum beati Laurencii martiris, anno domini M^mo^ CCC^mo^ quinquagesimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban a Máriássy cs. letéteményében.

242.

1350. Nagyvárad, aug. 8. Tamás országbíró a Szántai Tamás deák és a nagyváradi szent Anna szerzetbeli apáczák közt Szeben birtok iránt folyt perben halasztást ad.

Nos Thomas iudex curie . . et comes de Thurch damus pro memoria, quod causam quam Thomas literatus filius Johannis de Zanthow personaliter astans, contra dominas sanctimoniales de claustro sancte Anne de Waradino deo famulantes, pro quibus Johannes famulus et procurator earumdem . . comparuit, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum in octavis festi beati Jacobi apostoli in factis potencie et possessionis Zeben vocate movere habebat coram nobis, partibus volentibus ad octavas festi beati Michaelis archangeli nunc proxime venturas duximus peremtorie prorogandam, eo modo, ut si partes per composicionem domini Demetrii episcopi Waradiensis et magistrorum Michaelis et Nicolai filiorum Alberti ac Stephani filii Gregorii et aliorum proborum virorum in capitulo dicte ecclesie Waradiensis medio tempore non poterunt concordare. Datum Waradini, octavo die termini prenotati, anno domini M° CCC^mo L^mo.

Papíron; zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. Poson. 61. 15. dipl. oszt. 4141. Közli: Kovács N.

243.

1350. sept. 1. Az egri káptalan bizonyságlevele arról, hogy Balázs fiai: Gyapol János és Benedek, további Izsépi Mihály fiai, valamint Hosszumezei Markalf unokái, Felsink, Rákócz, Morva és Körtvéles nevű Zemplén vármegyei birtokokat maguk között mi módon osztották föl.

Nos capitulum ecclesie Agriensis significamus . . quod cum iuxta continenciam literarum discreti viri magistri Petri comitis capelle et secretarii cancellarii . . Stephani . . tocius Sclavonie Croacie et Dalmacie ducis composicionalium et obligatoriarum, Benedictus et Johannes dictus Gyappl filii Blasii

ex una, item Jacobus Barnabas Ladislaus et Paulus filii Michaelis de Isyph parte ab altera, item Demetrius Nicolaus Barnabas et Benedictus filii Johannis filii Markolphi de Hosyomezeu ex tercia parte, in octavis festi sancti regis Stephani coram nobis vel personaliter vel per legitimos suos procuratores comparere, iidemque filii Michaelis de Isyph Michaelem puerum filium prescripti Ladislai, annotati vero filii Johannis filii Markolphi Johannem similiter puerum filium pretaxati Demetrii in propriis personis eorumdem statuere, comparentesque et predictos pueros statuentes quasdam possessiones et porciones possessionarias infraspecificatas per modum similiter infrascriptum sibi invicem mediantibus literis nostris stabiliti tenoris perpetuare debuissent, tandem dictis octavis sancti regis Stephani occurrentibus, prenominati Benedictus et Johannes personaliter comparentes, dimidietatem possessionis ipsorum Felsynk vocate, in comitatu Zemlenyensi iuxta fluvium Lyka ut dicitur, existentis, pro divisionaria sanccione et complecione simul cum alia dimidietate eiusdem, quam antea dictus Blasius pater ipsorum mediantibus literis quondam .. Karoli regis .. et nostris patentibus ac sub testimonio hominis nostri metali distinccione ab alia possessione sua Morva vocata separando eisdem (filiis) Michaelis dedisset et tunc contulisset, sic et nunc ipsi cum suis .. pertinenciis, sub eisdem metis ac limitacionibus per eundem patrem ipsorum de (.....) s dederunt et contulerunt memoratis Barnabe Jacobo Ladislao et Paulo filiis eiusdem Michaelis ac ipsorum heredibus .. perennali iure possidendam .. nullum ius .. dicti filii Blasii amplius pro se in eadem reservantes; e converso autem pretacti Jacobus et Ladislaus filii Michaelis cum eodem Michaele puero filio ipsius Ladislai personaliter, pro annotatis vero Barnaba et Paulo fratribus suis idem Jacobus cum sufficientibus literis procuratoriis .. comparentes, possessiones Morva, Rakolch (.....) falu, (.....) in eodem comitatu Zemlenyensi et iuxta dictum fluvium Lyka ut refertur adiacentes, cum earum .. pertinenciis ac sub antiquis metis .. quibus eedem hactenus per dictum Blasium filium Michaelis et suos predecessores habite fuissent et possesse, ex parte ipsorum reliquissent et exnunc nostri in presencia .. reliquerunt memoratis

Benedicto et Johanni dicto Gyapul perennaliter et irrevocabiliter possidendas . . heredum per heredes, similiter nullum ius . . amplius pro se in eisdem reservantes; item annotati Demetrius et Nicolaus filii Joannis filii Markolphy cum eodem Johanne puero filio pretacti Demetrii personaliter, pro predictis vero Barnaba et Benedicto fratribus suis cum sufficientibus literis procuratoriis . . coram nobis in eisdem octavis sancti regis Stephani quo supra comparentes, de quadam possessione ipsorum Kurtveles vocata, olim per dictum Blasium memorato Johanni filio Markolphy patri et nobili domine sorori sue coniugi ipsius Johannis matri ipsorum data et donata, simili modo in eodem comitatu Zemliniensi circa ipsum fluvium Lyka existenti, a parte scilicet metarum possessionis Arach nuncupate usque metas terre Lezna, et a parte orientali cum funiculo circuendo et mensurando, in silvis et in terris arabilibus ac aliis utilitatibus quibuslibet tantam quantitatem quanta esset recta dimidietas ipsius possessionis Felsynk, utpote pro silva silvam, et pro terris arabilibus equivalentes terras arabiles, tum ob favorem proximitatis dicti Blasii avunculi ipsorum, et tum pro eo ut divisio inter eosdem filios Blasii et filios Michaelis de Isyph ut refertur celebrata, amodo et deinceps pacifica stabilitate posset perdurare, dederunt . . in ius et proprietatem eorumdem Benedicti et Johannis filiorum Blasii et heredum suorum simili modo iure perpetuo . . possidendam . . ex adverso autem predicti filii Blasii, item Jacobus et Ladislaus filii Michaelis pro se et pro prelibatis fratribus suis absentibus vigore dictarum literarum procuratoriarum, residuam porcionem possessionariam que de dicta possessione Kurtueles in ipsa mensuracione et extradacione eisdem filiis Johannis remansisset, eodem modo quo antea predictus Blasius pater et proximus ipsorum mediantibus literis nostris privilegialibus ut premissum est dictis Johanni patri et domine matri eorumdem filiorum Johannis perpetuasset, reliquerunt et perpetuarunt filiis Johannis filii Markolphi ac ipsorum heredibus supradictis. Quibus quidem possessionibus et porcionibus possessionariis prescripte partes sic inter se perpetuatis consona voce retulerunt, quod licet ipse super premissis perpetuacionibus literas nostras privilegiales communiter et divisim pro

nunc inter se confici facere debuissent, tamen quia adhuc pluribus negociis prepediti, et maxime pro eo, quia dicta porcio possessionaria pro eadem possessione Kurtueles prenominatis filiis Blasii data, nondum metis ab alia parte ipsius memoratis filiis Johannis remanenti separata haberetur, ideo ipsi factum dictarum literarum privilegialium confeccionis ad octavas festi Epiphaniarum domini iam venturi prorogarunt, isto modo, quod ipsi tunc vel omnes personaliter, vel ex dictis tribus partibus tres fratres ipsorum pro se ipsis et cum legitimis ac sufficientibus literis procuratoriis presentem perpetuacionem et dictarum literarum nostrarum privilegialium confeccionem tangentibus, coram nobis comparere, et preallegatarum possessionum ac porcionum possessionariarum daciones, donaciones atque resignaciones, sub premisso tenore predictas literas nostras privilegiales inter se roborare deberent et tenerentur cautela pro maiori, quod si qua parcium in ipsis octavis Epiphanie domini ut premissum est venire, dictaque negocia suo modo perficere non curaret, extunc talis pars contra partem dicta negocia perficientem sive perficientes, in succubitu duelli facti potencialis convinceretur eo facto . . Datum sexto die octavarum festi sancti regis Stephani supradictarum, anno domini M° CCC^mo quinquagesimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 698. 31. dipl. oszt. 4142. Közli: Kovács N.

244.

1350. sept. 15. János borsodi főesperes azon birtok határjárását, mely Verési Miklós unokái és Gerinczi Miklós leánya között vitássá vált, elhalasztja.

Nos magister Johannes archidiaconus Borsodiensis vicariusque . . N(icolai) . . episcopi Agriensis in spiritualibus generalis, damus pro memoria, quod nos causam et factum reambulacionis quarumdam possessionum et porcionum possessionariarum Georgii Ladislai et Gregorii filiorum Johannis filii Nicolai dicti Kuer de Veres, que inter nobilem dominam uxorem Beke filii Zaccio et filiam Gregorii filii Nicolai de

Gerinch Barbara vocatam ut actricem ex una, et prefatos filios Johannis parte ab altera, in presentibus octavis festi nativitatis sancte Marie virginis, iuxta continenciam aliarum literarum nostrarum exinde confectarum perfici debebant, ad mandatum domini Stephani tocius Sclavonie Croacie et Dalmacie ducis mediantibus suis literis eidem domino nostro episcopo et nobis firmiter iniunctum, ad octavas sancti Georgii martiris iam venturas, absque omni gravamine et pondere aliquali, iterato ad nostram presenciam prorogavimus statu priori permanente. Datum in eisdem octavis nativitatis sancte Marie virginis, anno domini Millesimo CCC^mo^ quinquagesimo.

Kivül: Contra dominam uxorem Beke filii Zachyou.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 69. 18. dipl. oszt. 4147. Közli: Kovács N.

245.

1350. sept. 16. A kolozsmonostori convent I. Lajos királynak jelenti, hogy az Almás vize mellett fekvő Banka nevü birtok, valamint Kendermező, Galpuna és Kettősmező nevü birtokok Brassai Jakab tulajdonát képezik.

.. Lodovico .. regi .. conventus ecclesie beate virginis de Clusmonustra .. literas vestre maiestatis .. recepimus in hec verba: Lodovicus rex conventui ecclesie beate virginis de Clusmonustra .. Dicitur nobis in persona Jacobi de Brasso, quod terra quam Stephanus dictus Pagan, Banka nomine vocari fecisset, incipiens a fluvio Almas usque ad quandam ecclesiam ubi heremita moraretur, item possessiones Kendurmezeu, Galpuna et Ketteusmezeu vocate, apud vicinos et commetanseos suos habite, per collacionem domini regis genitoris nostri ad ius suum et fratrum suorum essent pertinentes et deberent pertinere; super quo .. mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Johannes filius Gyula de Gyulay, vel Johannes filius Michaelis de Gyurfalva altero absente homo noster, ab omnibus quibus decet et licet, *sciat* et inquirat de premissis inve-

stigando omnimodam veritatem, et post hec prout vobis . . veritas premissorum constiterit, nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, in festo beate Margarete virginis et martiris, anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo. Nos igitur . . unacum Johanne filio Michaelis de Gyurgfalva homine vestro predicto, nostrum hominem, videlicet fratrem Nicolaum presbiterum, socium et confratrem nostrum pro testimonio duximus transmittendum ad premissa exsequenda; qui demum . . retulerunt, quod ipsi in comitatibus de Clus de Doboka et Zonuk circuendo, specialiter ab omnibus vicinis et commetaneis dictarum terrarum, videlicet a Johanne filio Nicolai et Leukus nobilibus de Doboka, item a Dominico et Beke filiis Ladislai nobilibus de Yklod, ac a Thoma filio Gothardi filii Petri de Sancto Petro, item a Petro et Abraham nobilibus de Dobey, ac a Johanne filio Petri de eadem Dobey et Paulo de Sancto Rege, item a Georgio filio Deseu, ac a Gereu et Jacobo, nec non Kemyh, specialiter autem a quibusdam senioribus qui in officiolatibus et famulatibus Stephani filii Laurencii ipso vivente extitissent, eciam a quibusdam nepotibus eiusdem Stephani filii Laurencii, scilicet a Blasio de Reche et Agustino de Myko, item a Michaele et Georgio dictis Teke, filiis filie Stephani filii Laurencii antedicti, nec non ab aliis omnibus a quibus decuisset et licuisset, talem rei scivissent veritatem de premissis: quod ipsa terra, quam dictus magister Stephanus Pagan, Banka vocari fecisset et congregari intra metas et terminos possessionis Rakus, ipsius Jacobi et fratrum suorum, videlicet incipiens ab ipsa ecclesia heremite usque ad ipsum fluvium Almas esset situata atque congregata, dicte vero possessiones Kendurmezeu, Galpuna et Ketteusmezeu, olim fuissent possessiones et terre hereditarie Stephani filii Laurencii antedicti, et eidem Stephano filio Laurencii a suis proximis iuxta regni consvetudinem iuramentali caucione acquisite, lucrate, eique iure resolute, seu perenniter et irrevocabiliter possidende; et sic per consequens eedem possessiones ad ius eorum Jacobi de Brasso et fratrum suorum pertinerent et deberent pertineri. Datum feria quinta proxima post festum Exaltacionis sancte crucis, in anno prenotato.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. dipl. oszt. 27140.
Közli: Kovács N.

246.

1350. sept. 23. A budai káptalan előtt Kenéz fia Fülöp, Ilkai Hegyi András leányait az anyjuk és nagyanyjuk után Pauldi nevű birtokból őket illető hitbéri és hozományi járandóságukra nézve kész pénzzel kielégíti.

Nos capitulum ecclesie Budensis .. significamus .. quod domina Annus filia Andree dicti Hegy de Ilka pro se personaliter et pro Elena sorore sua sine aliquibus procuratoriis literis ab una, item Andreas filius Nicolai de Kyrth pro Philippo filio Keneez de Pauldy cum procuratoriis literis capituli ecclesie Posoniensis parte ex altera, coram nobis personaliter constituti, relatum exstitit per eosdem .. quod idem Philippus filius Kenez per ordinacionem et composicionem proborum virorum .. dictis dominabus Annus et Elene filiabus Andree dicti Hygy, pretextu quarte puellaris domine matris, et pro dote et rebus parorphanalibus avie ipsarum, de possessione ipsius Philippi filii Kenez, Pauldy nominata, eisdem dominabus provenire debentibus, viginti sex marcas gravi ponderis in promtis denariis, marcam quamlibet cum decem pensis computando, in tribus terminis infrascriptis coram capitulo ecclesie Posoniensis solvere assumsisset, et idem Andreas filius Nicolai premissa procuratoria auctoritate assumsit coram nobis, tali obligacione interposita, quod si idem Philippus filius Kenez octo marcas in promtis denariis in octavis beati Andree apostoli, et alias novem marcas in octavis diei medii Quadragesime proxime affuturis dictis dominabus coram dicto capitulo Posoniensi modo preassumto solvere non curaret, penam iudicii subiaceret, si vero alias novem marcas similiter in promtis denariis in octavis festi nativitatis beati Joannis Baptiste nunc affuturis, modo quo supra, dictis dominabus racione premissorum solvere negligeret .. extunc in pena dupli dictarum pecuniarum principalium aggravaretur eo facto Philippus filius Kenez prenotatus .. Datum feria quinta proxima ante festum beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCC^mo quinquagesimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mo-nial. Tyrnav. 11. 1. dipl. oszt. 4148. Közli: Kovács N.

247.

1350. Szombathely, sept. 25. Pál, Répcze- és Gyöngyös-melléki főesperes és püspöki alvicarius, bizonyos hitbérre nézve a Rátolth fia Miklós és Kámoni Bertalan közt folyt ügyet elhalasztja.

Paulus archidiaconus de iuxta Repche et Gyngus ac vicevicarius domini Briccii prepositi Jauriensis . . domini Colomanni episcopi eiusdem loci generalis, damus pro memoria, quod cum secundum continenciam priorum literarum nostrarum prorogatoriarum et estimandarum (igy) Nicolaus filius Ratholt, causam quam habebat secunda feria proxima ante festum beati Mathei apostoli et evangeliste, contra Bartholomeum filium Johannis de Kamun, super dote in possessione Stephani filii Heranch (kivül Herman) de eadem, partibus coram nobis comparentibus, causam inter partes iudicassemus, ut eandem possessionem iuxta quantitatem et valorem estiment secundum consvetudinem regni, homine nostro mediante, et posthec causam inter partes super eo discuciamus; tandem vero partes cum homine nostro coram nobis comparendo, in estimacione discordarunt eo modo: Nicolaus memoratus dicebat circa Bartholomeum prefatum unam particulam terre de possessione (supraesse) cum loco molendini, Bartholomeus affirmabat se habere tantum tria iugera terrarum sine loco molendini et super illa tria iugera literas habere, mediantibus quibus comparasset, et non plus habere; igitur nos assercionem parcium audientes decrevimus, quod Bartholomeus secunda feria post festum beati Michaelis archangeli debet, literas suas ponere coram nobis super illa tria iugera terrarum comparata, mediantibus quibus ea possideret, quod idem Bartholomeus facere assumsit propria cum voluntate, ad hoc se obligando. Datum Sabarie, sabbato proximo post festum memoratum, anno domini M° CCC^mo quinquagesimo.

Papíron, zárlatán pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban, a Békássy cs. ltárában.

248.

1350 sept. 29. Buda város bírája és esküttjei előtt Miklós fia Péter budai polgár, a napa és sógora által Sasad falu határában elzálogosított szőllőt Jakab budavárallyai és Varga János pesti polgártól visszaváltja.

Nos Michael filius comitis Kunczlini iudex castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem, memorie commendamus, quod Petrus filius Nicolai gener videlicet quondam Karachini concivis nostri ab una, item Nicolaus literatus et Jacobus concives nostri de suburbio castri predicti ac Johannes cerdo de Pesth parte ex altera coram nobis personaliter constituti, per eundem Petrum propositum exstitit .. quod domina Elizabeth relicta ipsius Karachini socrus sua, una cum Michaele filio suo, ipsis vivente, quandam vineam ipsorum in territorio ville Sasad prope magnam stratam situatam, in vicinitate vinearum Stephani Thome et Andree adiacentem, a Wydus filio Wrach proximo ipsorum comparatam, quadam necessitate ipsorum Urgente, Nicolao literato Jacobo et Johanni in viginti octo florenis secundum usum et consvetudinem nostre civitatis pignori obligavit et ad scitum proborum virorum ipsa domina Elizabeth et Michael filius suus in ultima testamentaria ipsorum disposicione sibi redimendam, predictis Nicolao literato Jacobo et Johanni cerdoni hoc auditis, facta solucione ipsorum viginti octo florenorum, vineam eidem libere permittere et resignare affirmarunt; hoc percepto, prefatus Petrus filius Nicolai viginti octo florenos persolvit .. coram nobis Nicolao Jacobo et Johanni prenotatis, sepef(atam vineam) Petro filio Nicolai libere permittendo et assignando. Datum in festo sancti Michaelis archangeli, anno domini M° CCC^mo quinquagesimo.

Hátlapján vörös pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. dipl. oszt. 29683. Közli: Kovács N.

249.

1350. oct. 4. A budai káptalan előtt Ékes Miklós budavárallyai lakos, egy házat Ó-Budán, Márton fia János ó-budai hospesnek elad.

Capitulum Budensis ecclesie .. ad universorum .. noticiam .. volumus pervenire, quod Nicolaus dictus Ekus filius Thome de sub castro Budensi ab una, et Johannes filius Martini hospes de Veteri Buda parte ab altera, coram nobis personaliter constituti, idem Nicolaus dictus Ekus presente Michaele filio Wydus, consenciente et permittente, imo ius suum quod in domo infradicenda habere dignosceretur, perpetuo vendidisse eidem Nicolao affirmante, dixit .. quod ipse quandam domum suam seu possessionem in Veteri Buda in vicinitatibus domorum Petri filii Johannis filii Chyde ab una parte, et magistri Theutos ex alia existentem, sibi a Johanne filio Chepani et filiis suis iam defunctis racione seu iure proximitatis devolutam, cum omnibus suis .. pertinenciis .. edificiis lapideis et ligneis, ac aliis quibuslibet in facie eiusdem sessionis habitis, sub suis certis metis et antiquis, absque preiudicio iurium quorumlibet aliorum, specialiter ecclesie nostre, predicto Johanni filio Martini et per eum suis heredibus .. perpetuo .. pro centum florenis, ut dixit, plene ab eodem receptis et habitis .. vendidisset .. et vendidit coram nobis tenendam .. possidendam; assummendo eundem Johannem filium Martini racione predicte domus seu sessionis, ab omnibus impetere volentibus, iuxta consvetudinem civitatis expedire suis propriis laboribus et expensis .. Datum secunda feria proxima post festum beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCC^mo quinquagesimo; presentibus .. magistris Petro cantore, Johanne custode, Ladislao, Emirico, Ladislao Vgrini, Petro, Michaele, Johanne Demetrii et aliis canonicis in eadem ecclesia nostra deo devote famulantibus.

Sárga selymen függő pecséttel, felül chyrographhummal; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Monial. V. Budens. 18. 8. dipl. oszt. 4149. Ugyanott megvan »Lucas prepositus ecclesie Budensis secretariusque cancellarius domine Marie regine Hungarie« 1390. dec. 13-án kelt átiratában is, dipl. oszt. 3750. sz. a. Közli: Kovács N.

250.

1350. oct. 5. A pozsegai káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy Becsei Imre fia Töttös nevében Zela nevü birtok elidegenitésétöl Peterka fiait és társaikat intette.

.. Lodovico .. regi Hungarie .. capitulum ecclesie beati Petri de Pasaga .. Receptis literis vestre serenitatis super facto inhibicionis et contradiccionis quarumdum possessionum et possessionariarum porcionum magistri Teutos filii Emerici de Bechey in districtu Blyna sibi vicinarum et contiguarum, et speciliter possessionem Zela vocatam, quam ipse magister Teutos cum quibusdam nobilibus et specialiter Stephanus et Jvan filiis Peterka ac Gregorio filio Leustachii particulariter possidere dinoscitur, cum homine vestre magnitudinis, videlicet Nicolao filio Chepani, magistrum Cosmam notarium et concanonicum nostrum, hominem nostrum fide dignum pro testimonio duximus destinandum; qui postmodum homo vestre magnificencie et noster .. retulerunt, quod ipsi ad facies quarumlibet possessionum et possessionariarum porcionum in vicinitate et commetaneitate magistri Teutos filii Emirici existencium, in districtu Blyna habitarum, et specialiter ad possessionem Zela vocatam accessissent, ibique omnes vicinos et commetaneos dicti magistri Teutos et specialiter Stephanum et Iwan filios Peterka ac Gregorium filium Leustachii predictos, a vendicione impignoracione et quoquomodo alienacione dictarum possessionum et possessionariarum porcionum, alios vero quoslibet et specialiter Johannem, Marcus et Lucachium filios Philippi ac filios eorumdem, Vrack filium Vrachyna et Petrum filium eiusdem Vrack, Andream et Stephanum filios Varisa de Sornow ac filios eorumdem, ab emcione pro pignore recepcione et se modo quocunque de eisdem intromissione prohibuissent et inhibuissent. Datum feria tercia proxima post festum beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCC^mo^ quinquagesimo.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 520. 17. dipl. oszt. 4150. Közli: Kovács N.

251.

1350. oct. 21. A budai káptalan előtt az apáczáknak békás-megyeri bírája több más békás-megyeri földesurak bíráival és jobbágyaival együtt előadják, hogy Hosszú Salamon budavári zsidó az apáczák egyik jobbágya ellen adóssági pert indított, azonban harmadszori idézésre sem jelenvén meg, pervesztessé vált.

Nos capitulum Budensis ecclesie memorie commendamus, quod Fabus villicus iobagionum sanctimonialium de Bekasmeger, item Michael dictus Zeel, Johannes filius Petri iobagio domini abbatis de Pylis, Johannes filius Dominici villicus iobagionum quondam magistri Stephani, Petrus filius Stephani, Stephanus filius Antonii villicus iobagionum nostrorum, et Petrus filius Nicolai hospites de eadem Bekasmeger coram nobis constituti, unanimiter et concorditer dixerunt eo modo, quod cum Salomon longus iudeus de castro Budensi, Stephanum iobagionem prememoratarum sanctimonialium de Bekasmeger, legitima citacione premissa, racione decem florenorum et usurarum superaugmentatarum in presenciam sui villici in causam attraxisset, in termino eisdem dato idem Salamon iudeus contra ipsum Stephanum, ut premissum est, super decem florenos et usuras super eosdem augmentatas, coram villico et ipsis causam suam manifestasset, et idem villicus ad peticionem eiusdem Stephani iuxta consvetudinem communitatis seu possessionis, eidem Stephano terminum responsionis contra obiecta, sub ea condicione quod quecunque parcium ad terminum non veniret, suam causam perderet et convicta haberetur eo facto, assignasset; ipso autem termino adveniente, idem Stephanus coram villico suo et ipsis ibi consedentibus comparuisset ut debuisset, sed predictus iudeus neque venisset neque pro se aliquem transmisisset; demum ad convincendam contumaciam eiusdem iudei secundum terminum, deinde tercium terminum eisdem partibus predicto iudeo nunciando assignassent; et ipsis occurrentibus terminis, idem Stephanus in termino comparendo legitime suum adversarium expectasset, sed idem iudeus neque personaliter comparere, nec aliquem

pro se mittere voluisset; quo viso idem villicus et ipsi cum eodem in sede iudiciaria considentes, iuxta consvetudinem civitatis predictum iudeum contra ipsum Stephanum convictum fore decrevissent, et eundem Stephanum ab impeticione ulteriori super premisso facto absolvissent; hoc eciam dixerunt, quod idem Salamon iudeus contra predictum Stephanum manu potenciaria excitando, damnum plus quam quatuor florenorum eidem intulisset. Datum quinta feria proxima post festum beati Luce evangeliste, anno domini M° CCC^mo^ quinquagesimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. dipl. oszt. 29685. Közli: Kovács N.

252.

1350. Muthine, oct. 16. I. Lajos király a magban szakadt Piros Pál fiainak Bezermen-Zanchal nevü Kis-Küküllö vármegyei birtokukat az erdélyi vajdát Olaszországban négy éven át hiven szolgált János fiának Egyednek adományozza s a beiktatásra az erdélyi káptalant küldi ki.

Lodovicus .. rex .. capitulo ecclesie Albensis Transsilvane .. noveritis quod Egidius filius Johannis de Bezermen Zanchal, serviens magnifici viri Stephani woyuode Transsilvani et comitis de Zonuk dilecti et fidelis nostri, ad celsitudinis nostre accedendo presenciam, fidelitates suas et fidelium serviciorum suorum merita in regno nostro Sycilie per quatuor annorum integrorum iam elapsorum spacia in nostris serviciis residenciam faciendo variis et inopinatis fortune casibus et persone periculis iuxta sui status exigenciam continue et sine intermissione se exponendo cum summa diligencia et votiva sollicitudine nostre maiestati per eundem exhibitas et impensa proponens et declarans, possessionarias porciones Jacobi et Nicolai filiorum Pauli dicti Pyrus de eadem, ac Jacobi filii eiusdem Jacobi, ut idem nobis asseruit sine herede decessorum, nomine possessionis hominum sine herede ut premittitur defunctorum, in predicta possessione Bezermen Zanchal vocata, in comitatu Kyskykullou nuncupato habita, ipsos olim contingentes, a nostra maiestate sibi et per eum Stephano et Johanni

fratribus suis uterinis dari et conferri perpetuo postulavit; verum quia de qualitate et quantitate ipsarum possessionariarum porcionum, et utrum eedem nostre pertineant collacioni nec ne, nobis veritas non constat .. precipimus per presentes, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Ladislaus vel Johannes filii Blasii de Tyry aut Jacobus filius Myske aliis absentibus homo noster, ad facies dictarum possessionariarum porcionum, vicinis et commetaneis earumdem universis legitime convocatis et presentibus accedendo, reambulet easdem per suas veras metas et antiquas, novas iuxta veteres ubi necesse fuerit erigendo, reambulatasque et ab aliorum possessionariis porcionibus metali distinccione separatas, statuat easdem predictis Egidio Stephano et Johanni filiis Johannis, titulo nostre nove donacionis perpetuo possidendes, si non fuerit contradictum; contradictoribus vero si qui fuerint, contra ipsos ad nostram presenciam ad terminum competentem legitime evocatis; et post hec tocius facti seriem .. nostre fideliter rescribatis maiestati. Datum in civitate Muthine in patriarchatu, in festo beati Galli confessoris, anno domini M° CCC^mo quinquagesimo.

Zárlatán pecsét nyomaival, alatta e szavak olvashatók: »Relacio Stephani voyvode«. Eredetije az orsz. lt. dipl. oszt. 29684. Közli: Kovács N.

253.

1350. octob. 26. A kolozsmonostori convent elött a Rómába zarándokló Us Miklós berekenesi nemes, Ágaserdeje nevü birtokát az Aranykút mellett, László fiainak tizenkét márka ezüstért kolozsvári mérték szerint zálogba adja.

Nos conventus ecclesie beate virginis de Clusmonustra .. significamus .. quod accedens ad nostram presenciam Nicolaus Vs nobilis de Berekenes ab una, parte vero ex altera Dominicus et Beke filii Ladislai coram nobis personaliter constituti, per eundem Nicolaum antedictum taliter exstitit nobis propositum .. quod cum unam particulam cuiusdam silve sue

hereditarie Agaserdeu vocate, a parte orientali iuxta silvam ad Arankuth pertinentem existentem, a quadam via incipiens que a parte Zuach transit per quendam locum Kapuus nominatum versus Cykus, predictis Dominico et Beke filiis Ladislai pro duodecim marcis argenti cum pondere de Clusuar, plene ab eisdem receptis et exsolutis, a die datarum presencium usque dum idem Nicolaus de limina apostolorum Petri et Pauli beatorum cum salute et sanitate poterit redire, pignori obligasset et coram nobis obligavit; ita tamen, quod si idem Nicolaus de predicta limina redire non posset, quod absit, extunc predictam particulam silve iidem Dominicus et Beke perpetuo tenebunt et possidebunt; si autem redire, poterit, extunc in festo beati Georgii martiris proxime nunc affuturis (így) predictam particulam silve pro predicta pecunia coram nobis redimere tenebitur, si autem redimere non posset vel non redimeret, extunc eandem particulam silve idem Nicolaus filius Vs pro eadem pecunia ipsis Dominico et Beke filiis Ladislai perpetuo dare et conferre tenebitur .. Datum feria tercia proxima ante festum Omnium Sanctorum, anno domini M° CCC^mo quinquagesimo.

Papíron, hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. dipl. oszt. 28068. Közli: Kovács N.

254.

1350. Buda, nov. 1. I. Lajos király a Rába folyót a rajta lévő híddal Rumnál, valamint a Bodorfölde, Rum, Gothárdfölde, Balozsaj és Csákán nevű birtokokhoz tartozó s a Rába folyó mentén levő erdőket fölmentvén a Rába folyó grófja vagy várnagya és Vas vármegye főispánja hatósága alól, hívének Német Jánosnak, a Rumy család egyik ősének, s testvérének Gergelynek és ezek unokatestvéreinek adományozza.

(N) os Lodovicus .. rex .. significamus .. quod nos intuitum nostre maiestatis in magistrum Johannem dictum Nemuth filium Gregorii fidelem aule nostre militem convertentes, attendentesque fidelissima et gratuita eiusdem obsequia

multipliciter impensa, que idem primum . . Karulo . . regi . . et per consequens nobis in cunctis nostris et regni nostri negociis tam prosperis quam adversis, cum summa sollicitudine et evigilanti cura omnique fervore fidelitatis exhibuit et impendit, que omnia licet recommendacione digna propter tediosam scripti prolixitatem presentibus suo modo inserere nequamus, ea tamen que cordi nostro striccius insident in eius et suorum successorum recommendabilem memoriam exemplaremque recordacionem posterorum presentibus duximus annotanda: nam cum Lorandus filius Lorandi tunc comes Castriferrei ex preconceptiva eiusdem patris nostri in quodam conflictu cum gente et potencia ducis Austrie bellum commisisset, Nicolaus frater eiusdem Johannis leonina fretus audacia, se necis non formidans apponere periculo, viriliter peribetur (igy) dimicasse, in quo conflictu idem Nicolaus letaliter sauciatus mortem subiit temporalem, sane cum nos miserabilem quondam . . Andree condam Iherosolimi et Sicilie regis fratris nostri . . necem fere omnibus christiane fidei cultoribus notam, et cor nostrum vehementi et indicibili amaritudine vulneraretur, vindicare voluissemus, et pro summenda mortis eiusdem vindicta ad ipsum regnum Sicilie celeri agressu festinatisque passibus properantes nos transtulissemus, idem magister Johannes non sine magno expensarum suarum dispendio nobiscum procedendo strennuaque fidelitate alinando, fortuitis et inopinatis casibus se exponendo, nostre studuit complacere maiestati, in quo regno ip(se tri)bus extitit vulneribus ad visum nostre maiestatis graviter sauciatus; porro nobis de predicto regno Sicilie in ipsum regnum nostrum Hungarie propter quedam negocia nostra, que ibi nobis tunc instabant expedienda reverso, et tandem infra aliquod tempus iterato ad predictum regnum Sicilie regresso, magister Johannes sepedictus nil sibi suisque pro exaltacione nostri regii regiminis et honoris incremento ac augmento rei publice parcendo laboribus et expensis, nobiscum vice proficiscens secundaria, gratos nobis et acceptos constanter exhibuit famulatus. Eque dignum itaque estimantes ut dignis digna impendantur et immensos labores copiosa merces reficiat et restauret, ut eo exemplo alii discant sub principe glorioso devocius famulari, volentes ex animo ipsius magistri Johannis gra-

bsequiis regio occurrere donativo, licet ipsius merita peramplius his maiora exigerent, ut tamen in aliqua- ompensacionem sibi palusper (így) respondere vide- uendam fluvium nostrum Raba vocatum in comitatu rrei existentem, cum ponte super ipsum fluvium Raba ssione sua Rum vocata existente, silvis, terris arabili- ilibus piscinis insulis, et specialiter piscina vulgo Her- dicta, ac venacionibus silvarum predictarum, necnon nibus utilitatibus eiusdem, sub omnibus his limitibus et sub quibus idem magister Johannes predictum fluvium e Castriferrei et a comite eiusdem fluvii Raba vulgo y dicto, ad possessiones suas Budurfeulde, Rum, Goth- lde, Balasey et Chakan vocatas inter ceteros suos vici- ndo conductive hactenus conservasset, a iurisdiccione em comitis de Raba et comitis Castriferrei nunc con- um et in futurum constituendorum penitus exemtam, nagistro Johanni ac per eum Gregorio carnali, Johanni et Emirico filiis Duruzlo patruelibus fratribus suis) successorum et posteritatibus dedimus donavimus et nus perpetuo et irrevocabiliter possidendum .. immo donamus et conferimus presencium patrocinio mediante. es autem in formam nostri privilegii re (digi faciemus) bis fuerint reportate; salvis tamen iuribus aliorum in is remanentibus. Datum Bude, in festo Omnium San- , anno domini M° CCC^mo^ quinquagesimo.

átlapján a nagy felségi pecsét nyomaival; a pecsét alatt »relacio Conth per Mathe notarium« szavak olvashatók; eredetije a Vas- ei ltárban, a Rumy cs. letéteményében. Kiadta Fejér i. m. IX. 1. e a helynevek nélkül és több lényeges kihagyással.

255.

Buda, nov. 17. Tamás országbíró, az Undi János fia Pál- s több olaszi nemes közt fönforgó ügyet elhalasztja.

Jos Thomas iudex curie .. et comes de Turuch damus moria, quod causam quam Paulus filius Johannis de

Vnd, contra Ladislaum filium Feuldruh, Feuldruh, Clementem et Blasium filios Beke, Petrum filium Johannis, Paulum filium Blasii et Stephanum filium Nicolai nobiles de Olazy, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum, in quindenis reversionis domini nostri regis de partibus transmarinis in Budam locum mansionis sue feria quarta proxima ante festum Omnium Sanctorum facte, movere habebat coram nobis, reginali literatorio de mandato, ad octavas festi beati Georgii martiris nunc venturas, duximus sub priori statu peremtorie prorogandam. Datum Bude, octavo die termini prenotati, anno domini M° CCC^mo quinquagesimo.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban, a Csicsery cs. letéteményében.

256.

1350. nov. 17. A győri káptalan előtt Péter fia Andych, olgyai Pozsony vármegyei nemes, Magyar nevü helységben egy udvartelkét és tartozékait a magyari szent kereszt templomban felállított boldogságos szüz oltárának adományozza.

Nos capitulum Jauriensis ecclesie .. significamus .. quod magister Andych filius Petri filii Andree nobilis de Ogya de comitatu Posoniensi de districtu Challokuz, coram nobis personaliter constitutus .. nobis significare curavit, quod ipse unam curiam in possessione ipsorum hereditaria Magyar vocata in dicto comitatu Posoniensi in dicto districtu Challokuz existentem, inter Nicolaum filium Thome de eadem Ogya et possessionem ecclesie sancte crucis in eadem possessione Magyar constructe, cum terris Nogjanusfeldy vocatis, que continent in se sexaginta iugera terrarum arabilium minus duobus, et quandam particulam terre a Marcha-Magyary emtam, cum suis utilitatibus pratis silvis et aquis ac pomerio, excepta Ramachazegy supra villam Wywasar, inter possessiones hereditarias ipsius existentes, et vallem Tekerew circumquaque adiacentem usque metas Gomba procedentem, dedisset et donasset aree beate virginis in eadem ecclesia sancte crucis con-

structe, pro perpetua missa beate virginis super eadem ara celebranda et pro ministris eidem aree servientibus seu officientibus, ita videlicet, ut nullus eiusdem ecclesie sacerdos parochionalis constitutus vel constituendus, nullo unquam tempore habeat cum eisdem aree ministris disponere racione donacionum eiusdem predictarum, imo dedit et donavit coram nobis perpetuo possidendam . . Datum feria quarta proxima ante octavas festi beati Martini confessoris, anno domini M° CCC^mo quiquagesimo.

Ugyanazon káptalannak 1359. évi nov. 11-én »Benedictus plebanus ecclesie sancte crucis de Magyar districtus Challokuz« kérelmére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. Posou. 11. 50. dipl. oszt. 4817. Közli: Kovács N.

257.

1350. Buda, nov. 17. I. Lajos király Bulcsi Domokos fiának Czudar Péternek pallosjogot adományoz.

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod sicut pro fidelitatibus et serviciorum preclaris meritis magistri Petri dicti Zwdar filii Dominici de Bulch aule nostre iuvenis, quibus idem multipliciter in cunctis nostris et regni nostri negociis prosperis pariter et adversis, cum summa sollicitudine continue nobis inherendo meruit complacere, non minus pro utilitate et commodo regni nostri, eidem magistro Petro dicto Zwdar huiusmodi graciam duximus faciendam, ut omnes fures et latrones ac alios quoslibet malefactores homines intra metas et terminos possessionum suarum ubique habitarum, quovismodo nominatarum et pertinencium ad easdem reprehensos, ipsemet et sui fratres uterini, iudicandi tormentandi suspendendi et quelibet pena debita plectendi, nec non patibulum ac alia genera tormentorum intra metas et terminos predictarum possessionum suarum ubique existencium et ad easdem pertinencium erigendi et conservandi, perpetuam atque liberam habeat facultatem, presencium literarum nostrarum patrocinio mediante; presentes autem in formam nostri privilegii redigi faciemus,

dum nobis fuerint reportate. Datum Bude, feria quarta proxima post festum beati Martini confessoris, anno domini M° CCC^mo quinquagesimo.

I. Lajos királynak 1358. máj. 26-án »magister Petrus dictus Zwdor filius Dominici de Bu(l)ch comes de Sarus et castellanus de Gyogewr in sua, item Michaelis Georgii Simonis Nicolai Stephani Johannis et Emirici fratrum suorum uterinorum in personis« előadott kérelmére kiadott, és 1364 febr. 3-án kelt megerősítő záradékkal ellátott privilegialis átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1537. 40. dipl. oszt. 4154. Közli: Kovács N.

258.

1350. nov. 18. A győri káptalan előtt Olgyay Andych, Németfalu nevü birtokot, melyet ősétől Cseklészi Bukentől örökölt, Bolrogi Benedek szentlőrinczi Győr vármegyei nemesnek zálogba adja.

Nos capitulum Jauriensis ecclesie . . significamus . . quod magister Andich filius Petri filii Andree de Ogey nobilis vir de comitatu Posoniensi de districtu Chollokuz ex una, item magister Benedictus dictus Worew filius Petri de Budrug nobilis de Sancto Laurencio de comitatu Jauriensi ex altera, coram nobis personaliter constituti, per eundem magistrum Andich propositum exstitit . . in hunc modum, quod ipse possessionem suam hereditariam ab avo suo Buken filio Buken sibi devolutam de Chekliz et deventam, Nemethfolw vocatam, in dicto comitatu Posoniensi in eadem Chollokuz in vicinitatibus villarum Beeke Poka Samoth Wzszur Nemetsok existentem habitam, cum suis utilitatibus . . pro quadraginta marcis latorum denariorum wiennesium, marcam quamlibet decem pensis computando, a proxime nunc venturo festo beate Elizabeth usque ad quintam revolucionem eiusdem festi, nec sibi ipsi nec aliis proximis suis, cui vel quibus eiusdem possessionis redemcio pertineret ante redimendam, pignori . . obligavit coram nobis ipsi magistro Benedicto dicto Worew et suis heredibus usque prefixum terminum possidendam . . et nomine iuris impignoraticii utendam, nullum ius . . usque tempus prefixum sibi et suis posteritatibus in eadem possessione re-

servando; ita videlicet, quod revoluto ipso quinto festo beate Elizabeth, idem magister Andich vel sue posteritates quandocunque voluerint, pro dicta summa quantitate pecunie liberam redimendi habebunt facultatem, idemque magister Benedictus vel sui successores persolutis et receptis ipsis dictis quadraginta marcis .. reddere et resignare totam eandem possessionem teneantur; qui si reddere nollent... extunc ante litis ingressum ipsi magistro Andich vel suis posteritatibus viginti marcas denariorum latorum wiennensium, similiter marcam quamlibet decem pensis computando, deponere teneantur, hoc addentes et assummentes, quod si eundem magistrum Benedictum vel suos heredes usque tempus redemcionis onus paupertatis aggravaret, et eandem possessionem tenere nollent aut non possent, extunc cuicunque voluerint, pro dictis quadraginta marcis liberam aliis vel alio impignorandi habeant facultatem; assumsit eciam idem magister Andich eundem magistrum Benedictum et .. suos posteros, ac eum vel eos cui vel quibus eadem possessio impignorata exstiterit, ab omnibus .. pretextu prefate possessionis Nemethfolw impetitoribus, propriis expedire laboribus .. utilitate tamen et dominio apud eosdem pacifice remanentibus; qui si expedire non posset aut non curaret, extunc similiter ante litis ingressum ipsas quadraginta marcas, superadditis viginti marcis eidem magistro Benedicto et suis heredibus aut illi vel illis, cui vel quibus ipsa possessio impignorata fuerit .. persolvere .. teneatur .. Datum in octavis festi beati Martini confessoris, anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 378. 17. dipl. oszt. 4155. Közli: Kovács N.

259.

1350. nov. 21. Az egri káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy Zendi András fiát Tamást, Füzér vára várnagyát, Kuchlyn nevű Abauj vármegyei várjobbágyi birtokba beiktatta, s ott határt is járatott.

.. Lodovico .. regi .. capitulum ecclesie Agriensis ras vestre excellencie annuleo sigillo vestro consigna-

tas . . recepimus in hec verba : Lodovicus . . rex . . capitulo Agriensi . . . noveritis, quod Thomas filius Andree de Zend vicecastellanus de Fyzer fidelis noster ad nostre serenitatis accedendo presenciam, fidelitates suas et fidelium serviciorum suorum merita in cunctis nostri et regni nostri expedicionibus prosperis pariter et adversis, specialiter in regno nostro Sicilie, variis et inopinatis fortune casibus et persone periculis continue et sine intermissione se exponendo cum summa diligencia et votiva sollicitudine nostre maiestati per eundem exhibitas et impensa proponens et declarans, quamdam possessionem Kuchlyn vocatam in comitatu Abavivariensi existentem, asserens eandem olim Thome et Gregorii filiorum Gabrian. Nicolai filii Cosme et Luchasii filii Joan de predicta Kuchlyn castrensium hominum, videlicet sine herede decessorum exstitisse, ex eo iuxta approbatam regni nostri consvetudinem ad nostras manus regias rite et racionabiliter fore devolutam, et a nobis sibi dari et conferri in perpetuum postulavit ; verum quia de qualitate et quantitate ipsius possessionis, et utrum modo premisso nostre pertineat collacioni nec ne, nobis veritas non constat, fidelitati vestre firmiter precipimus per presentes, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Ladislaus filius Thome de Hegalya vel Ladislaus filius Nicolai de alia Hegalya aut Egidius filius Cosme de Cozma aliis absentibus homo noster, ad faciem dicte possessionis . . accedendo, reambulet eandem . . reambulatamque . . statuat eidem Thome filio Andree titulo nostre nove donacionis perpetuo possidendam si non fuerit contradictum, contradictoribus si qui fuerint, contra eundem ad nostram presenciam . . evocatis ; et post hec seriem ipsius statucionis . . nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, quarto die festi Omnium Sanctorum, anno domini M° CCC^mo^ quinquagesimo. Nos igitur cum prefato Ladislao filio Nicolai de Hegalya homine vestro, nostrum hominem . . Petrum clericum magistrum altaris sancte Elizabeth de eadem ecclesia nostra transmisimus . . qui quidem homo vester . . ad nos reversus, presente . . testimonio nostro nobis retulit . . quod ipse unacum dicto testimonio nostro in die festi beati Marci confessoris iam preteriti accessissent ad faciem possessionis Kuchlin prenotate, et eam-

dem vicinorum et commetaneorum ipsius . . convocacionibus factis . . quia ex causis premissis vestre collacioni ipsam subiacere reperissent, per suas veras metas . . infradeclarandas . . reambulassent, reambulatamque . . statuissent annotato magistro Thome filio Andree sub dicto titulo vestre nove donacionis perpetuo possidendam, nemine . . contradictore apparente . . Mete autem quibus dicta possessio Kuchlyn ab eorumdem vicinorum et commetaneorum hominibus (igy) distingitur . . hoc ordine protenduntur: prima enim meta inciperet a plaga orientali et a parte possessionis Kazmyr vocate, in quodam loco Nomsazege vocato, ubi sunt tres mete terree, una antiqua, due nove; a quibus versus plagam orientalem procedendo currit et iungit unam novam metam terream inter terras arabiles positam, de qua ad eandem plagam currendo, similiter unam metam terream iuxta quandam stratam publicam de villa Kolbasa in dictam possessionem Kazmyr ducentem erectam; ubi dictam viam transeundo et versus eandem plagam currendo, pervenit ad duas metas terreas, unam novam et aliam antiquam iuxta eundem fluvium Kolbasa existentes, et ibi cadit in ipsum fluvium Kolbasa; in quo per modicum spacium infra currendo, exit de eodem circa quandam insulam ad dictam plagam occidentalem, in cuius exitu est una meta terrea de novo erecta, que iungit possessionem regalem B(y)ste vocatam; unde in quodam rivulo Megyepatak noncupato ascendit versus dictam plagam et pervenit ad unum vadum eiusdem rivuli, ubi in littore eiusdem est una meta terrea; abindeque ab ipso rivulo currendo venit ad alium vadum vulgo Fayzreu vocatum, ubi est similiter una meta terrea; deindeque supra eundo, annectit unum locum Kabalak (. . .) vocatum, et ibi sub quadam arbore cerusea (igy) et uno lapide est meta terrea; ubi regirat ad plagam septemtrionalem et in eodem berch a parte possessionis Kolbasa noncupate transeundo venit ad duas metas terreas, antiquam et novam in latere cuiusdam montis Waythagordya vocati existentes, et ibi reflectitur ad partem orientis et currendo intrat in quandam vallem Wyzfolyas vocatam, in cuius capite est una meta terrea de novo erecta; a qua versus eandem plagam currendo, pervenit ad finem dicte possessionis Kalbasa, ubi iuxta viam de eadem exeundo in quodam alveo est similiter

una meta terrea; abindeque currendo et in ipsum fluvium Kalbasa intrando, currit in eodem infra per modicum spacium, in cuius exitu circa eundem fluvium a parte orientis est una meta terrea; a qua directe ad ipsam plagam currendo, in fine duorum iugerum terrarum arabilium est una meta terrea, ubi regirat ad plagam meridionalem et per modicum spacium infra currendo annectit unam arborem tremuleam, sub qua est una meta terrea; et ibi reflectitur iterato ad partem orientis et directe currendo venit ad tres metas terreas a possessione Ronua distingentes, quarum una antiqua et due nove haberentur; ubi regirat versus plagam meridionalem, currendoque annectit duas metas terreas, antiquam et novam in extremitate cuiusdam lygeth existentes; a quibus adhuc infra currendo, iungit similiter duas metas, antiquam et novam iuxta dictum lygeth positas, abindeque declivo modo ad eandem plagam currendo, venit ad primum locum ubi inceperat et ibi terminantur. Dicimus eciam quod Stephanus filius Ladislai de eadem Kazmyr pro se, et pro Paulo filio Nicolai consangvineo suo Petheu filius Elleus et dictus Ladislaus homo vester similiter personaliter coram nobis comparentes . . consensum prebuerunt in ereccione metarum supradictarum. Datum in dominica proxima post festum sancte Elizabeth, anno supradicto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

260.

1350 körül. Az esztergomi káptalan I. Lajos királynak jelenti hogy Mikola nevü Bars vármegyei birtok határjárását a közbenjött ellenmondás miatt nem teljesíthette.

. . Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie Strigoniensis . . literas vestras nobis directas . . recepimus in hec verba: Lodovicus . . rex . . capitulo Strigoniensi . . Dicit nobis Andreas filius Petri de Mykala, quod predicta possessio sua Mykala in comitatu Borsiensi apud manus suas habita, reambulacione et metarum ereccione et ab aliorum possessionariis iuribus metarum distinccione et separacione plurimum indigeret; quare . . mandamus, quatenus vestrum mittatis

hominem pro testimonio, quo presente Nicolaus filius Michaelis de Saroun vel Michael filius Johannis de Gudur aut Nicolaus filius Salamonis de Endred sive Stephanus de Ziluakuz aliis absentibus homo noster, ad faciem predicte possessionis Mykala . . accedendo, reambulet ipsam . . reambulatamque et ab aliorum possessionibus metali distinccione separatam, relinquat eam predicto Andree filio Petri eo iure quo ad ipsum dinoscitur pertinere, perpetuo possidendam si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, citet ipsos contra eundem Andream ad nostram presenciam ad terminum competentem. Et post hec seriem ipsius reambulacionis . . nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, in festo sancte Trinitatis, anno domini Millesimo CCC^{mo} L^{mo} (. . .) Nos igitur . . unacum Nicolao filio Michaelis homine vestro predicto, Paulum presbiterum de choro dicte nostre ecclesie hominem nostrum pro testimonio ad predicta exsequenda duximus transmittendum; quibus tandem ad nos reversis, idem homo vester presente dicto nostro testimonio nobis retulit in hunc modum, quod ipse sabbato proximo ante festum beati Jacobi apostoli proxime preteritum ad faciem predicte possessionis Mychala accedendo, presentibus vicinis et commetaneis eiusdem universis, dum eandem ab aliis possessionibus reambulasset per veras metas suas, et novas iuxta veteres ubi necesse fuisset erexisset, et ad metas possessionis Zodo appropinquando devenisset, tunc (. . . . . .) a reambulacione, non tamen a metarum ereccione contradicendo prohibuisset, dicendo, quod non per cursus suarum metarum seu ordine transirent . . si per ordinem et secundum cursus metarum suarum transire vellent qui recte ostenderent ad propositum, non contradiceret; ubi (. . . . .) racionem sue contradiccionis contra memoratum Andream de Mykala, ad presenciam vestram ad quindenas predicti festi beati Jacobi apostoli citavissent. Datum tercio die festi beate Anne matris Marie, anno antedicto.

Zárlatán pecsét töredékeivel. A papírra írt okmány igen foltos, innét a hiányok; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 943. 3. dipl. oszt. 4139. Közli: Kovács N.

261.

1351. jan. 13. A váradi convent bizonyságlevele, hogy Begesi Domján fia László Pethlendi Mihálylyal kibékült, s hogy Csösztelek nevü birtok határjeleit Pethlend birtok felől közös egyetértéssel megállapították.

Nos Johannes prepositus et conventus monasterii sancti Stephani prothomartiris de promontorio Waradiensi . . significamus . . quod Ladislao filio Damiani de Beges ex una, Michaele vero filio Petri de Pethlend parte ex altera, nobilibus de comitatu Bihoriensi coram nobis personaliter constitutis, sponte confessum exstitit per eosdem . . quod super facto metarum possessionis Cheustelek vocate, pro qua lis et controversionis materia inter eos usque modo fuisset exorta et diucius ventillata, reformantibus et ordinantibus plurimis probis viris partes suas interponentibus, taliter concordantes, prefatam terram Cheustelek vocatam a possessione prefati Michaelis filii Petri Pethlend vocata, talibus metis et signis metalibus ab invicem separantes distinxissent: prima enim meta incipit circa quandam viam magnam per quam de Kereztzug itur versus Cholch, a duabus metis terreis antiquis prope quamdam silvam a plaga septemtrionali, et iuxta eandem viam vadit ad plagam orientalem usque ad quemdam rivulum Zyler dictum, iuxta quem ex plaga occidentali sunt due mete terree antique; et ibi relicta ipsa magna via, in cursu eiusdem rivuli Zyler dicti declinat ad partem meridionalem, quousque quidam alter rivulus seu alveus cadit in cursus eiusdem rivuli Zyler dicti, et ibi in cursu eiusdem rivuli declinat ad partem occidentalem et vadit infra usque ad clausuram Gergurgata dictam, in cuius fine ex parte aquilonis sunt due mete terree antique; ubi relicto cursu ipsius rivuli, versus eandem occidentem vadit ad quamdam arborem ilicis pro meta signatam, inde declinat versus meridiem et vadit ad quamdam magnam viam, per quam de Kerestzug itur versus Kumady, iuxta quam transeundo ipsam viam versus eandem meridiem sunt due mete terree antique; hinc reflectitur versus occidentem et vadit ad quemdam alium rivulum Vassaner dictum, et

transeundo eundem rivulum ex plaga septemtrionali vadit ad duas metas terreas antiquas; adhuc versus eandem occidentem inter terras arabiles ascendit ad unum berch, et in eodem berch circa quemdam dumum spineti sunt similiter due mete terreae antique; deinde vadit ad eandem occidentem et pervenit ad duas metas terreas antiquas, que quidem due mete separant et distingunt inter possessiones Vassan Cheusthelek et Chethelek nuncupatas, et ibi terminantur mete inter possessiones supradictas . . Datum in octavis festi Epiphanie domini, anno eiusdem M°(CCC)L° primo.

Ugyancsak a váradi conventnek 1351. jul. 23-án »Michael filius Petri de Pethlen« kérelmére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltr. kincst. oszt. N. R. A. 847. 25. dipl. oszt. 4169. Közli: Kovács N.

262.

1351. febr. 1. A budai káptalan előtt Kapolyai Dezső fiai Miklós és László, Kaza nevü birtokukat Dezső fiának Péternek zálogba adják.

Nos capitulum Budensis ecclesie memorie commendamus, quod Nicolaus filius Desew de Kapula et Ladislaus frater eiusdem ab una, item Johannes literatus famulus et procurator magistri Petri filii Desew pro eodem magistro Petro domino suo parte ab altera coram nobis constituti, iidem Nicolaus et Ladislaus dixerunt eo modo, quod ipsi a predicto magistro Petro filio Desew quingentos et decem et octo florenos accepissent, pro quibus possessionariam porcionem ipsorum in possessione Kaza vocata in comitatu de Bursud existenti habitam, prout ipsos contingeret, cum omnibus pertinenciis . . sub suis certis metis et antiquis, eidem magistro Petro (per eum) vel successores suos usque diem redemcionis tenendam et pacifice utendam . . titulo impignoracionis obligassent, et quandocunque ipsi predictos quingentos et decem et octo florenos eidem magistro Petro vel cui ipse commiserit, solvere possent, idem magister Petrus predictam possessionariam porcionem . . reddere . . teneretur, et ipsi in eadem possessionaria porcione et in suis iuribus, contra omnes, specialiter contra filios Benedicti filii Desew ac alios proximos eorum,

eundem magistrum Petrum usque diem redemcionis conservare tenerentur; si autem in eadem conservare non possent, extunc aliam possessionem similem in quantitate et qualitate, hoc est predictis quingentis et decem et octo florenis valentem, eidem magistro Petro usque terminum redemcionis, sine strepitu iudiciali statuere tenerentur, prout ipsi ad hoc se obligarunt. Hoc adiecerunt, quod predictam possessionariam porcionem (non) in estimatione iuxta regni consvetudinem facta, sed pure et simpliciter ipsis quingentis et decem et octo florenis valerent redimere a magistro Petro prenotato. Datum tercia feria proxima ante festum Purificacionis virginis gloriose, anno domini M° CCC^mo^ quinquagesimo primo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 134. 15. dipl. oszt. 4174. Közli: Kovács N.

263.

1351. Torda, febr. 5. Tamás erdélyi vajda Balázsfalvi Balázs és Herbord fiai kérésére Kapus nevü birtok határának megjárására az erdélyi káptalant kiküldi.

. . capitulo Albensis ecclesie Transsilvane Thomas woyvoda Transsilvanus et comes de Zonuk. . Dicunt nobis Ladislaus et Johannes filii Blasii et Andreas filius Herbordi de Balasfolwa, quod quedam possessio Kapus alio nomine Gaktelke vocata in comitatu Albensi existens, apud manus Lyprehthy de Weresmorth et Nicolai filii Andree de Dalya occupative habita, ipsorum esset hereditaria . . que recaptivacione et reambulacione . . plurimam indigeret; super quo amiciciam discrecionis vestre presentibus petimus . . quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Petrus filius Johannis de Peturfolwa vel Michael filius Blasii de Zanchaal altero absente homo noster, ad faciem predicte possessionis accedendo, vicinis et commetaneis eiusdem legitime convocatis et presentibus, reambulet eam . . reambulatamque . . statuat eandem ipsis Ladislao et Johanni filiis Blasii et Andree filio Herbordi, iure quo ad ipsos dinoscitur pertinere, perpetuo possidendam si per quempiam non

fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, citet eosdem contra predictos Ladislaum Johannem et Andream ad nostram presenciam, ad terminum competentem; et post hec seriem ipsius statucionis cum cursibus metarum vel nominibus contradictorum et citatorum si qui fuerint, et terminum assignatum nobis amicabiliter rescribatis. Datum in Thorda, sabbato proximo post festum Purificacionis virginis gloriose, anno domini M^{mo} CCC^{mo} quinquagesimo primo.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. dipl. oszt. 30386. Közli: Kovács N.

264.

1351. Torda, febr. 9. Tamás erdélyi vajda Berethalmi Péter kérésére a szászok közt fekvő Répafalva és Péterfalva nevű birtokok határának megjárására az erdélyi káptalant küldi ki.

. . capitulo ecclesie beati Michaelis archangeli de Alba Transsilvana . . Thomas voyvoda Transsilvanus et comes de Zonuk . . Dicunt nobis comes Petrus de Berethalm, quod possessiones Repafolua et Petherfolua vocate, inter saxones existentes, sue essent emticie et ipsum titulo iuris emticio attingerent, quas ordine iuris vellet recaptivare; super quo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, coram quo Nicolaus filius Georgii de Hideguiz vel Nicolaus filius Simonis bani aut Bord aliis absentibus homo noster, accedendo ad facies, earumdem possessionum Peterfolua et Repafolua vocatarum reambulet easdem . . reambulatasque facta recaptivacione statuat eidem comiti Petro de Beretholm perpetuo possidendas si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, illos citet contra eundem comitem Petrum in nostram presenciam ad octavas medii Quadragesime nunc venturas; et posthec seriem tocius facti nobis amicabiliter rescribatis. Datum in Thorda, in octavis festi Purificacionis virginis gloriose, anno domini M^{o} CCC^{o} quinquagesimo primo.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. dipl. oszt. 30653. Közli: Kovács N.

265.

1351. febr. 14. Az erdélyi káptalan Tamás erdélyi vajdának jelenti, hogy Csongva nevü Fehér vármegyei birtokba Mihály kántor kanonokot és Péter deákot beiktatta.

Thome woyvode Transsilvano et comiti de Zonuk.. capitulum ecclesie Transsilvane . . Literas vestre amicicie noveritis nos recepisse in hec verba . . capitulo Albensis ecclesie Transsilvane Thomas woyvoda Transsilvanus et comes de Zonuk . . Noveritis quod in nostra congregacione generali, universitati nobilium partis Transsilvane sabbato proximo ante festum Purificacionis virginis gloriose in Thorda celebrata, vir discretus magister Michael cantor ecclesie vestre de medio aliorum consurgendo proposuit eo modo, quod due partes possessionis Chongwa vocate in Albensi comitatu existentis sue essent hereditarie et omni iuris vigore ad ipsum dinoscerentur pertinere, que primum per magnificum virum Thomam iudicem curie regie quondam woyvodam Transsilvanum dicti woyvodatus honore ipso tunc fulgente, indebite occupate, et tandem ipsius occupacionis colore per Stephanum similiter pridem woyvodam Transsilvanum detente exstitissent, nunc vero easdem magister Joannes dictus Acyl de Zylas in ipsius preiudicium reservaret; quibus peractis, quia predictus magister Michael cantor premissas duas partes iamdicte possessionis Chongwa, tam exhibicione literarum vestrarum statucionalium ad amicabilem peticionem eiusdem Stephani woyvode literatoriam sibi rescripcionalium suas esse, quam ipsam possessionem Chongwa totalem ex certa attestacione iuratorum assessorum septem comitatuum dicte partis Transsilvanie, nec non vicinorum et commetaneorum eiusdem, ad eorum fidem deo debitam, fidelitatemque sacre regie corone conservandam, tacto vivifice crucis ligno, modo quo supra ad suam et Petri literati filii Johannis similiter propria in persona astantis et suum ius in eadem habitum iuridice prosequentis, hereditariam proprietatem provenire debere propalatam, nec ullo unquam tempore ab ipsis excessuum suorum qualitate exigente alienatas fore comprobavit, ipseque magister Johannes

absque assignacione alicuius evidentis racionis, easdem (h)actenus, prout in literis nostris privilegialibus exinde confectis clarius exprimuntur, conservasse videbatur; ideo nos unacum eisdem iuratis assessoribus et ceteris regni nobilibus nobiscum in dicta congregacione nostra adherentibus, predictas duas partes possessionis Chongwa prenotate ipsi magistro Michaeli, residuam vero terciam partem eiusdem dicto Petro literato omni eo iure quo ad ipsos dignoscuntur pertinere, perennaliter adiudicantes, duximus reddendas et resignandas. Quare discrecionis vestre amiciciam presentibus requirimus . . quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, in cuius presencia Laurencius filius Petri homo noster ad hoc specialiter deputatus, ad faciem predicte possessionis Chongwa accedendo . . statuat eandem in duabus partibus ipsi magistro Michaeli cantori iuxta dictarum literarum statucionalium continenciam, in tercia vero parte eidem Petro literato, cum omni plenitudine iurium earum, contradiccione perscripti magistri Johannis non obstante, eo iure quo ad ipsos dinoscuntur pertinere, perpetuo possidendas, salvis iuribus alienis, si per alios quospiam non fuerit contradictum; alii vero si qui contradictores exstiterint, citet eosdem contra predictos magistrum Michaelem et Petrum literatum ad nostram presenciam ad terminum competentem. Et post hec seriem ipsius statucionis cum nominibus citatorum si qui fuerint, et terminum assignatum nobis amicabiliter rescribatis. Datum sexto die congregacionis nostre prenotate et loco antedicto, anno domini M. CCC^{mo} quinquagesimo primo. Nos itaque . . unacum predicto Laurencio filio Petri homine vestro ad hoc specialiter transmisso, unum ex nobis, videlicet . . magistrum Petrum archidiaconum de Kyzdy decanum ecclesie nostre ad premissa exequenda duximus transmittendum, qui . . retulerunt, quod ipsi feria secunda proxima post festum Purificacionis virginis gloriose prenotatum, ad faciem prenominate possessionis Chongwa accessissent, convocatisque omnibus vicinis et commetaneis eiusdem, ipsisque presentibus et in nullo contradicentibus, imo consencientibus, duas partes ipsius possessionis Chongwa magistro Michaeli cantori ecclesie nostre, terciam vero partem Petro literato, eo iure quo ad ipsos dino-

scuntur pertinere, perpetuo possidendas statuissent, salvis tamen iuribus alienis remanentibus. Datum in festo beati Valentini martiris, anno prenotato.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. dipl. oszt. 31093. Közli: Kovács N.

266.

1351. Buda, febr. 22. I. Lajos király több országnagyok kérésére, Verebi János fiának Tamásnak megkegyelmez.

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod licet Thomas filius Johannis de Vereb in proscripcionis nota existat, tamen nos ad humilem supplicacionem magistrorum Konya, Wolphardi, Simonis filii Mauricii et Johannis filii Deseu ac aliorum complurium militum et baronum nostrorum pro eodem Thoma intercedencium, ipsum super omnibus excessibus, delictis, nocumentis et quorumlibet malorum generibus quibuspiam usque ad hec tempora per eundem illatis quoquomodo et irrogatis, de plenitudine nostre regie potestatis generose duximus absolvendum, reddentes eundem super premissis expeditum pariterque absolutum, vigore presencium mediante. Vobis autem palatino, iudici curie nostre, item comitibus parochialibus et iudicibus nobilium quorumlibet comitatuum, et generaliter cunctis iudicibus et iudiciariis regni nostri, eorumque vices gerentibus, quibus presentes ostendentur, firmo edicto regio precipientes mandamus, quatenus ipsum Thomam super omnibus premissis, quibuspiam usque ad hec tempora per eundem illatis quoquomodo et irrogatis, molestare et aggravare nullatenus presummatis, imo eundem super premissis expeditum habeatis, regista eciam et literas super premissis contra ipsum confecta et emanatas cassantes, viribusque et vigore carere committentes. Datum Bude, in festo Kathedre beati Petri apostoli, anno domini M° CCC° L° primo.

Hátlapján gyűrűs pecsét nyomával, a melynek helyén e szavak olvashatók: »Relacio episcopi Zagrabiensis«. Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 391. 26. dipl. oszt. 4175. Közli: Kovács N.

267.

1351. febr. 22. A turóczi convent előtt Széplaki György, elhalt testvérének Tamásnak özvegyét Chala asszonyt, hitbére és hozománya fejében Csab nevű Hont vármegyei birtok felével kielégíti.

Paulus . . prepositus et conventus ecclesie beate virginis de Turucz. . significamus. . quod Georgius filius Stephani nobilis de Seplac, unacum Andrea filio suo personaliter, et pro filiis suis Stephano et Jacobo ab una, parte vero ab altera Michael filius Moric de Bribeli pro relicta Thome filii Stephani vocata Chala filia sua, et pro Katherina filia eiusdem Chala cum literis procuratoriis conventus de Saag personaliter coram nobis constituti, idem Georgius . . in nostri presencia cum dicto Andrea filio suo confessus est, quod cum Thomas . . frater suus uterinus in accione mortis exstitisset, ipsum Georgium rogasset, ut pro dote et rebus parafernalibus mediam partem possessionis ipsorum Chab vocatam in comitatu Hunthensi, uxori sue Chala perpetuo condonaret, ideo dictus Georgius mediam partem possessionis ipsorum Chab vocitatam, cum omnibus . . pertinenciis . . et cum sessione a parte orientali, dicte Chala relicte Thome fratris sui, pro dote et rebus parafernalibus dedit perpetue . . coram nobis; ita tamen, quod in octavis beati Georgii martiris iam affuturis octo probi viri de eodem comitatu Hunthensi, dictam possessionem Chab vocatam in duas partes equales divident, et unam partem idem Georgius dicte Chala (in) dictis octavis statuere tenetur . . eciam dantes eidem domine Chala meram facultatem suis proximis et consanguineis dictam partem possessionis sibi evenientem vendendi seu pro concambio dandi; preterea dictus Georgius filius Stephani in nostri presencia fassus est, quod quispiam quocunque cursu temporis dictam dominam Chala molestare vellet . . super dicta condonacione, tunc dictus Georgius prepriis suis laboribus et expensis ipsam dominam protegere . . super eadem condonacione obligavit, et si non posset, extunc de possessione sua in tanta quantitate alias et in tanta valore, vel quinquaginta marcas dicte domine Chala pro dote et rebus

parafernalibus dare asumsit . . Datum in die Kathedre beati Petri, anno domini M° CCC° quinquagesimo primo.

Papíron, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a Nemz. Muzeumban.

268.

1351. Buda, febr. 24. I. Lajos király Ravasz István Pozsony vármegyei alispánnak birtokain gyakorolható pallos-jogot adományoz.

Relacio filii Mochk

Nos Ludovicus . . rex . . significamus . . quod nos sicut pro fidelitatibus serviciorum magna laude dignis meritis magistri Stephani dicti Rowaz vicecomitis Posoniensis fidelis nostri, temporibus et locis opportunis laudabili virtute impensis, haud minus pro utilitate et commodo regni nostri, eidem magistro Stephano huiusmodi graciam duximus conferendam, ut universos fures latrones et alios quoslibet malefactores, intra metas et terminos possessionum suarum ubique in regno nostro habitarum et existencium reprehensos, ipse et sui heredes, successores et posteritates, iudicandi tormentandi et pena ipsis condecenti puniendi et plectendi, nec non patibulum ac alia genera tormentorum intra metas et terminos possessionum suarum predictarum faciendi et conservandi, ex nostra licencia permissiva et gracia speciali plenariam habeant potestatem . . Datum Bude, in festo sancti Mathie apostoli, anno domini M° CCC^mo^ quinquagesimo primo.

Hátlapján pecsét nyomaival, alatta a föntebbi szavak; eredetije a Nyitra-Zerdahelyi cs. ltárában.

269.

1351. Eger, mart. 2. Az egri püspök vicariusai a közép-németi és perényi plebánosokat kiküldik, hogy más három, már előbb kiküldött plebános társukkal együtt, Szikszai Jánost excommunikálják.

Petrus archidiaconus de Heues et Gothardus magistri canonici ecclesie Agriensis ac iudices in officio vicariatus per..

N(icolaum) . . episcopum dicte ecclesie Agriensis dominum et prelatum nostrum pro tempore constituti . . Petro de Kesepnemti (. . . .) de Perueyn ecclesiarum sacerdotibus . . Dicitur nobis in personis filiorum Leukus filii Pous et Herke filii Michaelis nobilium de Kendy, quod Johannes de Wyuar, alter Johannes de Scyna et Stephanus de Enyzke similiter rectores ecclesiarum, mandatum nostrum, imo verius dicti domini nostri episcopi, nuperrime super facto requisicionis cuiusdam quarte filialis et aliarum causarum per ipsos contra Johannem filium Pauli filii Marhardi de Zykzou iam diu motarum, ipsis mediantibus aliis literis nostris nuperrime iniunctum, temeraria presumcione inducti, minime exercere effectuique mancipare curavissent, et sic per talem dissimulacionem magnum preiudicium dictis actoribus irrogassent; et cum tales subditi, qui mandatum sui superioris non curant adimplere, non solum vicium ingratitudinis, verum eciam si clerici sunt, sentenciam excommunicacionis et omnem censuram ecclesiasticam incurrisse dignoscuntur eo facto, igitur volumus et vestre discrecioni firmo damus in precepto, quatenus statim receptis presentibus, eatis personaliter ad tres sacerdotes prenotatos, quos verbo ipsius domini nostri episcopi et nostro moneatis et alcius compellatis, ut ipsi una vobiscum dictum magistrum Johannem filium Pauli, si hactenus non denunciaverint, absque mora aliquali excommunicatum debeant denunciare, familiamque et iobagiones suos ubilibet existentes, et specialiter in villa Zykzou, ab omnibus divinis prohibeant, statu et forma aliarum literarum nostrarum pridie eisdem destinatarum permanatis (így). Qui si vobis presentibus hec fecerint bene quidem, alioquin vos eosdem ab ingressu ecclesie tamquam excommunicatos prohibeatis, et insuper ad octavas diei medii Quadragesime in presenciam ipsius domini episcopi peremtorie et sine crastinacione evocare debeatis racionem pro tali negligencia, favore eciam vel dissimulacione redituros; et aliud nec vos sub penis premissis facere presummatis in hac parte; posthec autem seriem ipsius evocacionis si necesse fuerit, in literis domini Nicolai sacerdotis de Popy vicearchidiaconi vel plebani de Cassa, nobis rescribi faciatis

evidenter. Datum Agrie, in die Cinerum, anno domini M^mo CCC^o quinquagesimo primo.

Hátlapján két pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1537. 42. dipl. oszt. 4177. Közli: Kovács N.

270.

1351. mart. 10. A leleszi convent előtt Szécsi László fia Tamás harmadmagával megesküszik, hogy sem ő, sem testvérei Mihály és László, a Lónyai Jakab és Benchench fiai által panaszolt hatalmaskodást Lónya nevü birtokon el nem követték.

Nos conventus monasterii sancte crucis de Lelez damus pro memoria, quod cum iuxta continenciam literarum . . comitis Thome iudicis curie . . Thomas filius Ladislai de Zeech contra Jacobum filium Jacobi de Lonya ac Ladislaum filium suum, Georgium et Johannem filios Benchench de eadem, tercio se nobilibus sibi similibus in octavis diei Cinerum coram nobis super accione inferius declaranda sacramentum prestare debuisset, tandem ipsis octavis occurrentibus, prememoratus Thomas de Zeech ad nostram veniendo presenciam, cum (coniura)toribus suis, scilicet tercio se nobilibus, coram nobis iuravit ut debebat super eo, quod ipse ac Michael et Ladislaus fratres sui feria quarta proxima post festum beati Michaelis archangeli, cuius nunc quarta preteriisset revolucio annualis, ad predictam possessionem Lonya vocatam cum ad se pertinentibus potencialiter non venissent, nec duos greges porcorum in eadem recipi fecissent, nec ex eisdem meliores et pinguiores pro se eligendo ad possessionem ipsorum Zechy pepulissent, nec eciam segetes ad dictam possessionem Lonya pertinentes per equacias ipsorum distrahi et annihilari fecissent, imo in totali accione . . dictorum nobilium de Lonya . . insontes existant . . et prefati Georgius et Johannes tam sua quam magistri Jacobus et Ladislaus filius eiusdem personaliter comparentes, ipsum iuramentum viderunt et audierunt. Datum in crastino iuramentalis deposicionis antedicte, anno domini M^o CCC^o L^mo primo.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a Nemz. Muzeumban a Sóvári Soós cs. ltárában; ugyanott őrzik Tamás országbíró 1351 évi oklevelét, mely szerint Lónyai Jakab fia Miklós közt »ac inter Thomam Michaelem et Ladislaum filios Ladislai de Scechei« bizonyos határjárás miatt per volt folyamatban.

271.

1351. Vasvár, mart. 21. Vas vármegye alispánja és szolgabirái az egervári határban egy szőllő birtokát Egervári Kalmer fiai beleegyezésével Árokközi Lászlónak és Benedeknek ítélik.

Nos magister Nicolaus vicecomes magistri Wolphardi comitis Castriferrei ac iudices nobilium comitatus eiusdem memorie commendamus, quod cum Ladislaus filius Petri de Arukkuz in sua, et Benedicti filii Andree fratris sui patruelis personis ad nostram veniens presenciam nobis dixisset, quod ipsi quandam vineam in territorio possessionis magistrorum Johannis et Michaelis filiorum Kalmyri Eguruar vocate, in isto comitatu Castriferrei existentis habitam, a predicto Andrea ipsis devolutam, per hominem eorumdem magistrorum Johannis et Michaelis nomine iuris ipsorum ordine iudiciario recaptivassent, quedamque puella filia videlicet Pauli filii Bogdan, in villa Zenthleurench vocata commorans, eandem vineam per predictos Bogdan avum et Paulum patrem suos, a predicto Andrea titulo emcionis comparatam previe allegasset, ipsaque causa coram eisdem magistris Johanne et Michaele diucius fuisset ventilata inter partes, et predicta puella nullam racionem efficacem dicte emcionis pluries requisita potuisset assignare, sed solum sine racione efficaci eandem conservare conaretur, nosque ad finalem et ultimatam discussionem eiusdem cause videndam et audiendam, ad peticionem eiusdem unum ex nobis, scilicet comitem Sekkul misissemus ad premissa exequenda, demum idem comes Sekkul ad nos reversus, nobis retulit eo modo, quod ipse sabbato die proximo ante dominicam Reminiscere ad predictam villam Eguruar accessisset ad finalem discussionem cause prenotate audiendam, prefatis Ladislao et

Benedicto personaliter astantibus et legitime exspectantibus, predicta puella filia videlicet ipsius Pauli filii Bogdan non venisset nec mittere curasset ad discussionem cause prenotate, ubi Bartholomeus filius Buthus et relicta Moyus filia scilicet predicti Bogdan, iobagiones magistri Mesee in villa Nogfolu vocata commorantes exsurgendo, sine procuratoriis literis astando respondere voluissent pro eadem; his itaque peractis, predicti Ladislaus et Benedictus iudicium et iusticiam postulassent sibi fieri de premissis equitate svadente, unde quia prefata puella filia videlicet predicti Pauli filii Bogdan in tam longinqua litis ventilacione in quamplurimis terminis nullam racionem efficacem emcionis vinee prenotate assignare potuisset, sed semper sine racione efficaci eandem conservare et tenere conata exstitisset, imo nec ad finalem discussionem eiusdem cause, ut premittitur, venire vel mittere curasset, ideo iidem magistri Johannes et Michael unacum provincie nobilibus et ignobilibus hominibus cum eisdem adiudicantibus, ac eorum iobagionibus, matura deliberacione prehabita, premissam vineam litigiosam cum omnibus utilitatibus suis et pertinenciis universis, sub eisdem terminis limitariis quibus per predictum Andream et predecessores eorum usa et fruita exstitisset, secundum consvetudinem et legem dicte possessionis eorum rite et legitime prefatis Ladislao et Benedicto ac eorum successoribus, eo iure quo ipsis dinosceretur pertinere, adiudicassent perpetuo possidendam; prefate autem puelle et suis successoribus perpetuum silencium imponendo de eadem; ipsos autem Bartholomeum et relictam Moyus hospites, pro eo quia sine procuratoriis literis in commissione prefate puelle filie scilicet Pauli filii Bogdan pro eodem respondere voluissent in causa premissa, in astacione falsi termini convictos esse decrevissent, iure regni requirente, magistri Johannes et Michael prenotati; ubi mox iidem magistri Johannes et Michael in eadem sede iudiciaria personaliter coram nobis comparendo, omnia et singula premissorum per ipsos modo quo supra adiudicata et facta esse et fuisse consona voce affirmarunt coram nobis. In cuius adiudicacionis et assercionis testimonium, presentes literas nostras patentes duximus concedendas communi iusticia svadente. Datum in Castro Ferreo

feria secunda proxima post dominicam Oculi, anno domini M° CCC^mo quinquagesimo primo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1081. 5. dipl. oszt. 4178. Közli: Kovács N.

272.

1351. mart. 24. A pécsi káptalan előtt Kéméndi Corrard fia Jakab fiai, a későbbi Gyulai család ősei, a Győr nemzetségből való Pál fia Tamás leányának Klárának, és ezen Klára anyjának a Negol nemzetségből származott Miklós leányának Borbálának, Gunczil nevü birtokból leányi negyed- illetve hitbéri járandóságát kiadják.

Nos capitulum ecclesie Quinqueecclesiensis . . significamus . . quod cum iuxta continenciam priorum literarum nostrarum composicionalium, formam cuiusdam arbitrii in se continencium, magistri Nicolaus et Corrardus filii Jacobi filii Corrardi de Kemud, racione quarte puellaris domine Clara consortis condam Petri filii Oltha filie scilicet Thome filii Pauli de genere Geur, et dotis ac rerum parafernalium domine matris eiusdem domine, consortis scilicet prenominati Thome filii Pauli, filie Nicolai fratris Batyz de genere Negol, Barbara nominate, quam eedem domine in possessione Gunchil vocata in comitatu Baranya existente, iuxta continenciam literarum nostrarum privilegialium habere dinoscebantur, undecim marcas partim in promtis denariis partim vero in estimacione denarios valente, quamlibet marcam cum sex pensis computando, eidem domine Clara consorti Petri filii Oltha, in die medii Quadragesime sine crastinacione dare et solvere, e converso eodem die Franciscus et Jacobus filii eiusdem domine in persona eiusdem nobilis domine Clara nuncupate cum sufficientibus literis procuratoriis specialiter ad hoc emanatis comparere, et super ipsa quarta puellari domine matris eorum, ac dote et rebus parafernalibus domine matris eiusdem domine supradicte, eosdem magistros Nicolaum et Corardum, ac eorum heredes penitus et per omnia expeditos reddere, et dictam possessionem Gunchyl perpetuare ac uniuersa instru-

menta super ipsa possessione Guncyl eisdem reddere et restituere debuissent coram nobis; ipso termino adveniente, predicta nobilis domina Clara vocata consors prefati Petri filii Oltha, et prenominati Franciscus et Jacobus filii sui ab una, item predicti magistri Nicolaus et Corardus parte ex altera personaliter in nostri presencia comparuerunt, et iidem magistri Nicolaus et Corardus ipsas undecim marcas totum in promtis denariis, quamlibet marcam cum sex pensis computando, eidem nobili domine Clara vocate et filiis suis supradictis personaliter recipientibus, pro quarta puellari eiusdem nobilis domine Clara, et dote ac rebus parafernalibus domine matris eiusdem Barbara nominate, plene persolverunt coram nobis et integre; e converso autem ipsa nobilis domina Clara, Franciscus et Jacobus filii sui personaliter ut premittitur astantes, super dicta quarta puellari et dote ac rebus parafernalibus, eosdem magistros Nicolaum et Corardum ac heredes eorumdem reddiderunt . . expeditos . . predictam eciam possessionem Guncyl cum omnibus suis . . pertinenciis . . eisdem magistris Nicolao et Corrardo reliquerunt . . irrevocabiliter per eosdem possidendam . . coram nobis, nullum ius . . in eadem possessione Guncyl pro se ipsis exnunc reservantes, literas eciam nostras privilegiales super eadem possessione Guncyl confectas, eisdem magistris Nicolao et Corardo in specie dederunt . . coram nobis, plures literas super eadem possessione se non habere asserentes; universas autem literas causales et eciam si que super ipsa possessione Guncyl apud ipsos vel alios ex ipsorum nomine, quocunque modo haberentur, cassas reddiderunt et inanes . . Datum in crastino termini prenotati, anno domini Millesimo CCC^{mo} quinquagesimo primo.

Hátlapján monorú pecsét nyomaival; eredetije a b. Révayak stjavnyicskai ltárában, Turócz vármegyében; »Gyulay« fasc. IV. 22. Közölve néhai Hatos Gusztáv másolatából.

273.

1351. mart. 30. Az erdélyi káptalan előtt Péterfalvi Péter fia János fiai tiltakoznak az ellen, hogy Laczk mester, székelyek volt ispánja Péterfalva nevü birtokukat, még akkor midőn I. Károly király seregével Havasalföldre ment, elfoglalta, és azóta folyton birtokolja.

Nos capitulum ecclesie Transsilvane damus pro memoria, quod nobiles viri Ladislaus et Michael filii Johannis filii Petri de Peturfolva pro se ac Petro fratre eorum, ad nostri accedentes presenciam, nobis dixerunt protestando, quod ipsis in puerili etate existentibus, eo tempore quo dominus rex Karolus pie recordacionis ad partes Transalpinas cum suo iverat exercitu, magister Lach tunc temporis comes siculorum, quandam particulam terre ad ipsam possessionem eorum Peturfolva pertinentem, per falsas metas potencialiter occupasset ad possessionem Yclod applicando; quam particulam terre nunc Paulo dicto Wakuch famulo suo contulisset, in preiudicium ipsorum et gravamen; unde faciendo protestaciones, prohibuit eundem magistrum Lach ab occupacione et a collacione ipsius particule terre, ac Paulum dictum Wakwch similiter ab occupacione et retencione ac ab ulteriori usu fructuum et quarumlibet utilitatum eiusdem, testimonio presencium coram nobis . . Datum in octavis medii Quadragesime, anno domini M° CCC^mo L^mo primo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. dipl. oszt. 29686. Közli: Kovács N.

274.

1351. Buda, apr. 3. Tamás országbíró ítélete a Zágráb és Korpás nemzetségből való Dancs fia Domokosnak Malahi János fia és Harepani Herbord fia ellen, Rechke Keszi és Harepan nevü Gömör vármegyei birtokok iránt folytatott perében.

Nos Thomas iudex curie . . significamus . . quod Dominicus filius Donch iuxta continenciam priorum literarum nostrarum, in anno (így) festi Omnium Sanctorum in anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo preteritis confectarum, contra Nicolaum et Georgium filios Johannis de Malah ac Cozmam filium Herbordi de Haripan in nostri iudicii figura

personaliter comparendo, literas capituli Agriensis reambulatorias, asserens accionem et proposicionem suam in eisdem contineri, nobis demonstrarat; in quibus inter cetera videramus contineri, quod ipse Dominicus accepto homine regio et testimonio dicti capituli ecclesie Agriensis, in quindenis festi Nativitatis beati Johannis Baptiste in predicto anno preteritis, ad facies possessionum Rechke, Kezw et Haripan vocatarum accessisset, et easdem vicinis et commetaneis suis legitime convocatis, per suas veras metas et antiquas reambulare, reambulatasque et ab aliorum possessionibus distinctas et separatas, sibi eo iure quo ad ipsum pertinere dinoscerentur, possidendas statui facere voluisset, Nicolaus dictus Chynige cum Georgio fratre suo et Cozmas filius Herbordy de Malah et de Haripan personaliter inibi comparentes, ipsos non a reambulacione sed a distinccione dictarum metarum ac statucione prelibatarum possessionum eidem Dominico quo supra facienda, prohibuissent, cuius prohibicionis racionem idem Dominicus scire voluerat a Nicolao et Georgio filiis Johannis ac Cozma filio Herbordi prenotatis; quo audito iidem Nicolaus et Cozmas personaliter, et (pro) Georgio filio Johannis idem Nicolaus frater suus cum procuratoriis literis exsurgendo, easdem possessiones Rechke Kezw et Haripan, eis et dicto Georgio . . hereditarii iuris titulo pertinere, et eciam super eisdem instrumenta se habere, que in termino per nos dando possent (exhibere), allegando; unde nos commiseramus, ut iidem Nicolaus et Georgius filii Johannis ac Cozmas filius Herbordi preallegata sua instrumenta . . contra predictum Dominicum filium Donch, similiter instrumenta sua si que habuisset super prenominatis possessionibus emanata producere debentem, in octavis festi Epiphaniarum domini tunc venturis exhibere teneretur coram nobis, quibus visis iudicium et iusticiam faceremus inter partes . . Ipso termino adveniente, predicto Dominico filio Donch actore porsonaliter coram nobis astante, predicta instrumenta sua per ipsum exhibere assumta nostri in presencia exhibere volente, predicti Nicolaus et Georgius . . ac Cozmas . . in causam attracti similiter coram nobis comparendo, predicta eorum instrumenta per ipsos exhibere assumta, tunc se exhibere non posse affirmarant, sed ad exhibicionem eorumdem,

ulteriorem terminum absque efficaci racione, per nos sibi dari postularant; unde nos auditis his, commiseramus, quod predicti Nicolaus Georgius et Cozmas preallegata sua instrumenta cum iudicio trium marcarum ante litis ingressum persolvendo, prefatus vero Dominicus actor absque aliquo gravamine, similiter preallegata sua instrumenta in die medii Quadragesime tunc venturo, scilicet feria quarta, coram nobis deberent exhibere; tandemque eodem die medii Quadragesime occurrente, prefatus Dominicus . . personaliter ab una, ac prescripti Nicolaus et Georgius . . et Cozmas similiter personaliter parte ab altera ad nostram accedentes presenciam, primo iidem Nicolaus dictus Chynige et Georgius frater suus quasdam tres literas, duas videlicet magistri Villermi comitis de Scepus et de Vyuar, ambas in anno domini M^mo CCC^mo vigesimo octavo patenter confectas, ac unam capituli ecclesie Scepusiensis clausam, in anno domini M^mo CCC^mo vigesimo primo confectam nobis demonstravit; in quarum unius scilicet magistri Willermi litere tenore expresse vidimus contineri: quod cum in quadam congregacione eiusdem, feria secunda proxima post dominicam Oculi, cum universis nobilibus comitatus Gumur in villa Gumur facta, Cozmas filius Herbordi de genere Zagrab, contra Johannem filium Isaak de eodem genere ordine iudiciario coram eodem magistro Willermo convictus extitisset, porcionesque possessionarias in possessionibus Haripan superiori et inferiori, Kezw, Rechke et Appati vocatis habitas amisisset, tandem comes Nicolaus filius Johannis de Malak dictus Chynege consurgens dixisset, quod ex bona voluntate Johannis filii Isaak et mutua obligacione, supradictas possessiones de filiis magistri Deseu potencialiter detentoribus, iusticia mediante requisivisset . . et super hoc instrumenta sufficiencia se habere allegasset, et in instanti exhibuisset magistro Willermo . . literas . . capituli Scepsiensis, in quibus idem magister Willermus vidisset contineri, quod anno tunc septimo transacto, predicti Nicolaus et Johannes coram eodem capitulo personaliter comparentes, pari voluntate et ordinacione taliter inter se in invicem obligassent, quod si predictas possessiones racione generacionis eisdem attinentes communi expensa et adiutorio a detentoribus earumdem ordine iudiciario possent

et valerent requirere . . extunc predicte possessiones eisdem communi, et privilegiorum diversorum iudicum, capitulorum et conventuum, cursum et processum causarum super requisicione predictarum possessionum motarum . . continencium, quibus per ordinem discussis et perlectis seriose, in eisdem comperisset predictum Nicolaum supradictas possessiones Haripan Kezw Rechke et Appati vocatas de predictis filiis magistri Deseu earumdem possessionum detentoribus, ordine iudiciario per prolixas causarum execuciones nemine adiuvante . . reoptinuisse, et postmodum de relicta Mathei de Fyur solvendo dotem et res parorphanales expedivisse, quandam eciam particulam de possessione Haripan, filiis Galli quondam pignori obligatam, pro quinque marcis redemisse. Unde prefatus magister Villermus cum magistro Dominico vicecomite suo, Pangracio filio Stephani, Alexandro filio Chelen, Andrea filio Zemekey et Petro filio Mark quatuor iudicibus nobilium de predicto comitatu, ceterisque nobilibus una cum magistro Villermo assidentibus, visis omnibus predictis literis et per ordinem perlectis, considerantes supradictas possessiones Nicolao et Johanni antedictis legitime devolvendas, excepta tercia parte porcione videlicet predicti Cozme ad manus eiusdem magistri Villermi legitime deuoluta, iudicando decrevisset, ut predicte possessiones cum omnibus utilitatibus et territoriis earumdem, in tres partes dividerentur coequales, duabus partibus predictis Nicolao et Johanni devolutis, tercia vero parte pro eodem magistro Villermo remanente, tali modo, quod eandem terciam partem porcionem videlicet predicti Cozme de eodem magistro Willermo velud de iudice, iuxta estimacionem regni condignam predicti Nicolaus et Johannes quandocunque voluissent vel potuissent, communiter redimendi habuissent facultatem; hoc non pretermittendo, quod predictus Johannes filius Isaak, Nicolao supradicto, dimidietatem omnium suarum expensarum . . restituere teneretur. In alterius vero eiusdem magistri Willermi litere tenore habebatur, quod idem magister Willermus comes de Scepus et de Wyuar, simul cum magistro Dominico vicecomite suo et quatuor iudicibus nobilium predicti comitatus Gumuriensis, ad facies predictarum possessionum Haripan superiorem et inferiorem, Kezw, Rechke et Appati vocatarum

accedentes, presentibus aliis nobilibus, divisionem . . modo subscripto fecissent inter partes et eisdem volentibus: in ipsa divisione cessisset Haripan superior Johanni antedicto, possessio autem Kezeu et Rechke vocate cum omnibus usibus cessissent Nicolao antedicto, possessio vero Haripan inferior cum tercia parte omnium terrarum predictarum possessionum pro porcione prefati Cozme in manu eiusdem magistri Willermi iudiciaria remansisset, donec predicti potuissent redimere secundum regni condignam estimacionem; hoc specialiter exprimentes, quod licet aliqui predictas partes de ipsa divisione facienda prohibuissent coram eodem magistro Willermo, tamen ipse annuente iusticia, premissam fecisset particionem inter partes. In litera autem capituli ecclesie Scepsiensis continebatur, quod constituti coram eodem capitulo personaliter comes Nicolaus filius Johannis ex parte una, Johannes filius Isaak ex altera, utrique de Malah predicta, vive vocis oraculo fuissent confessi . . quod quia possessiones ipsorum Haripan et Kezw appellate potencialiter et sine iusticia ab ipsis fuissent ablate . . easdem mediante iusticia proposuissent requirere, quandocunque se locus offerret aut facultas, ita tamen, quod queque ex eisdem possessionibus possent obtinere, equaliter inter se dividere tenerentur. Quarum quidem literarum exhibicionibus factis, idem Nicolaus dictus Chynige ac Georgius filii Johannis obiecerunt eo modo, quod ipsi unacum predictis Donch patre eiusdem Dominici ac Cozma filio Herbordi in una generacionis linea, videlicet de genere Zagrab essent et fuissent et nunc existerent, et ex eo predictas possessiones Rechke, Kezw et Haripan vocatas detinuissent et nunc detinerent, pro eoque iamdicto Dominico tempore premisse reambulacionis in facto dictarum possessionum prohibicionem fecissent antedictam. In quorum contrarium idem Dominicus filius Donch exhibuit nobis quamplura paria literarum, videlicet protestacionalium et inquisicionalium, quatuor videlicet protestacionales, tres scilicet capituli ecclesie Agriensis et unam comitis et iudicum nobilium comitatus Gumuriensis. In quarum unius videlicet capituli Agriensis in anno domini M^{mo} CCC^{mo} XL^{mo} tercio confecte tenore habebatur, quod Petrus filius Petri filii Ladislai, proximus Dominici filii Donch de Malah, ad dicti capi-

tuli Agriensis accedendo presenciam, in persona eiusdem Dominici eidem capitulo significare curasset, quod Georgius et Paulus filii Isak ac Nicolaus filius eiusdem Georgii nobiles de eadem Malah, prout idem Dominicus percepisset, porciones suas proprias et eciam porciones eorumdem Donch in possessionibus Haripan, Zenddemetur, Kezw, Kueches et aliis ubilibet existentibus habitas, comiti Nicolao dicto Chynige et Georgio fratri suo filiis Johannis de eadem Malah quadam concordia inter ipsos habita coram eodem capitulo Agriensi et mediantibus literis eiusdem, dare et perpetuare niterentur; et quia preallegatus Dominicus filius Donch in nullo debito eisdem Nicolao et Georgio dictis Chynige tenere dinoscerentur (igy), idcirco idem Dominicus dictos Georgium et Paulum filios Isaak ac Nicolaum filium eiusdem Georgii a dacione, distraccione et quovis colore de se alienacione preallegatarum porcionum possessionariarum, memoratos vero Nicolaum et Paulum filios Johannis ac quoslibet alios a recepcione et occupacione earumdem prohibuisset et contradicendo inhibuisset coram capitulo antedicto. In alterius vero litere protestacionalis in anno domini M° CCC^mo XL^mo sexto, tenore continebatur, quod idem Dominicus Georgium et Paulum filios Isaak nobiles de generacione sua, a dacione alienacione et perpetuacione porcionum suarum possessionariarum, in possessionibus Haripan, Kezw, Rechke et Appaty vocatis in comitatu Gumuriensi existentibus habitarum, comitem vero Nicolaum et Georgium filios Johannis a recepcione et occupacione ipsarum coram capitulo Agriensi prohibuissent. In tercia vero litera protestacionali eiusdem capituli Agriensis anno in presenti confecta reperiebatur, ut in persona eiusdem Dominici, Cozmam filium Herbordi a possessionariis porcionibus suis in dictis possessionibus existentibus habitis, a vendicione distraccione, et quovis alio colore de se alienacione, memoratos vero Nicolaum et Georgium filios Johannis a recepcione et occupacione ipsarum coram capitulo Agriensi prohibuisset. In quadam autem litera protestacionali comitis et iudicum nobilium comitatus Gumuriensis in anno domini M^mo CCC^mo XL^mo septimo emanata cernebatur, quod in persona Dominici filii Donch personaliter coram eodem vicecomite et iudicibus nobilium comita-

tus Gumuriensis protestatus, quod ipse de genere Zagrab et Korpas esset, et recta dimidietas possessionis Rechke in comitatu Gumuriensi existentis sua esset perpetualis, sed alia residua pars eiusdem racione linee generacionis eidem pertineret, Nicolao autem filio Johannis dicti Chynige de Malah et Johanni filio Nicolai de Telukes prescripta possessio Rechke in nullo pertineret, eosdemque et Johannem, ne inter se eandem possessionem Rechke perpetuare valerent prohibuisset. In duabus autem literis inquisicionalibus in uno sensu verborum confectis, capituli ecclesie Agriensis et conventus monasterii beati Johannis Baptiste de Jazou, in anno domini M^mo CCC^mo XL^mo septimo emanatis habebatur, quod in persona Dominici filii Donch de Malah domino nostro regi dictum extitisset, quod ipse et predecessores eorum ab avo et prothavo de genere Zagrab et Korpas fuissent, super quibus idem dominus noster rex eisdem capitulo et conventui firmis dedisset in preceptis, ut ipsi una cum hominibus suis regiis in eisdem literis contentis, eorum mitterent homines pro testimoniis fidedignos, qui super premissis scirent omnimodam veritatem, qui quidem homines regii et testimonia capituli ecclesie Agriensis et conventus de Jazou predictorum, ab omnibus . . specialiter a vicinis et commetaneis dicte possessionis Malah super premissis inquirendo, talem scivissent veritatem, quod annotatus Dominicus filius Donch de Malah a primevis predecessoribus et progenitoribus suis semper de generacione Zagrab et Korpas fuisset. In tercia vero litera inquisicionali scilicet comitis et iudicum nobilium comitatus Gumuriensis in anno domini M^mo CCC^mo XL^mo septimo confecta cernebatur, quod per Johannem filium Nicolai de Kata, dicto domino nostro regi dictum extitisset, quod Nicolaus dictus Chynige allegasset se esse de generacione Zagrab et Korpas, et ipse Johannes filius Nicolai non asserusset ipsum et suos progenitores esse et fuisse de generacione Zagrab et Korpas; super quo idem dominus noster rex eisdem comiti et iudicibus nobilium precipiendo mandasset, quatenus unum aut duos ex ipsis transmitterent, qui scirent et inquirerent ab omnibus quibus deceret, et specialiter in congregacione eorum proxime tunc fienda in Gumur, utrum prefatus Nicolaus dictus Chynige fuisset vel exstitisset de generacione

ipsorum Zagrab et Korpas nec ne, omnimodam veritatem; qui quidem comes et iudices nobilium in congregacione ipsorum generali coram Nicolao filio Aba homine regio et testimonio capituli Agriensis per literas regie excellencie feria secunda proxima post dominicam Reminiscere universitati nobilium provincie memorate in villa Gumur celebrata, ab omnibus nobilibus in ipsa congregacione existentibus, super premissis taliter fuissent sciscitati, quod iamdictus Nicolaus dictus Chynige de genere Zagrab et Korpas non fuisset et non extitisset, prout omnes nobiles in dicta congregacione existentes, per eosdem requisiti unanimiter retulissent. In quarta autem litera inquisicionali dicti capituli Agriensis in anno domini M^mo^ CCC^mo^ quinquagesimo emanata habebatur, quod in persona Dominici filii Donch de Malah iamdicto domino nostro regi dictum extitisset, quod Nicolaus dictus Chynige et Georgius filii Johannis de Malah, porciones suas possessionarias in possessionibus Kezw, Kueches et Haripan vocatis habitas, in comitatu de Gumur existentibus, a multis temporibus retroactis propria eorum auctoritate et potencia indebite et iniuste uterentur, usus et utilitates earumdem percipiendo, contra prohibicionem ipsorum . . sepe per ipsos legitime factam, in ipsorum grande preiudicium et iacturam; super quibus idem dominus noster rex ipsi capitulo firmis dedisset in mandatis, quatenus una cum homine suo eorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, qui ab omnibus quibus deceret et liceret, super omnibus premissis sciret omnimodam veritatem, qui quidem homo regius et testimonium dicti capituli Agriensis ab omnibus . . et specialiter a vicinis et commetaneis predictarum possessionum eiusdem Dominici filii Donch in pretaxatis possessionibus Kezw, Kueches et Haripan . . inquirendo, talem scivissent veritatem, quod preallegati Nicolaus et Georgius dicti Chynige filii Johannis de Malah, memoratas porciones possessionarias Kezw Kueches et Haripan . . a multis temporibus propria eorum auctoritate ac indebite occupassent, ususque fructus et utilitates earumdem usi fuissent et uterentur contra legitimam prohibicionem Dominici filii Donch supradicti. Ultimo idem Dominicus filius Donch quedam tria paria literarum privilegialium, unum videlicet domini Ladislai regis . . duo autem

capitulorum Strigoniensis et Agriensis ecclesiarum nobis presentavit; in quarum unius scilicet capituli ecclesie Strigoniensis litere privilegialis in anno domini M^mo^ CC^mo^ sexagesimo nono confecte tenore adinveniebatur, quod nobilis vir Alexander filius Pous (stb. l. egész terjedelmében közölve »Hazai Okmánytár« VII. 110. l.). In alterius vero videlicet domini Ladislai regis litere privilegialis in anno domini M^mo^ ducentesimo septuagesimo quinto confecte tenore comperimus evidenter, quod ipse Ladislaus rex (stb. l. tartalmát szintén egész terjedelmében közölve »H. Okmánytár« VII. 158. l.). In tercia siquidem litera privilegiali dicti capituli Agriensis in anno domini M^mo^ ducentesimo octuagesimo secundo emanata reperiebatur, quod Mathius, Bors (stb. l. »H. Okmtár« VIII. köt). Quarum quidem literarum exhibicionibus factis, predicti Nicolaus dictus Chynige et Georgius filius Johannis ipsa duo privilegia capitulorum Strigoniensis et Agriensis ecclesiarum, per predictum Dominicum filium Donch exhibita, per nos fecerunt detineri, asserentes ut predicta duo privilegia, unacum aliis literis ipsorum super possessionariis iuribus ipsorum confectis, per Georgium et Paulum filios Isak personaliter in nostri presencia astantes, de ecclesia sancte Elizabeth in dicta Malah existenti furtive ablata extitissent, nuncque ipsi eosdem filios Isak super facto eorumdem privilegiorum contra se ad nostram presenciam ad causan attraxissent, et ibidem quasdam literas citatorias capituli ecclesie Agriensis nobis presentarunt, in quibus . . vidimus contineri, quod in personis Nicolai et Georgii filiorum Johannis de Malah domino regi dictum extitisset, quod universa instrumenta ipsorum super possessionibus ipsorum Haripan, Kezw et Rechke vocatis confecta, Georgius et Paulus filii Isak contra voluntatem ipsorum tenerent et conservarent; super quo idem dominus noster rex fidelibus suis capitulo ecclesie Agriensis . . firmiter precepisset, quatenus ipsorum mitterent hominem . . quo presente Demetrius filius Kíliani homo regius ad predictos Georgium et Paulum accedendo, predicta instrumenta peteret reddi et restitui ab eisdem ipsis filiis Johannis personaliter comparentibus, qui si restituerint bene quidem, alioquin citaret eosdem contra predictos Nicolaum et Georgium ad regiam presenciam ad terminum

competentem . . tandem ipse Demetrius . . homo regius unacum testimonio dicti capituli ecclesie Agriensis, feria tercia . . ante festum Purificacionis . . accessissent ad possessionem Malah . . ubi ipsi memorata instrumenta literalia per eosdem Georgium et Paulum . . dictis Nicolao et Georgio . . restitui debere petivissent . . et quia preallegatus Paulus sua et dicti fratris sui in persona ipsa literalia instrumenta non restituisset, nec eadem apud ipsos habere asseruisset, obhoc ipsi sepedictos filios Isak contra prelibatos filios Johannis ad regiam presenciam citavissent, presentem diem medii Quadragesime eisdem pro termino . . comparendi assignando. Adhuc iidem Nicolaus . . ac Georgius . . quasdam literas capituli ecclesie Agriensis patenter in octavis festi Omnium Sanctorum in anno domini M^mo^ CCC^mo^XL^mo^ sexto confectas nobis demonstrarunt, nos informantes eo modo, quod Nicolaus dictus Chynige et Georgius filii Johannis de Malah ex una, et Georgius ac Paulus filii Isak de eadem Malah pro se et Gregorio fratre ipsorum uterino, tunc heremita ordinis sancti Pauli primi heremite, cuius negocium ipsi in causa intraspecificata ad sua honera assumsissent, parte ab altera coram ipso capitulo Agriensi personaliter constituti, dixissent . . quod ipsi . . per ordinacionem magistrorum Nicolai dicti Kun filii Benedicti, Stephani et Georgii filiorum Dominici dicti Bubek ac Gregorii Siculi filii Fabiani, taliter . . inter se concordassent . . quod prenominati Nicolaus et Georgius . . honus et gravamen sentencie capitalis in quod predicti Georgius et Paulus . . incidissent, eisdem . . relaxantes . . totalem porcionem ipsorum possessionariam in pretacta possessione Malah habitam, que iuris de vigore ad manus ipsorum devenire potuisset . . cum omnibus . . pertinenciis suis . . in ius et proprietatem memoratorum filiorum Isak . . resignassent . . in filios filiorum . . perpetuo possidendam . . e converso antem predicti . . filii Isak universas porciones possessionarias in terris seu possessionibus Haripan, Keza, Rekche alio nomine Kueches et Appaty alio nomine Zuha vocatis, in dicto comitatu Gumuriensi existentibus habitas, ipsos solos contingentes, que usquemodo apud manus prenominatorum filiorum Johannis de Malah habite essent . . dimisissent . . dictis . . filiis Johannis ac ipsorum heredibus . . perennaliter . .

possidendas, sine preiudicio iuris alieni; preterea ordinatum extitisset . . per partes supradictas, quod si iidem . . filii Johannis aliqua literalia sua instrumenta, que per sinistram procuracionem eorumdem filiorum Isak de ecclesia Sancte Elizabeth in eadem Malah existenti, sabbato proximo ante festum beati Georgii martiris, cuius tunc decima octava advenisset revolucio annualis, clamdestine recepta fuissent et ablata, apud quospiam vel in quocunque loco reperire possent . . extunc sepedicti Georgius et Paulus . . ad reoptinendum . . in iudicio vel extra iudicium . . semper et ubique ipsorum laboribus et expensis iuvare tenerentur Nicolaum et Georgium . . supradictos; et ut series presentis ordinacionis robur perpetue firmitatis inter ipsos et heredes eorum obtinere possent et valerent, ipse partes se et dictos suos heredes . . ad hoc obligassent . . quod si tractu temporis iidem Nicolaus et Georgius . . et heredes sui pretextu dictarum possessionum . . supraspecificatarum, predictos filios Isaak et ipsorum posteritates . . inquietare aut contra ipsos litem suscitare attentarent, extunc ipsi contra eosdem filios Isaak in vicio calumnie, si vero pretacti filii Isaak vel eorum heredes, adversus dictos filios Johannis ac ipsorum successores racione premissarum (possessionum litem) movere attentarent, extunc iidem contra ipsos filios Johannis et heredes eorum in succubitu duelli facti potencialis convincerentur eo facto. Quibus visis et perlectis, prescripti Georgius et Paulus . . personaliter exsurgentes, se in premissa totali accione et acquisicione dictorum filiorum Johannis innocentes fore allegarunt, asserentes, quod si iidem filii Johannis dicta ipsorum instrumenta (. . . . . .) unque scire vel reperire possent, extunc ipsi eosdem filios Johannis iuxta ipsorum obligacionem et assumcionem, ipsorum laboribus et expensis ad rehabendum et reinveniendum ipsa instrumenta adiuvare promti essent et parati, petentes nos iidem filii Isaak, ut ipsis iuxta seriem et continenciam iam exhibitarum literarum, ac eorumdem filiorum Johannis proposicionem, iusticie (impenderemus) complementum; quia predicta duo privilegia pro quibus et aliis nunc ipsi per eosdem filios Johannis in causam attracti essent et inculparentur, per prefatum Dominicum ut est expresse premissum exhiberentur, et iam *in nostri* presencia per eosdem

Nicolaum et Georgium .. forent nomine suorum privilegiorum, que videlicet ab eis requirerent, prohibita, ipsosque ut est prehabitum, eadem duo privilegia in nullo de iure attingerent. Et cum nos ipsam causam ad deliberacionem baronum propter ipsius cause arduitatem, ac eciam pro eo ne in reddenda iusticia festini fore videremur, et in posterum per quempiam iudicio nostro possit derogari, ad tercium diem distulissemus, tandem cum nos unacum magnificis viris Nicolao regni Hungarie palatino, Paulo de Vgal quondam tocius Sclavonie et Croacie bano, Nicolao filio Peteuch quondam voivoda Transilvano, ac magistro Nicolao prothonotario domini Nicolai palatini, nec non aliis quampluribus nobilibus regni, ad diffiniendam premissam causam consedissemus, predictus Nicolaus dictus Chynige pro se personaliter et pro predicto fratre suo .. ab una, ac Georgius et Paulus filii Isak, necnon Dominicus filius Danch personaliter parte ab altera ad nostram personaliter veniendo presenciam, sicut prius sic et nunc super premissis iuxta seriem et continenciam preexhibitarum literarum ipsis finem decisivum atque debitum per nos imponi postularunt. Quarum quidem literarum per ipsas partes in alterutrum exhibitarum visis et perlectis continenciis, ac earumdem parcium allegacionibus auditis et perceptis, cum nos prefatum Nicolaum dictum Chynige in sua et dicti Georgii fratris sui persona, primo super eo, utrum predicte due litere privilegiales capitulorum .. Strigoniensis et Agriensis ecclesiarum, quas per nos ipse et dictus Georgius frater suus fecerunt detineri ipsorum essent et fuissent nec non, si pro ipsis loquerentur, ac eciam si ipse due litere privilegiales super possessionibus, ipsorum emanate sint et existant, requisitum trina vice prout nostro incumbit officio habuissemus, mox idem Nicolaus dictus Chynige pro se personaliter et pro Georgio fratre suo .. predicta duo privilegia non sua nec dicti Georgii fratris sui esse et fuisse, nec super possessionibus ipsorum confecta fore affirmavit, sed predicta duo privilegia per prefatum Cozmam filium Herbordi ipsis ad servandum data fuissent, et sic de ecclesia sancte Elizabeth, ut est premissum, ipsa duo privilegia cum aliis ipsorum instrumentis furtive ablata extitissent; et tunc in instanti ipsum Cozmam persona-

liter astantem super eo, utrum ipse dicta duo privilegia eisdem Nicolao et Georgio . . ad servandum dedisset, quesivissemus, idem Cozmas allegavit in hunc modum, quod ipse dicta duo privilegia nunquam eisdem Nicolao et Georgio . . ad servandum . . tradidisset, sed dicta duo privilegia semper et omni tempore, a tempore eciam emanacionis earumdem, apud ipsum et generaciones suas, nec non apud predecessores ipsorum fuissent . . specialiter apud Donch patrem ipsius Dominici extitissent et nunc apud ipsum Dominicum haberentur, quia eciam iidem Nicolaus et Georgius . . nunquam in una linea generacionis cum ipso et aliis generacionibus suis extitissent, racione cuius ipsi predictas literas privilegiales conservare debuissent; demum cum eundem Nicolaum dictum Chynige vice iterata in sua et dicti Georgii fratris sui persona, super eo videlicet, qua racione mediante dicta duo privilegia non ipsos sed aliorum iura tangencia celando in scrinio suo prout prius affirmarant conservassent, et per quem modum possessiones prefatas sepedicti Dominici filii Donch, Haripan Kezw et Rechke vocatas, contra ipsius Dominici legitimas prohibiciones occupando detinuisset et nunc detineret quesivissemus, prefatus Nicolaus dictus Chynige pro se et sepedicto fratre suo nullam racionem efficacem super conservacione dictarum literarum ac detencione ipsarum possessionum valuit assignare, sed solum simplici verborum insinuacione dictas possessiones pro eo, quia ipsi una cum dicto Dominico in una linea generacionis forent et existerent, nec non ex eo quia predictus Cozmas easdem possessiones ipsis ad possidendum tradidisset, se et ipsum Georgium fratrem suum detinuisse et possedisse asseruit, quod tamen nullo evidenti documento ut premittitur, potuit comprobare. Verum quia predictus Nicolaus dictus Chynige . . in sua et dicti fratris sui persona, prescriptas (possessiones) Dominici filii Donch, Haripan Kezw et Rechke vocatas, tum racione huius, quia ipsi unacum sepefatis Dominico filio Donch et Cozma filio Herbordi in una linea generacionis forent et existerent, tum eciam pro eo, quia idem Cozmas possessiones predictas racione proximitatis et consanguineitatis ipsis possidendas contulisset, se et ipsum Georgium fratrem suum solum simplicibus verborum prolacionibus, et non aliquo evidenti documento ut premittitur possedisse allegabat,

dictusque Dominicus filius Donch, hoc, ut ipse de genere Zagrab et Korpas sit et fuerit, ac dicti Nicolaus et Georgius .. nunquam de genere Zagrab et Korpas, nec cum ipso in una linea generacionis sint fuerint et existant, quampluribus literis privilegialibus inquisitoriis protestatoriis et prohibitoriis, regum capitulorum et conventuum et aliorum iudicum seu iusticiariorum regni, prout superius expresse continetur, evidentissime declarabat, ac eciam predictus Cozmas simili modo unacum eisdem filiis Johannis in una consanguineitate seu linea generacionis esse et fuisse, ac dictas possessiones suas eisdem filiis Johannis per ipsum datas et collatas omnino abnegabat, dictique Nicolaus et Georgius filii Johannis nobis et predictis baronibus et nobilibus regni ipsas possessiones ac possessionaria iura memorati Dominici filii Donch minus iuste et indebite possedisse cernebatur, ideo predictas possessiones Haripan Kezw et Rechke vocatas, eidem Dominico filio Donch adiudicavimus, sine preiudicio iuris alieni perpetuo possidendas . . eosdemque filios Johannis pro indebita et potenciaria ipsarum conservacione contra predictum Dominicum . . in facto potencie, pro eo autem quia iidem Nicolaus dictus Chynige sua et dicti Georgii fratris sui in persona, hoc ut predictus Cozmas dicta duo privilegia capitulorum Strigoniensis et Agriensis ecclesiarum ipsis ad conservandum dedisset, et dicti Georgius et Paulus filii Isaak eadem duo privilegia unacum aliis privilegiis et instrumentis ipsorum super possessionibus eorum confectis, de ecclesia Sancte Elyzabeth in eadem Malah habita furtive abstulissent, nulla evidenti racione comprobabat, dictus vero Cozmas dicta duo privilegia eisdem filiis Johannis pro eo, quia nec proximi nec consanguinei ipsius forent et fuissent, ad conservandum se non dedisse referebat, ob hoc nos unacum prefatis baronibus et nobilibus regni eosdem Nicolaum et Georgium filios Johannis, racione huius, quia iidem filii Johannis prout superius asseruerant, iamdictos Georgium et Paulum filios Isak fures predictarum literarum esse et fuisse comprobare non valebat, imo in hac parte penitus deficiebat, in emenda homicidiorum dictorum Georgii et Pauli . . remansisse. Ultimo autem quia dicti Nicolaus et Georgius filii Johannis de Malah ab una, ac Georgius et

Paulus filii Johannis (így) ab altera, super quibusdam iniuriis inter ipsos exortis, mediantibus literis predicti capituli Agriensis per ipsos filios Johannis exhibitis, inter ipsos inter cetera componendo ordinassent, ut quandocunque dicti filii Johannis iamnominatos filios Isak super quocunque facto in eisdem literis Agriensis (capituli) specificato extra vel intra iudicium molestarent . . extunc in facto calumnie convinci deberent, prout ex serie earumdem literarum capituli ecclesie Agriensis lucide informabamur, nuncque dicti Nicolaus et Georgius . . prenominatos filios Isak premissum vicium calumnie se incurrere non expavescentes, eosdem filios Isak pro furtiva ablacione literarum seu instrumentorum in presenciam domini regis in causam attraxissent, eosdem filios Isak ipsa citacione mediante volentes aggravare, ex eo unacum prenominatis baronibus et nobilibus regni, ut prediximus, eosdem Nicolaum et Georgium pro non conservacione proprii obligaminis contra predictos . . filios Isak in facto calumnie, videlicet in proprio obligamine ipsorum, privatis omnibus bonis ac iuribus possessionariis ipsorum ubique ipsos in regno Hungarie proprie contingentibus, salvis iuribus aliorum, in duabus partibus nostris, in tercia parte parcium adversarum manibus applicandis, iudiciarie potestatis auctoritate commisimus convictos extitisse . . Datum Bude, duodecimo die diei medii Qadragesime prenotate, anno domini millesimo CCC^{mo} quinquagesimo primo.

Zöld és vörös selyem zsinóron függő félig ép pecséttel; eredetije a N. Muzeumban, a Kövecsesi Dancs cs. ltárában. Ugyanott őrzik Tamás országbírónak 1352-ben »in octavis festi Corporis Christi« kiadott levelét, mely szerint Izsák fiai György és Pál, és Donch fia Domokos, János fiával Györgygyel és Chynege Miklóssal s ennek fiaival, Jakabbal Istvánnal és Jánossal kibékültek, oly föltétel alatt, hogy ha Chynege Miklós »quoddam privilegium Andree posterioris quondam illustris regis super facto ereccionis metarum cuiusdam possessionis ipsorum Kezw vocate in comitatu Gumuriensi existentis confectum« Donch fiának Domokosnak átadandja, ő Chynege Miklósnak és fiainak, Alsó-Haripán és Apáti vagy Zuha nevű birtokot át fogja engedni.

275.

1351. Verpelét, apr. 3. Heves vármegye ispánja és szolgabírái előtt a Rédey családbeliek Réde nevü birtokukat három részre osztják.

Nos magister Nicolaus filius Gregorii, comes de Hevesvyuar et iudices nobilium eiusdem comitatus significamus .. quod cum nos ob regio mandato literisque suis mediantibus, feria quarta proxima in octavis diei medii Quadragesime pro compescendis furibus latronibus et aliis malefactoribus congregacionem in Welpruth celebrassemus generalem, Jacobus filius Deseu de Rede ab una, item Joannes et Stephanus filii eiusdem parte ab altera coram nobis personaliter exsurgentes, per eosdem propositum extiterunt (így) et relatum, qud cum ipsi ob ordinacionem Oliveri filii Demetrii, Ladislai dicti Garduan de Rede et Mykocha ac Johannis dicti Wanyarch de Rede Sancti Martini proximorum et commetaneorum suorum, tale inter se perpetualem fecissent divisionem eo modo, quod omnes possessiones ipsorum ad tres partes divisissent, ex quibus octo fundus curie in eadem Rede habita (így), simul cum quadam possessione Fanchaltelky vocata, una cum fundo curie avi sui cedisset Stephano parvulo filio suo, cum omnibus suis .. pertinenciis .. perpetuo possidenda; item secunda pars videlicet tres loca sessionalia in eadem Rede habita a parte orientali et a parte Gazuk adiacenti cum quinquaginta iugera terrea, similiter cum omnibus suis utilitatibus, Johanni filio suo iuniori cedisset perpetuo possidenda; item tercia vero pars cum tribus locis sessionalibus in eadem Rede cum quinquaginta iugera a parte Saruk orientali iuxta fluvium Patha devoluta, similiter cum omnibus suis utilitatibus cedisset comiti Jacobo patri eorum perpetuo possidenda; insuper affirmarunt predicti Johannes et Stephanus, quod quia cum domina matre eorum equacia adducta fuissent, ideo predicto patri eorum nihil ex ipsis dare tenerentur nisi sibi soliti conservarent. Ad cuius peticiones nostras concessimus literas patentes nostri sigilli consignatas. Datum in Welpruth, quinto die termini prenotati, anno domini M^mo^ CCC^mo^ quinquagesimo primo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. dipl. oszt. 28907. Közli: Kovács N.

276.

1351. apr. 6. Az egri káptalan előtt Kapolyai László és Dezső, Igriczi nevü Borsod vármegyei birtokukat Miklós egri püspöknek zálogba adják.

Nos capitulum ecclesie Agriensis significamus . . quod nobilibus viris magistris Nicolao et Ladislao filiis Desev de Capalia in nostri presencia personaliter constitutis . . propositum exstitit per eosdem . . quod ipsi pro sublevandis quibusdam suis necessitatibus ipsos ad presens urgentibus, a . . Nicolao . . episcopo Agriensi . . liberaliter mutuante. viginti quinque marcas grossorum computi Cassensis nomine mutui recepissent . . pro quibus eidem et episcopatui Agriensi quamdam possessionem eorum emticiam Igrichy vocatam in comitatu de Borsod existentem . . impignorarunt coram nobis tali condicione interiecta, quod si ipsam possessionem pro dicta summa pecunie usque ad octavas diei Strennarum iam venturas, vel in ipsis octavis redimere poterunt bene quidem. alioquin elapsis ipsis octavis, penam dupli et regalis birssadii (így) incurrent eo facto, et usque ad alias octavas diei Strennarum subsequentes vel in ipsis pro dicta principali pecunie quantitate cum duplo et birsadio predictis eam redimere noluerint vel non valuerint. extunc penam alterius dupli et similiter regalis birsadii ante litis ingressum sine parte iudicis incurrant secundario ipso facto; et nihilominus sex vel quatuor viri idonei per partes hinc et inde eligendi, coram testimonio Budensis vel Vachiensis capituli, per eosdem nobiles duntaxat adducendo, predictam possessionem impignoratam, deum et eiusdem iusticiam pre oculis vestris habentes, in die medii Quadragesime tunc in suo valore estimabunt. que si pro eadem principali summa et pro duplo ac regali birsadio duplicatis estimata fuerit, extunc eam iidem impignorantes ipsi domino episcopo et eius episcopatui coram testimonio alterius predictorum capitulorum perpetuare tenebuntur, si vero pro minori, extunc residuum superfluens premissorum complebunt exsolvendo; si autem pro maiori summa sive ultra debitum principale et duplum ac birsadium duplicata estimabunt, extunc idem dominus episcopus id quod superfluerit, exsolvere tenebitur et debebit; et sic quoquomodo predictorum trium modorum

in ipsa estimacione processum fuerit, ipsa tamen possessio predicto domino episcopo et ipsius ecclesie per eosdem nobiles impignorantes debebit perpetuari et irrevocabiliter statui et assignari; ceterum . . ad hoc sub penis infrascriptis se firmiter obligarunt, quod possessionem ipsam ipsi domino episcopo et eius ecclesie coram homine regio et sub testimonio conventus de Jazou racione premisse impignoracionis statuerent medio tempore possidendam . . et in ea pacifice . . conservabunt, et ab omnibus impetitoribus . . defenderent . . propriis eorum laboribus et expensis; talibus penis interiectis, quod si hoc facere non possent . . extunc aliam possessionem eorum hereditariam equivalentem eidem domino episcopo et eius ecclesie statuere et assignare, et totam expensam si quam ipsum dominum episcopum in huiusmodi altercacionis labore facere contingeret, exsolvere tenerentur . . penam insuper viginti quinque marcarum similiter ante litis ingressum sine porcione iudicis deponendarum incursuri, si in premissis . . secus facere attentarent . . assumserunt preterea et sub pénis predictorum birsadiorum duplicandorum et modo premisso deponendorum spoponderunt, super huiusmodi pecunie mutuacione emanare facere et eidem domino episcopo dari et assignari literas patentes conventus monasterii de Jazou quando petierit, et comitis ac quatuor iudicum nobilium comitatus de Borsod, omnino secundum tenorem presencium nostrarum literarum et continenciam atque formam. Datum Agrie, feria quarta proxima post dominicam Judica, anno domini M° CCC^mo L° primo.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Eccl. 11. 2. dipl. oszt. 4907. Közli: Kovács N.

277.

1351. Buda, apr. 8. Tamás országbíró Hannus fiának Zonknak, Jazormegi Vak Mihály fiai ellen folyamatba tett perét elhalasztja.

Nos Thomas iudex curie . . et comes de Turuch, damus memoria, quod causam quam Zonk filius Hannus, pro quo

Jacobus literatus frater suus cum procuratoriis literis capituli ecclesie Scepsyensis astitit, contra Petrum Nicolaum Bartholomeum et Johannem filios Michaelis ceci de Jazurmegy ac Johannem filium Nicolai filii Michaelis ceci, ex quibus idem Petrus pro se personaliter et pro aliis predictis cum procuratoriis literis dicti capituli ecclesie Scepsyensis comparuit, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum in octavis festi beati Georgii martiris movere habebat coram nobis, partibus volentibus ad octavas beati Michaelis archangeli proxime venturas sub statu priori duximus peremtorie prorogandam. Datum Bude, octavo die termini prenotati, anno domini M^mo^ CCC^mo^ quinquagesimo primo.

Eredetije papiron, zárlatán pecsét nyomaival, a N. Muzeumban, a Mariássy cs. letéteményében. Közli: Schönherr Gyula.

278.

1351. apr. 14. A kolozsmonostori convent előtt Pethlendi Mihály leányai, Berkes és Szentmihálremete nevü birtokaikat Jávai György nek gondozás és a gazdaság vezetése végett átadják, oly kikötés mellett, hogy ez a jövedelmet nekik évenkint kiszolgáltassa.

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Clusmunustra . . significamus . . quod cum filie Michaelis germani Bonch de Pethlend, videlicet Clara et Elyzabet vocate, ac Margaretha filia Pauli de Berkes parvula puella ac minoribus etatibus constituta coram nobis astando personaliter, propter carenciam defensorum et protectorum possessiones ipsarum porcionarias in villis Berkes et Scenthmihalremetey vocatis habitas, ipsas hereditario iure contingentes, comiti Georgio filio Jacobi de Jara, exceptis aliis porcionibus earumdem in predictis villis existentibus, eidem Georgio mediantibus literis nostris pignori obligatis, predicto comiti Georgio filio Jacobi in parte ex altera coram nobis astanti, ad conservandas protegendas gubernandas populandas et congregandas pro tempore assignasse affirmarunt et coram nobis assignarunt; ita tamen, (quod) universas utilitates et proventus ac redditus seu percepciones

fructuum predictarum possessionum porcionariarum, predictas nobiles puellas contingencium, exceptis aliis porcionibus predicto Georgio salvo iure pignori obligatis, idem Georgius tempore debito in revolucione singulorum annorum ipsis puellis plene administrare et assignare teneatur . . Datum feria quinta proxima ante festum Resurreccionis domini, anno domini eiusdem M° CCC^mo quinquagesimo primo.

Hátlapján pecsét töredékével; eredetije az orsz. lt. dipl. oszt. 26421. Közli: Kovács N.

279.

1351. apr. 18. A szepesi káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy Detre fia Jakab deáknak, Wlchyne nevü birtok fele részéért a mindszenti hospesek ellen folytatott perében a király rendeletét a nevezett hospeseknek kézbesítette.

. . Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie beati Martini de Scepus . . Literas vestre serenitatis . . recepimus in hec verba: Lodovicus . . rex . . capitulo ecclesie Scepusiensis . . precipimus . . quatenus alias literas nostras Johanni filio Petri et Nicolao vicecomitibus de Scepus ac villico et universis hospitibus de Mendzenth directas, ac per nos pro Jacobo literato transmissas, eisdem vicecomitibus et villico et populis de Mendzenth exhiberi per hominem vestrum . . faciatis, et quidquid iidem vicecomites comitatus Scepus ac villicus et universi hospites de Mendzenth visis predictis literis nostris fecerint vel responderint, nobis . . ad octavas festi beati Georgii martiris rescribatis . . Datum Bude, feria quinta proxima post dominicam Reminiscere, anno domini M^mo CCC^mo L^mo primo. Nos igitur . . ad premissa exequenda nostrum misimus hominem Johannem presbiterum chori nostri, qui . . nobis retulit eo modo, quod alias literas vestras predictis villico et universis hospitibus de Mendzenth et eodem Jacobo literato directas, feria sexta proxime preterita, videlicet in Parasceven, in dicta Mendzenth exhibuisset eisdem, hunc tenorem continentes: Lodovicus . . rex . . villico et universis hospitibus de Mendzenth . . Dicit nobis Jacobus literatus filius Detrici notarius

iudicis curie nostre, quod instrumentales exhibiciones, que per vos ab una, et ipsum ac Zonk patruum suum parte ab altera in facto medietatis possessionis Wlchyne vocate, iuxta nostrum iudiciarium preceptum, in nostri et prelatorum ac baronum regni nostri presencia, vigesimo sexto die festi Penthecostes sine crastinacione nunc proxime preterito fieri debuissent, ob preceptum regine genitricis nostre . . mediantibus literis comitis Thome iudicis curie nostre, ad quindenas reversionis nostre de partibus transmarinis in Budam, locum mansionis nostre fiende prorogata extitisset, ad quas eciam quindenas reversionis nostre, vos in predictorum comitis Thome ac prelatorum et baronum regni nostri presencia, iuxta premissum preceptum nostrum instrumenta exhibituri venire non curassetis, sed vos in iudicio aggravari permisissetis, ideo . . precipimus per presentes, quatenus universa instrumenta vestra super facto medietatis predicte possessionis Wlchyne vocate quoquomodo confecta, in octavis festi beati Georgii martiris nunc proxime venturis, omni occasione proculmota, exhibere debeatis, committentes eciam, ut idem Jacobus literatus similiter universa sua instrumenta super facto medietatis ipsius possessionis Wlchyne confecta, in eisdem octavis beati Georgii martiris, nostri prelatorumque et baronum regni nostri in presencia exhibere teneatur; volumus eciam ut presentes litere, eidem Jacobo literato vel homini suo exhibitori presencium restituantur . . Datum Bude, feria quinta proxima post dominicam Reminiscere, anno domini M^mo CCC^mo L^mo primo. Qui quidem eisdem literis vestris reverenter receptis, et tenoribus earum perceptis, respondissent, quod tam instrumenta ipsorum super facto medietatis dicte possessionis Wlchyne confecta, quam causas suas universas dedissent et commisissent magistris Petro filio Johannis et Nicolao filio Detrici vicecastellanis de Scepus, et quidquid facerent iidem castellani in premissis, ipsi forent in eo contenti. Datum in crastino festi Pasche domini, anno eiusdem prenotato.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Máriássy cs. letéteményében. Ugyanott megvan Miklós nádornak a Szepes vármegye részéről »feria secunda proxima post quindenas Nativitatis beati Johannis Baptiste, in suburbio castri Scepusiensis« tartott közgyűlés hatod

napján kelt oklevele, melyben a nádor a mindszenti hospeseknek Velchene nevű birtokra vonatkozólag az oklevelek felmutatására halasztást ad. Érdekes továbbá a szepesi káptalannak »datum feria secunda proxima post octavas festi Penthecostes, anno domini M° CCC° quinquagesimo primo« kelt, hátlapján pecséttel ellátott s ugyanott őrzött oklevele, mely szerint »nobilis puella domina Anchw filia scilicet Chonk de Stevkfalva ab una, parte vero ex altera magistro Jacobo filio condam comitis Detrici filii Hannus de eadem Stevkfalva, prothonotarius magnifici viri domini Ladislai ducis Opulie regni Hungarie palatini et iudicis comanorum« a káptalan előtt megjelenvén, a nevezett Anchov leány előadta, hogy ő Ragolch, Scengergh, Scenthlewrinch és Velchene nevű birtokokban atyai örökrészét 570. arany ftért eladta Jakab mesternek, s megismerte, hogy a pénzt fölvette. A szepesi káptalan eme 1351-ki oklevelét Jakab ítélő mester kérésére a nevezett káptalan átírta volt 1353-ban, mely átirat eredetijét a Bárczay cs. ltárában őrzik, azonban mind az eredetit, mind pedig az átiratot legalább is az oklevél keltére nézve valódiaknak nem tarthatjuk, mert mint föntebb láttuk, Detre fia Jakab — a későbbi 1373—83 években Szepesi Jakab néven ismeretes országbíró — 1351-ben az országbíró jegyzőjének neveztetik, s az ítélő mesteri tisztet még nem viselte, annál kevesbé lehetett 1351-ben László opuliai herczeg és nádor prothonotariusa, mert ez sokkal később, ugymint 1367—1372-ig volt nádor, s 1351-ben Gilet fia Miklós ült a nádori széken; az említett két oklevél valószinűleg 1371. körül készülhetett, mert ekkor volt Stefkfalvi Detre fia Jakab, Opuliai László nádor protonotariusa. L. Fejér i. m. IX. 4. 365. 366. és 367. ll.

280.

1351. apr. 22. A budai káptalan bizonyságlevele Cheke fia Mihály özvegyének Sebe asszonynak végrendelkezéséről, egy ó-budai házról és egy Elömál nevü szöllöről, Jakab fiai László és János részére.

Capitulum Budensis ecclesie . . Johannes presbiter filius Pauli, Michael dictus Kurtha, Gregorius filius Johannis dicti Olkuthlon, Nicolaus filius Sandur et Lukachius filius Emerici hospites de Veteri Buda coram nobis comparendo dixerunt eo modo, quod dum domina Sebee relicta Michaelis filii Cheke fuisset in lecto egritudinis graviter decumbens, facta confessione ad eundem presbiterum, acceptoque sacro corpore Christi, in eorum presencia et aliorum quamplurimorum nunc defunctorum, inter ceteras testamentarias suas disposi-

ciones quandam sessionem suam in Veteri Buda in vicinitatibus sessionum Georgii dicti Olkuthlon ab una parte, et quondam Johannis carpentarii ex alia existentem, cum omnibus edificiis ligneis et lapideis et aliis suis pertinenciis, Ladislao filio Jacobi nepoti suo, ut idem Ladislaus cum eadem in facto homicidii Johannis dicti Naualias per eundem Ladislaum interfecti, suum caput redimeret seu expediret; item quandam vineam Eleumal vocatam in vicinitatibus vinearum quondam Sebastiani sacerdotis ab una parte, et ecclesie Pilisiensis ex alia existentem, eidem Ladislao et Johanni dicto Tumpa filiis Jacobi nepotibus suis simul eo modo, ut iidem Ladislaus et Johannes eandem vineam inter se in duas partes equales in longum et latum diviserent, et quam partem idem Johannes vellet pro se eligeret, alia parte eidem Ladislao remanente, iure perpetuo legasset et ordinasset . . Datum sexta feria proxima ante octavas Pasche domini, anno eiusdem M^{mo} CCC^{o} quinquagesimo primo; presentibus . . magistris Johanne custode, Ladislao, Emerico, Ladislao Vgrino, Petro, Michaele, Johanne et aliis canonicis in eadem ecclesia nostra deo devote famulantibus.

Függő pecséttel s fönt chyrographummal; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. V. Bud. 18. 9. dipl. oszt. 4185. Közölve néhai Vincze Gábor másolatából.

281.

1351. máj. 2. János ujhelyi plebános és a pataki plebános viccariusa, Ujhely város határában egy szőllőt az ujhelyi szent-egyedi egyház priorjának ítél, melyet Solok Jakab özvegye Margit asszony és fia János, ezen egyháznak hagyományoztak, ezen hagyomány érvényét azonban a nevezett özvegy leánya, Kolcha asszony, Somosi Györgyné megtámadta.

Nos Johannes plebanus de Wyhel nec non vicarius magistri Conuersini plebani de Potho(k) memorie commendamus . . quod cum causa que mota erat et exorta inter virum religiosum Nicolaum priorem ecclesie sancti Egidii de Wyhel ab una, parte ab altera dominam Kolcha vocatam filiam Jacobi dicti Solok

(Suluh), uxorem Georgii de Somos (Sumus), et aliis filiabus suis, racione cuiusdam vinee in territorio civitatis predicte de (Vihel) et in promontorio Mogosheg existentem, per dominam Margaretam nomine, relictam predicti Jacobi et fratris Johannis filii sui pro remedio animarum parentum suorum pro testamento ultimo ad ecclesiam beati Egidii confessoris delegata erat, super eam feria secunda proxima post octavas beati Georgii martiris Nicolaus prior predictus literas suas super facta delegacione exhibere assumserat coram nobis; ipso termino adveniente exhibuit, (nobis) literas Michaelis plebani bone memorie nostri antecessoris, quarum tenor talis est: Nos Michael plebanus de Wyhel stb. (l. III. kötet 265. l.) Preterea idem Nicolaus prior sepedictus comitem Petew dictum Orros et alium Petew fratrem Johannis sacerdotis vivos testes statuit, qui similiter proposuerunt cum aliis probis, quod predictum testamentum coram eis extitisset; nos igitur visis presentibus ac perlectis, una nobiscum assedentibus, justicia mediante et deum pre oculis nostris habendo, sicut in literis predictis continebatur, sepedictam vineam cum suis utilitatibus, videlicet fructibus, terris superioribus et inferioribus ad eandem vineam pertinentibus, predicte ecclesie in perpetuum statuimus iuris ordine mediante, tali modo, quod si qui racione vinee predicte causam moveret, extunc calumnia vinceretur eo facto. Datum termino prenotato, anno domini M^mo CCC^mo L^no primo.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije két példányban az orsz. lt. kincst. oszt. Paul. Ujhely. 20. 1. 2. dipl. oszt. 4164. Közli: Kovács N.

282.

1351. máj. 2. A budai káptalan előtt Edeléni László leánya Erzsébet asszony, Kellemesi Domokos neje, Saáp nevü birtokból az anyja, valamint nagynénje után őt illető hitbéri és saját negyedi illetőségére nézve Erzsébet királyné által százötven márkával kielégíttetik.

Capitulum ecclesie Budensis . . ad universorum . . noticiam . . volumus pervenire, quod nobili domina . . Elisabeth

filia Ladislai filii Alexandri quondam de Edelyn, qui diem suum sine heredum solacio clausit extremum, unacum Dominico filio Nicolai de Kellemus domino et marito suo ab una, item Paulo de Wgal quondam tocius Sclavonie et Croacie bano pro excellentissima domina Elisabeth . . regina . . cum procuratoriis literis eiusdem parte ex altera coram nobis constitutis, per eandem dominam et Dominicum dominum et maritum suum propositum exstitit coram nobis . . quod licet predictus Ladislaus filius Alexandri, ut premissum est, sine herede decesserit, et universe possessiones sue ad regias et per consequens ipsius regalis maiestatis collacionem ad ipsius domine regine manus rite et legitime, iuxta approbatam regni consvetudinem devolute fuerint et redacte, tamen eadem reginalis maiestas pie et graciose agens cum eodem, in quadam possessione eiusdem patris sui Saap vocata, quousque sibi de iuribus suis propriis paternis et maternis, videlicet dotibus matris et matertere suis, ac sua propria quarta filiali sibi fieret ad plenum satisfactum, eandem usus et utilitates dicte possessionis usque ad hec tempora percepturam commisisset permanere; tunc autem eadem reginalis maiestas, pro omnibus premissis iuribus suis et remissione ac restitucione possessionis supradicte centum et quinquaginta marcas, marcam quamlibet cum quatuor florenis computando, sibi plenarie et integre persolvisset. Ipsa namque pro omnibus premissis beneficiis per ipsam reginalem maiestatem pie et graciose sibi impensis, ipsam possessionem Saap iuri regio et per consequens predicte domine regine de iure congruentem, cum omnibus . . suis . . pertinenciis . . sub suis certis metis et antiquis . . restituisset predicte domine regine, et per eam iis quibus eadem domina conferre presencium auctoritate dignaretur perpetuo possidendam . . nullum ius nullamque iuris proprietatem sibi reservando de eadem; ac predictas duas dotes et res parorphornales predictarum duarum dominarum ac quartam suam filialem, que de universis possessionibus paternis sibi de iure cedere potuissent, perpetuo silencio sibi de eisdem iuribus recepto, eidem domine regine penitus et in toto auctoritate presencium mediante . . relaxavit coram nobis; universa instrumenta privilegialia et literas, quorum vel quarum vigoribus eandem predictus pater suus

possedisset, in manus ipsius Pauli quondam bani in specie assignavit coram nobis; si que autem tacita veritate reservasset de eisdem, vana . . commisisset . . Datum feria secunda proxima post quindenas festi Pasche domini, anno eiusdem Millesimo CCC^mo^ quinquagesimo primo; presentibus . . magistris Petro cantore, Johanne custode, Ladizlao, Emerico, Ladislao Vgrini, Petro, Michaele, Cosma, Johanne Demetrii et altero Johanne ac aliis canonicis in eadem ecclesia nostra deo devote famulantibus.

Két példányban, mindkettőnek pecsétje zöld selyem sodraton függ; a chyrographum egyiken fölül, a másikon pedig alúl van; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. V. Bud. 29. 5. dipl. oszt. 4189. Közli: Kovács N.

283.

1351. Hidvég, máj. 4. Hont vármegye alispánja és szolgabirái előtt Sárai Bedey fia Péter, Dávid fiait: Istvánt és Detrét, birtokának elfoglalásától tiltja.

Nos magister Demetrius vicecomes et iudices nobilium comitatus Huntiensis damus pro memoria, quod nobilis vir magister Petrus filius Bedey de Sarou in congregacione nostra generali, ad mandatum domini regis feria quarta proxima post octavas festi beati Georgii, in Hydveg, universis nobilibus dicti comitatus celebrata, de medio aliorum exsurgendo, exstitit in hunc modum protestatus, quod Stephanus et Detricus filii David nobiles de Saag, dicte possessionis ipsorum terras arabiles et alias utilitates in eadem existentes, absque scitu ipsius et permissione, quibusdam hominibus pro precio uti darent, quem ab huiusmodi pro precio dictas arabiles et alias utilitates quibusdam aliis dare uti, et quoslibet pro precio se ad ipsas utilitates intromissione prohibuit protestando et contradicendo coram nobis, asserens sibi pro precio et quovis nomine magis quam aliis debere et pertinere recipiendam. Datum die et loco supradictis, anno domini M^mo^ CCC^mo^ L^mo^ primo.

Papiron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 72. 16. dipl. oszt. 4190. Közli: Kovács N.

284.

1351. Buda, máj. 8. I. Lajos király Csévi András és Dénes fiainak meghagyja, hogy a Margit-szigeti apáczák csolnoki birtokának elfoglalásától tartózkodjanak.

Lodovicus . . rex . . Johanni et Nicolao filiis Andree ac Stephano filio Dionysii de Cheu . . Dicitur nobis in persona . . sanctimonialium de Insula Leporum, quod vos quandam particulam terre ipsarum ad possessionem earum Cholnuk pertinentem, cum quodam prato occupassetis, usus et utilitates eiusdem percipiendo; decem iugera avene per suos iobagiones de Cholnuk anno in presenti seminata per pecora destrui et penitus anuihilari fecissetis; unde cum nos neminem suo iure privari, sed quemlibet in suis iuribus indemniter conservare velimus . . fidelitati vestre firmo regio sub edicto damus in preceptis, quatenus predictam particulam terre cum prato per vos modo premisso occupatam, remittere, de damnisque iobagionibus earumdem dominarum similiter per vos et ad vos pertinentes irrogatis, satisfacere debeatis, a modo manus vestras de percepcione utilitatum predicte particule terre et prati omnino retrahendo, aliud sicut nostram regiam indignacionem graviter incurrere formidatis, non facturi. Datum Bude, die dominico proximo post festum Invencionis sancte crucis, anno domini M^{mo} CCC^{mo} quinquagesimo primo.

Papíron hátlapján a király gyűrűs pecsétjével; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. V. Bud. 2. 15. dipl. oszt. 4191. Közli: Kovács N.

285.

1351. Buda, máj. 8. Tamás országbíró a Soós Miklós s Kendy Lőkös és társai közt Sóvár és Felkendi nevű birtokok határjárása iránt folyt pert elhalasztja.

Nos Thomas iudex curie . . et comes de Turuch damus pro memoria, quod causam quam Nicolaus filius Detrici dicti Sows, pro quo Mathyus filius Emerici . . astitit, contra Leukus filium Pous, Ladislaum et Henricum filios Michaelis de Kendy, quo quidem Leukus mortuo, pro parte eiusdem in Nicolaum

Ladizlaum Petrum Dominicum et Egidium filios suos de regni consvetudine dicta causa exstitit rendundata, pro quibus literas regias ad prorogaciones eorum datas exhibuerunt, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum in octavis festi beati Georgii martiris super facto contradiccionis et ereccionis metarum possessionis Sowar vocate a parte possessionis Felkendi nominate adiacencium movere habebat coram nobis, ob regium preceptum per premissas literas nobis impositum, ad octavas festi beati Georgii martiris ad secundam revolucionem annualem earumdem octavarum statu sub priori duximus peremtorie prorogandam. Datum Bude, octavo die termini prenotati, anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo primo.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 833. 3. dipl. oszt. 4192. Közli: Kovács N.

286.

1351. máj. 9. A kolosmonostori convent, Dezső Külső-Szolnok vármegye alispánjának és szolgabíráinak levelét átírja, mely szerint István fiának Mojusnak, File nevü birtoka birság fejében elfoglaltatott.

Nos conventus ecclesie beate virginis de Kolosmonostora . . significamus: quod magister Deseu vicecomes de Zonuk exteriori, ad nostram accedendo presenciam, exhibuit nobis quasdam literas patentes vicecomitis de Zonuk exteriori et iudicum nobilium dicti comitatus de Zonuk, petens nos cum instancia, ut easdem ob maioris rei experienciam de verbo ad verbum nostris literis patentibus transscribi faceremus; quarum tenor talis est: Nos magister Deseu vicecomes de Zonuk exteriori et quatuor iudices nobilium de eodem damus pro memoria, quod cum Moius filius Stephani de Fyle in duobus terminis, secundum formam literarum nostrarum, contra Petew et Dominicum filios Petri filii Salamonis convictus exstitisset, videlicet feria secunda proxima post festum beati Stanislai martiris, ut predictam possessionem Fyle redimere teneantur, qui redimere recusarunt; nos per mandatum domini ducis Stephani et domini Thome woyvode Transsilvani et comitis de dicta Zonuk, sicut

vidimus in literis ipsorum dominorum contineri, ut de byrsagiis vicecomitis de Zonuk et adversario suo satisfacere deberemus, quia predictus Moyus nec proximi sui nec commetanei dictam possessionem Fyle redimere non curantes, ipsam possessionem Fyle magistro Deseu vicecomiti nostro statuimus possidendam . . sine parte adversarii sui prescripti. Nosque peticionibus eiusdem inclinati, predictas literas nostras nostris literis patentibus sigilloque pendenti inseri fecimus et eatenus quatenus vires earumdem veritati suffragantur, presentes eidem duximus conferendum nostri sigilli pendentis consignantes. Datum feria sexta proxima ante festum Pentecosten, anno domini M^mo^ CCC^mo^ L^mo^ primo.

A pecsét elveszett; eredetije az orsz. lt. dipl. oszt. 31094. Közli: Kovács N.

287.

1351. Buda, máj. 12. Tamás országbíró ítélete, mely szerint a Chelen fia Sándor fiai közt egy részről, Székely György és Mihály közt más részről, Somkuth és Rozlozsna, úgy Mikocsán és Nostre nevü birtokok szomszédságában fekvő hatvan hold föld iránt folyt perben a felek kiegyeztek.

Nos comes Thomas iudex curie . . Lodovici . . regis . . comitatusque de Turuch tenens honorem . . significamus, quod comite Paulo quondam iudicatum curie regie in memoria felici gubernante, predecessore nostro, feria quinta proxima post festum beati regis Stephani in anno domini M^mo^ CCC^mo^ XL^mo^ octavo preteritum, pro faciendo causantibus moderativo iudicio in sede sua iudiciaria sedente, et causales processus quorumlibet litigancium in statera equitatis dimeciente, Sebastianus filius Poth pro magistris Johanne et Jacobo filiis Alexandri filii Chelen . . de medio aliorum causancium exsurgens, contra Gregorium dictum Zekul quasdam literas eiusdem comitis Pauli, unam iudiciarie deliberacionis sue modum exprimentem et aliam iudicialem, aliasque quamplurimas prorogatorias in diversis terminis, sub variis formis confectas iamdicto comiti Paulo presentarat, sua serie ipsum informantes eo modo,

quod cum secundum continenciam priorum literarum sepedicti comitis Pauli modum iudiciarie deliberacionis sue exprimencium et capituli ecclesie Wachiensis, magistri Johannes et Jacobus filii Alexandri filii Chelen, quasdam possessiones Sumkuth et Rososna vocatas, in octavis festi beati Michaelis archangeli anno domini M^mo CCC^mo XL^mo primo preteritis, regis et dicti capituli hominibus in eisdem prioribus literis ipsius comitis Pauli et capituli Wachiensis nominatim insertis presentibus, per metas et limitaciones in privilegio domini Bele olim illustris regis Hungarie felicis recordacionis, in privilegium eiusdem comitis Pauli sine aliqua variacione conscriptas et insertas, reambulare et a possessionibus Elsua magistri Petri filii Deseu, Mykochan et Nostre Gregorii dicti Zekul, si bono modo et apparenter inveniri possent, separare et distingere, novasque metas iuxta veteres erigere, et sic Nicolao dicto Kun, Johanni et Petro filiis Benedicti, Nicolao et Ladislao filiis Ladislai filii eiusdem Benedicti nobilibus de Chytnuk, Stephano Georgio Dominico et Nicolao filiis Dominici dicti Bubek nobilibus de Pleseuch, sicuti assumserant perpetuo possidendas si contradictum non fieret statuere, et seriem premissorum aliorumque articulorum in prescriptis prioribus literis prenominati comitis Pauli insertorum, partes ad octavum diem dictarum octavarum festi beati Michaelis archangeli ipsi comiti Paulo in literis predicti capituli Wachiensis reportare debuissent, discussioque reportate seriei premissorum quindenas residencie exercitus regii versus partes maritimas moti et ad octavas festi Omnium Sanctorum, anno domini M^mo CCC^mo XL^mo sexto preteritas proclamate, iuxta complurium literarum prenotati comitis Pauli continencias dilative attigisset, demum ipsis quindenis residencie exercitus regii advenientibus, prenotati magistri Johannes et Jacobus filii Alexandri ab una, et predictus Gregorius dictus Zekul parte ex altera, ad iamdicti comitis Pauli accedentes presenciam, literas memorati capituli Wachiensis rescripcionales ipsi comiti Paulo demonstrarant continentes inter cetera, quod cum ipsi magistri Johannes et Jacobus filii Alexandri ipsas possessiones Sumkuth et Rososna ex parte pretactarum possessionum Mykochan et Nostre prelibatis nobilibus de Pleseuch et Chytnuk sub iis metarum cir-

cuicionibus, videlicet a quadam meta ubi possessionem Tapolcha vocatam asseruisset terminari, versus partem orientalem ad quemdam montem Wyturnuk vocatum ascendendo, iungeret aliam metam lapideam antiquam, in cuius medio esset quidam rubus sumbukur vocatus, et abinde in cacumine eiusdem montis Wyturnuk per longitudinem ad eandem plagam orientalem per continuas veteres metas iuxta continenciam dicti privilegii prenotati comitis Pauli transscripti currendo, et de eodem monte infra descendendo, annecteret fontem Sumkuth vocatum et ibi terminaretur, statuere voluissent, tandem Barcha procurator legitimus ipsius Gregorii Zekul dicti unam particulam terre usque ad quedam signa per regios et dicti capituli Wachiensis homines, ut in sequentibus declaratur inpositam, nomine terre possessionum Mykochan et Noztre ex collacione regia ad ipsum Gregorium ut dicitur deventarum prohibuisset, quam quidem particulam terre prohibitam cum aliis probis viris non mensurando, cum ipsa propter alpes et densitatem silvarum mensurari nequivisset, sed visu inspiciendo ad sexaginta iugera terrarum sufficere considerassent; signa autem prenotata usque qua dicta prohibicio facta exstitisset, hec essent: primum enim signum inciperet super duabus arboribus faginis vulgo bykfa vocatis, quas cruce consignassent, a quibus ad plagam orientalem de monte descendendo intraret in quemdam rivulum Rosusna vocatum, et in eodem rivulo ad dictam plagam descendendo exiret de eodem et intraret ad quamdam magnam viam, de ipsa villa Sumkuth in prefatam villam Chytnuk ducentem, in qua versus plagam meridionalem ad quemdam montem ascendendo, veniret ad finem ipsius ville Sumkuth et ibi in quodam colle esset unum signum terreum, ubi reflecteretur ad plagam occidentalem, ascenderet ad montem Wyturnuk prenotatum et ibi signa terminarentur prenotata; cuius prohibicionis racionem iidem magistri Johannes et Jacobus filii Alexandri se informari postularant per Gregorium dictum Zekul prenotatum; quo audito idem Gregorius Zekul dictus allegarat proponendo, quod ipsa particula terre, quam prefatus Barcha procurator suus a statucione premissa nomine sui iuris sub signis premissis prohibuisset, et sexaginta iugera terrarum sub iisdem signis continere

quod cum secundum continenciam priorum literarum sepedicti comitis Pauli modum iudiciarie deliberacionis sue exprimencium et capituli ecclesie Wachiensis, magistri Johannes et Jacobus filii Alexandri filii Chelen, quasdam possessiones Sumkuth et Rososna vocatas, in octavis festi beati Michaelis archangeli anno domini M^mo CCC^mo XL^mo primo preteritis, regis et dicti capituli hominibus in eisdem prioribus literis ipsius comitis Pauli et capituli Wachiensis nominatim insertis presentibus, per metas et limitaciones in privilegio domini Bele olim illustris regis Hungarie felicis recordacionis, in privilegium eiusdem comitis Pauli sine aliqua variacione conscriptas et insertas, reambulare et a possessionibus Elsua magistri Petri filii Deseu, Mykochan et Nostre Gregorii dicti Zekul, si bono modo et apparenter inveniri possent, separare et distingere, novasque metas iuxta veteres erigere, et sic Nicolao dicto Kun, Johanni et Petro filiis Benedicti, Nicolao et Ladislao filiis Ladislai filii eiusdem Benedicti nobilibus de Chytnuk, Stephano Georgio Dominico et Nicolao filiis Dominici dicti Bubek nobilibus de Pleseuch, sicuti assumserant perpetuo possidendas si contradictum non fieret statuere, et seriem premissorum aliorumque articulorum in prescriptis prioribus literis prenominati comitis Pauli insertorum, partes ad octavum diem dictarum octavarum festi beati Michaelis archangeli ipsi comiti Paulo in literis predicti capituli Wachiensis reportare debuissent, discussioque reportate seriei premissorum quindenas residencie exercitus regii versus partes maritimas moti et ad octavas festi Omnium Sanctorum, anno domini M^mo CCC^mo XL^mo sexto preteritas proclamate, iuxta complurium literarum prenotati comitis Pauli continencias dilative attigisset, demum ipsis quindenis residencie exercitus regii advenientibus, prenotati magistri Johannes et Jacobus filii Alexandri ab una, et predictus Gregorius dictus Zekul parte ex altera, ad iamdicti comitis Pauli accedentes presenciam, literas memorati capituli Wachiensis rescripcionales ipsi comiti Paulo demonstrarant continentes inter cetera, quod cum ipsi magistri Johannes et Jacobus filii Alexandri ipsas possessiones Sumkuth et Rososna ex parte pretactarum possessionum Mykochan et Nostre prelibatis nobilibus de Plesench et Chytnuk sub iis metarum cir-

cuicionibus, videlicet a quadam meta ubi possessionem Tapolcha vocatam asseruisset terminari, versus partem orientalem ad quemdam montem Wyturnuk vocatum ascendendo, iungeret aliam metam lapideam antiquam, in cuius medio esset quidam rubus sumbukur vocatus, et abinde in cacumine eiusdem montis Wyturnuk per longitudinem ad eandem plagam orientalem per continuas veteres metas iuxta continenciam dicti privilegii prenotati comitis Pauli transscripti currendo, et de eodem monte infra descendendo, annecteret fontem Sumkuth vocatum et ibi terminaretur, statuere voluissent, tandem Barcha procurator legitimus ipsius Gregorii Zekul dicti unam particulam terre usque ad quedam signa per regios et dicti capituli Wachiensis homines, ut in sequentibus declaratur inpositam, nomine terre possessionum Mykochan et Noztre ex collacione regia ad ipsum Gregorium ut dicitur deventarum prohibuisset, quam quidem particulam terre prohibitam cum aliis probis viris non mensurando, cum ipsa propter alpes et densitatem silvarum mensurari nequivisset, sed visu inspiciendo ad sexaginta iugera terrarum sufficere considerassent; signa autem prenotata usque qua dicta prohibicio facta exstitisset, hec essent: primum enim signum inciperet super duabus arboribus faginis vulgo bykfa vocatis, quas cruce consignassent, a quibus ad plagam orientalem de monte descendendo intraret in quemdam rivulum Rosusna vocatum, et in eodem rivulo ad dictam plagam descendendo exiret de eodem et intraret ad quamdam magnam viam, de ipsa villa Sumkuth in prefatam villam Chytnuk ducentem, in qua versus plagam meridionalem ad quemdam montem ascendendo, veniret ad finem ipsius ville Sumkuth et ibi in quodam colle esset unum signum terreum, ubi reflecteretur ad plagam occidentalem, ascenderet ad montem Wyturnuk prenotatum et ibi signa terminarentur prenotata; cuius prohibicionis racionem iidem magistri Johannes et Jacobus filii Alexandri se informari postularant per Gregorium dictum Zekul prenotatum; quo audito idem Gregorius Zekul dictus allegarat proponendo, quod ipsa particula terre, quam prefatus Barcha procurator suus a statucione premissa nomine sui iuris sub signis premissis prohibuisset, et quam sexaginta iugera terrarum sub iisdem signis continere

litere sepedicti capituli Wachiensis denotarent, sub iisdem signis et signorum premissorum posicionibus, sub quibus premisso modo fuisset consignata, non solum sexaginta iugera, sed multo plura et ampliora in se contineret, maiorisque foret quantitatis, et iuxta eiusdem Barcha procuratoris sui allegacionem ad predictas suas possessiones Mykochan et Noztre ex perennali regie collacionis titulo iuxta efficacium instrumentorum vigores sibi pertinentes, omni iure pertinens foret et fuisset et nunc pertinere deberet; qui quidem magistri Johannes et Jacobus filii Alexandri ipsam terre particulam a statucione premissa per procuratorem ipsius Gregorii prohibitam sub preannotatorum posicionibus signorum non ad possessiones ipsius Gregorii Zekul dicti Mykochan et Noztre, sed ad possessiones prenotatas Sumkuth et Rosusna nuncupatas modo simili ex perpetua regie maiestatis collacione iuxta vigores instrumentorum efficacium ipsis pertinentes pertinere et pertinuisse propalarant ex adverso; quorum proposicionibus perceptis, idem comes Paulus decernens commiserat, ut tam dicti magistri Johannes et Jacobus filii Alexandri quam predictus Gregorius Zekul dictus, preallegata eorum instrumenta, quibus mediantibus ipsas possessiones Sumkuth et Rosusna iidem filii Alexandri, Mykochan et Noztre predictus Gregorius ex premisse regie maiestatis perennalis collacionis titulo eisdem pertinentes exstitisse quo supra propalarant, in octavis diei Cinerum tunc proxime venturis in specie exhibere tenerentur coram comite Paulo antefato, sicut partes hoc assumserant, ut his visis iudicium et iusticiam in facto ipsius particule terre litigiose facere valeret inter partes .. comes Paulus prenotatus; et cum ipse instrumentales exhibiciones a predicto termino diversis prorogacionum cautelis et terminis intervenientibus, iuxta quamplurium literarum ipsius comitis Pauli prorogatoriarum exinde confectarum continencias, ad octavas festi Divisionis Apostolorum tunc ex novo elapsis dilative devenissent, idem tandem Gregorius dictus Zekul ad easdem octavas Divisionis Apostolorum premissa sua instrumenta coram ipso comite Paulo ut prefertur exhibiturus, per Sebastianum filium Pouch pro eisdem magistris Johanne et Jacobo filiis Alexandri .. viginti diebus continuis legitime in presencia prenotati comitis

Pauli exspectatus, non venerat neque miserat, et sic se in iudicio trium marcarum commiserat innodari, et quia prenominati magistri Joannes et Jacobus filii Alexandri, predictas possessiones Sumkuth et Rosusna vocatas mediantibus regio et sepedicti capituli Vachiensis hominibus, per veras suas metas et antiquas tunc de novo reambulare et ab aliorum possessionibus, specialiter prefati Gregorii dicti Zekul Mykochan et Noztre vocatis, novis metis iuxta veteres in locis necessariis erectis separare et distingere, dictamque particulam terre litigiosam ut per eosdem filios Alexandri dictum fuisset sexaginta iugera in se continentem, per dictum vero Gregorium dictum Zekul multo plura existere allegatum, tempore premisse primarie reambulacionis per ipsum Gregorium nomine sui iuris prohibitam legitime recaptivando, ad predictas possessiones Sumkuth et Rososna vocatas voluerant de iure applicari, predictus comes Paulus iam nominato capitulo Vachiensi literatorie scribendo, amiciciam eorum requisierat diligenter, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Damasa filius Beke homo regius ad facies predictarum possessionum Sumkuth et Rosusna vocatarum, terreque particule litigiose prenotate per prefatos magistrum Johannem et Jacobum filios Alexandri tantum ad sexaginta iugera terre existere et ad predictas possessiones Sumkuth et Rosusna vocatas spectare, per ipsum autem Gregorium dictum Zekul ipsis sexaginta iugeribus terre multo plura esse et ad dictas possessiones suas Mykochan et Noztre nominatas ut predicitur contrariose allegate pertinere, vicinis et commetaneis earum universis et specialiter predicto Gregorio dicto Zekul vel eius legitimo procuratore vel officiale legitime inibi convocatis accedendo, easdemque iuxta prioris reambulacionis modum et cursus metarum, in dictis prioribus literis ipsius comitis Pauli et capituli Vachiensis per eosdem magistros Johannem et Jacobum filios Alexandri in specie in facie earumdem exhibendis contentarum et expressarum reambulando, ab aliorumque possessionibus per predictas suas metas veras et antiquas, novis metis in locis necessariis erectis distingendo simul cum predicta particula terre litigiosa, ut per eosdem filios Alexandri dictum exstitisset sexaginta iugerum, habita

eius legitima recaptivacione, eisdem magistris Johanni et Jacobo filiis Alexandri, eo iure quo eis pertinere dinoscerentur, relinquerent et statuerent possidere, dictam particulam terre litigiosam sub premissarum metarum cursibus et inclusionibus, ad predictas possessiones Sumkuth es Rosusna vocatas legitime applicando, si per ipsum Gregorium dictum Zekul vel alios non fieret contradictum, contradictores vero si qui fierent, contra eosdem magistros Johannem et Jacobum filios Alexandri in regiam citaret presenciam ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum reddituros, videretque et conscienciose consideraret, si ipsa particula terre in cuius facto inibi tunc per quempiam prohibicio facta fieret, tantummodo sexaginta iugera terre essent vel plura, aut minus sexaginta iugeribus terre existeret, vel quantum ultra aut infra se extenderet sexaginta iugeribus terre prenotatis; hoc facto particulam possessionariam per quempiam prohibitam, signis pro metis positis consignando, et regali mensura si mensurari posset mensurando vel visu considerando, una cum aliis probis viris per partes illuc adducendis, estimaret regni consvetudine exigente, et post hec . . seriem . . tocius facti . . regie fideliter rescriberet maiestati capitulum Wachiense prenotatum. Demum ipsum capitulum Wachiense in literis ipsorum per Sebastianum filium Pouch legitimum procuratorem eorumdem magistrorum Johannis et Jacobi filiorum Alexandri comiti Paulo exhibitis, regie serenitati rescripserat sub hac forma: quod ipsum capitulum ecclesie Wachiensis . . unacum dicto Damasa filio Beke . . Benedictum sacerdotem chori ecclesie ipsorum hominem eorum pro testimonio . . transmisissent, qui demum . . retulissent, quod cum ipsi feria tercia proxima ante festum Nativitatis virginis gloriose tunc proxime preteritum ad facies possessionum Sumkuth et Rosusna vocatarum et cuiusdam particule terre litigiose, pro qua litigabatur, accessissent, vicinisque et commetaneis earum universis legitime convocatis ipsas reambulare, et sub metis prioribus per regium et dicti capituli Wachiensis homines primarie reambulatis, prout series literarum eiusdem comitis Pauli declararet et contineret, ipsam terre particulam litigiosam sexaginta iugera terre in se ut visu considerare potuissent continentem, sub metarum cursi-

bus et inclusionibus prioribus ad predictas possessiones Sumkuth et Rosusna vocatas applicare, applicatamque magistris Johanni et Jacobo filiis Alexandri statuere voluissent, Barcha legitimus procurator pretacti Gregorii dicti Zekul et Michael frater eiusdem Gregorii, ipsos non a reambulacione sed a statucione dicte particule terre prohibuissent et contradixissent, ipsaque contradiccione et prohibicione facta, dictos Gregorium Zekul dictum et Michaelem fratrem eiusdem eodem die in facie eiusdem particule terre contra prefatos magistros Johannem et Jacobum filios Alexandri ad quindenas dicti festi Nativitatis beate virginis, racionem contradiccionis eorum reddituros ad regie maiestatis presenciam citavissent; quibus quidem literis memorati capituli Wachiensis revisis, predicto Sebastiano filio Pouch legitimo procuratore dictorum magistrorum Johannis et Jacobi . . pro eisdem coram ipso comite Paulo astante et premisse contradiccionis racionem per eosdem Gregorium dictum Zekul et Michaelem fratrem suum assignari postulante, Petrus filius Michaelis pro predicto Gregorio dicto Zekul . . exsurgens, dictam particulam terre ad possessiones predicti Gregorii Zekul nominati, domini sui, Mikochan et Nostre nominatas pertinere, et super iisdem possessionibus eundem Gregorium dictum Zekul instrumenta habere efficacia et in termino per ipsum comitem Paulum dando exhibere posse allegarat; et quia idem Gregorius dictus Zekul super facto ipsarum possessionum Mykochan et Noztre nominatarum instrumenta sua exhibere assumsisse et demum non exhibuisse ex serie priorum literarum prenominati comitis Pauli per dictum Sebastianum legitimum procuratorem dictorum magistrorum Johannis et Jacobi filiorum Alexandri eidem comiti Paulo presentatarum repertus exstiterat, ideo idem comes Paulus commiserat iudicando, ut idem Gregorius dictus Zekul super facto pretactarum possessionum Mikochan et Noztre vocatarum, prescripta instrumenta sua super iisdem possessionibus habere allegata, in quindenis festi beati Martini confessoris tunc proxime venturis, contra ipsos magistros Johannem et Jacobum filios Alexandri similiter instrumenta eorum super facto possessionum Sumkuth et Rosusna nominatarum exhibere debentes, cum iudicio trium marcarum ante litis ingressum persol-

vendo producere teneretur coram comite Paulo supradicto, quibus visis in facto predicte particule terre inter predictas partes iudicium et iusticiam facere spoponderat comes Paulus prenotatus . . et quia predictus Michael frater ipsius Gregorii dicti Zekul, in facto eiusdem particule terre tunc de novo et eciam primitus prohibicionem fecisse, et ipsum Michaelem simul cum dicto Gregorio fratre suo causa eadem communiter tangere ipsi comiti Paulo visa exstitisset, ideo causam eandem contra ipsum Michaelem motam, racione prioritatis termini et communitatis dicte cause ad dictas quindenas festi beati Martini confessoris iamdictus comes Paulus duxerat peremtorie prorogandam, qui quidem Gregorius dictus Zekul ad ipsas quindenas festi beati Martini confessoris preassumta sua instrumenta exhibiturus, per predictum magistrum Johannem filium Alexandri suo personaliter et dicti magistri Jacobi fratris sui vice et nomine . . viginti novem diebus continuis et ultra coram ipso comite Paulo exspectatus non venerat neque miserat, ac se racione secundarie non exhibicionis suorum instrumentorum alio iudicio trium marcarum commiserat innodari; cumque autem sepedictus comes Paulus una cum . . Chanadino archiepiscopo Strigoniensi et Nicolao Agriensi ecclesiarum episcopo . . Nicolao palatino, Nicolao tocius Sclavonie et Croacie bano, Nicolao filio Peteuch quondam woyvoda Transsilvano, Olyverio magistro tavarnicorum regalium, Paulo magistro tavarnicorum reginalium, Nicolao filio Stephani quondam bano tocius Sclavonie, magistris Johanne filio Gelety comite de Turuch, Thoma filio Petri comite Lyptoviensi, Nicolao dicto Treutul comite Posoniensi et aliis quamplurimis pocioribus regni nobilibus, ad faciendam ipsius cause que inter predictos magistros Johannem et Jacobum filios Alexandri ab una, et prescriptos nobiles de Pleseuch ac de Chetnuk parte ex altera, in factis dictarum possessionum Sumkuth et Rososna coram ipso comite Paulo ventilata exstiterat, finalem decisionem in aula regia consedissent, mox pretactus Michael frater pretacti Gregorii dicti Zekul ipsius comitis Pauli et dictorum prelatorum ac baronum cum eodem comite Paulo adiudicancium adiens presenciam, pretactos magistros Johannem et Jacobum filios Alexandri a reoptencione predicte particule terre

itigiose sexaginta iugerum, ut dictum exstitisset, ac ab occupacione et quavis se in eandem intromissione, predictum vero Gregorium Zekul dictum, a perdicione et qualicunque alienacione quibuspiam facta vel facienda, asserens eandem terre particulam sexaginta iugerum, ut assereretur ad predictas possessiones Mykouchan et Noztre nominatas, ipsum et eundem Gregorium fratrem suum titulo instrumentali communiter contingenti omni iure pertinere semper et pertinuisse, per modum protestacionis inhibuerat contradicendo, coram sepefato comite Paulo et prelatis ac baronibus regni prenotatis. Tandem cum idem comes Paulus eundem Michaelem fratrem Gregorii dicti Zekul unacum prescriptis prelatis et baronibus, de eo, utrum ipse predictas possessiones Mykochan et Noztre vocitatas, particulamque terre litigiosam prenotatam ad sexaginta iugera terrarum se ut premitteretur extendentem, eodem instrumentali vigore quo predicto Gregorio fratri suo pertineret vel alio aliquomodo sibi pertinere, eandemque terre particulam litigiosam requirere se velle dicere requisitum pluries habuisset, ipsaque instrumenta quibus mediantibus sibi easdem pertinere proponeret suo et dictorum prelatorum ac baronum cum eodem videlicet comite Paulo iudicancium conspectui ad finalem eiusdem cause iustam determinacionem presentari petivisset, idem Michael frater Gregorii dicti Zekul ipsas possessiones Mykochan et Noztre vocatas, particulamque terre litigiosam sexaginta iugerum prenotatam, ad easdem possessiones Mykochan et Noztre, ut per eundem Michaelem dictum fuisset pertinentem, non alio aliquo preterquam instrumentali vigore et iure, quo ipsi Gregorio fratri suo pertinerent, sibi pertinere, ipsa autem instrumenta eo quod in partibus Transsilvanis et non penes se haberentur, exhibere pro tunc non posse retulisset pluries replicando; unde quia iidem magistri Johannes et Jacobus filii Alexandri in dominium predictarum possessionum Sumkuth et Rososna vocatarum ac particule terre litigiose sexaginta iugerum ad easdem possessiones Sumkuth et Rososna ut iidem quo supra sepius propalarunt pertinentis, iuxta iuris exigenciam eiusdemque comitis Pauli et prescriptorum prelatorum et baronum iudiciariam commissionem voluerant et debuerant terciario legitime introire, prefa-

tus comes Paulus . . capitulo ecclesie Wachiensis literatorie scribendo, amiciciam eorum requisierat . . quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Nicolaus filius Philippi vel Stephanus dictus Wrdungh de Kalanda, aut Paulus filius Johannis de Fige, sive Michael filius Johannis de Tornal aliis absentibus homo regius, ad facies ipsarum possessionum Sumkuth et Rososna nominatarum, particuleque terre litigiose sexaginta iugerum terrarum ut assereretur, ad predictasque possessiones Sumkuth et Rososna ut iidem magistri Johannes et Jacobus filii Alexandri dicerent pertinentis, accederet et . . predictis Gregorio Zekul dicto et Michaele fratre eiusdem vel procuratore eorum legitimis illic legitime convocatis, reambularet . . et . . statueret eas dictis magistris Johanni et Jacobo filiis Alexandri eo iure, quo ad ipsos pertinere dinoscerentur possidere, predictam eciam terre particulam litigiosam sub signis superius quo supra declaratis et conscriptis, ad easdem nomine iuris eorumdem magistrorum Johannis et Jacobi legitime applicando, si per ipsos Gregorium dictum Zekul et Michaelem fratrem eiusdem, aut alios non fieret contradictum, contradictores autem si qui fierent, citaret eos contra ipsos magistros Johannem et Jacobum racionem contradiccionis eorum indilate et absque amplioris dissimulacionis colore finaliter reddituros in presencia regie maiestatis, ad terminum competentem; particulam siquidem vel particulas possessionarias, per quemcunque prohibitam vel prohibitas, signis pro metis positis consignando, et regali mensura si mensurari posset mensurando vel visu considerando, unacum aliis probis viris estimaret regni consvetudine exigente, et posthec . . seriem . . tocius facti . . dicto domino nostro regi . . rescribere debuisset capitulum ecclesie Wachiensis memoratum. Tandem prescriptum capitulum ecclesie Wachiensis domino nostro regi rescripserat in hunc modum: quod Stephanus de Kalanda homo regius et magister Stephanus canonicus et homo ac testimonium dicte ecclesie Wachiensis feria tercia proxima post dominicam Ramispalmarum anno domini M^mo CCC^mo XL^mo nono preteritam, ad facies possessionum Sumkuth et Rosusna vocatarum et eiusdam particule terre litigiose sexaginta iugera terre in se continentis, ut diceretur ad predictas possessiones

Sumkuth et Rosusna pertinentis accessissent, ac vicinis et commetaneis earum universis, specialiterque Gregorio dicto Zekul et Michaele fratre eiusdem illic legitime convocatis et presentibus, iuxta adiudicacionis dicti comitis Pauli formam, per veras ipsarum metas reambulare, reambulatasque magistris Johanni et Jacobo filiis Alexandri perpetuo possidendas statuere voluisset, Gregorius dictus Zekul nihil penitus contra eos asserens, eas ipsorum magistrorum Johannis et Jacobi filiorum Alexandri fore dixisset, sed Michael frater eiusdem Gregorii ipsos non a reambulacione, sed a statucione ac aliquarum metarum ereccione prohibuisset, et obhoc ipsum Michaelem eodem die in facie earumdem possessionum contra prefatos Johannem et Jacobum ad quindenas ferie secunde proxime post festum Pasche domini tunc preteritum ad regiam presenciam citavisset, cum autem dicta causa secundum continenciam literarum nostrarum prorogatoriarum ad quindenas reversionis domini nostri regis de partibus Transsilvanis Budam facte, adepto per graciam dei et domini nostri regis honore iudicatus curie sue in nostram presenciam devenisset, ipsis quindenis reversionis domini regis occurrentibus, Sebastianus filius Poth pro eisdem filiis Alexandrii filii Chelen . . ab una, et predictus Gregorius dictus Zekul pro se personaliter pro predicto vero Michaele fratre suo cum procuratoriis literis nostris, parte ex altera coram nobis et regni baronibus ac nobilibus iudiciarium tribunal nobiscum consedentibus constituti, ex nostra iudiciaria permissione in dicta causa retulerant se devenisse in talem pacis unionem et devenerant coram nobis, quod ipsi Gregorius et Michael dicti Zekul prefata sexaginta iugera terre hactenus inter predictas partes litigiosa et contenciosa, sub suis prioribus certis et veris distinccionibus metalibus, in literis dicti comitis Pauli seriem sui iudicii exprimentibus contentis, prefatis filiis Alexandri et suis successoribus ad dictas eorum possessiones Sumkuth et Rosusna vocatas revera cognoscentes de iure et omni equitatis tramite ex nunc pertinere et pertinuisse ab antiquo, remisissent et resignassent perpetuo possidenda et remiserat in persona dicti fratris sui coram nobis, nihil sibi de eisdem pure et simpliciter reservando. Igitur nos prefato capitulo Wachiensi scribendo amiciciam eorum requi-

sieramus et pecieramus diligenter, quatenus ipsorum mitterent hominem idoneum pro testimonio, quo presente Nicolaus filius Philippi vel Stephanus de Kalanda aut Paulus de Fige sive Michael de Tornal an Nicolaus filius Gaab pro parte ipsorum filiorum Alexandri, item Paulus filius Isaak vel Beke filius Nicolai, aut Benedictus filius Bodun sive Nicolaus filius Baruch pro parte ipsorum Gregorii et Michaelis dictorum Zekul aliis absentibus homines regii, in die Cinerum anno nunc proxime elapso preterito, ad facies predictarum possessionum parcium . . accedendo, easdem per suas veras metas et antiquas, quibus possessiones pro tunc a se invicem distingerentur legitime reambulando, novis metis in locis necessariis predicta sexaginta iugera terre, contradiccione predictorum Gregorii et Michaelis ac aliorum quorumlibet non obstante, cum alii contradictores, in tam longinqua ventilacione dicte cause super ipsis sexaginta iugeribus terrarum mote non fuerint, applicando, predictis filiis Alexandri et ad eorum possessiones Sumkuth et Rosusna supradictas statuerent, cuique parcium sua iura predicta perpetuo possidenda relinquendo, et seriem omnium premissorum . . ad octavas diei medii Quadragesime tunc venturas domino regi fideliter rescriberet capitulum ecclesie Waciensis prenotatum. Cumque discussio ipsius cause ab eisdem octavis diei medii Quadragesime diversis prorogacionum cautelis intervenientibus, iuxta continencias literarum nostrarum prorogatoriarum ad presentes octavas festi beati Georgii martiris prorogative devenissent, tandem ipsis octavis festi beati Georgii martiris occurrentibus, prefatus magister Johannes filius Alexandri pro se personaliter et pro predicto magistro Jacobo fratre suo cum procuratoriis literis domini Nicolai palatini ab una, ac Barca serviens et proximus Michaelis dicti Zekul pro eodem Michaele cum procuratoriis literis nostris parte ab altera, qui eciam Gregorium dictum Zekul ab hac luce medio tempore viam universe carnis ingressum fuisse domino volente asseruit, ad nostram accedens presenciam, literas prescripti capituli Vaciensis domino regi rescriptas nobis presentarunt, in quibus inter cetera vidimus expresse contineri; quod ipsum capitulum ecclesie Vaciensis . . una cum Stephano dicto Wrdungh de Kalanda homine regio pro parte magistro-

rum Johannis et Jacobi filiorum Alexandri . . magistrum Stephanum socium et concanonicum ipsorum, et Paulo similiter homine regie maiestatis Johannem sacerdotem chori ecclesie ipsorum pro parte Gregorii dicti Zekul et Michaelis fratris eiusdem deputatis, homines eorum fide dignos ad peragenda ea que in literis nostris contenta fuissent, pro testimoniis transmissisent; qui demum ad ipsum capitulum reversi, eisdem concorditer retulissent, quod ipsi in die Cinerum proxime tunc preterito, ad facies possessionum Sumkuth et Rosusna vocatarum accessissent, vicinisque et commetaneis earumdem universis, et specialiter Gregorio dicto Zekul et Michaele fratre eiusdem legitime convocatis et presentibus, per suas veras metas et antiquas reambulassent, et predicta sexaginta iugera terre litigiosa Johanni et Jacobo filiis Alexandri predictis statuissent et ad predictas eorum possessiones Sumkuth et Rosusna nominatas applicassent et reliquissent, nullo penitus contradictore apparente perpetuo possidenda; retulissent eciam iidem regii et ipsius capituli Vaciensis homines, quod de parcium voluntate quamdam novam metam terream in quodam berch secus viam Zauusut vocatam erexissent. Quarum quidem literarum ipsius capituli ecclesie Vaciensis visis et perlectis continenciis, cum nos prefatum magistrum Johannem ac annotatum Barca procuratorem Michaelis predicti, de eo, utrum ipsi videlicet magistri Johannes et Jacobus ac Michael in premissa statucione prefatorum sexaginta iugerum terre sub metis et distinccionibus in literis predicti comitis Pauli ut superius tetigimus et pure expressimus contentorum, prescriptis magistris Johanni et Jacobo filiis Alexandri, ad dictas possessiones eorum Sumkuth et Rosusna vocatas, ut in ipsis literis eiusdem capituli Wachiensis ecclesie haberetur, facta contentarentur, vel eidem statucioni in aliquo contradiccionis velamine obstare intenderent aut ne, trina vice et pluries prout nostro incumbit officio habuissemus requisitos, idem magister Johannes se et predictum Jacobum fratrem suum, ac prenotatus Barca pretactum Michaelem prefatam statucionem dictorum sexaginta iugerum terre sub inclusione et circuicione premissarum metarum eisdem filiis Alexandri factam et habitam acceptare velle et se in ipsa contentari ac in nullo se in facto eiusdem

sexaginta iugerum terre nec nunc nec in posterum contradicturos fore et esse velle affirmarunt. Unde nos his auditis et perceptis, unacum baronibus regnique nobilibus nobiscum in sede nostra iudiciaria sedentibus, preallegata sexaginta iugera terre sub prescriptis metis et limitacionibus in literis prescripti comitis Pauli seriatim contentis et expressis, per predictos Gregorium dictum Zekul et Michaelem fratrem suum ipsis magistris Johanni et Jacobo filiis Alexandri, ut pretactum est, pacifice coram nobis ad predictas possessiones eorum resignata, ac nunc eisdem statuta et remissa, ac ad pretitulatas possessiones ipsorum nemine contradictore apparente applicata, ipsis magistris Johanni et Jacobo filiis Alexandri nec non eorum heredibus ad prenominatas possessiones eorum Sumkuth et Rosusna, eo iure eave proprietate et iuris titulo, quemadmodum racionibus premissis ipsis dinoscuntur pertinere, sine preiudicio iuris alieni, auctoritate presencium commisimus et reliquimus iure perennali possidere tenere et habere . . Datum Bude, duodecimo die octavarum festi beati Georgii martiris predictarum, anno domini Millesimo CCC^mo^ quinquagesimo primo.

Az elveszett pecsét zöld selymen függött; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 729. 3. dipl. oszt. 4197. Közli: Kovács N.

288.

1351. Buda, máj. 12. Tamás országbíró elött Szántai Tamás deák, ki Szeben nevü Bihar vármegyei birtok miatt a váradi apáczákkal perben állott, ezen birtok jogát az apáczákra ruházza át.

Nos Thomas iudex curie . . significamus . . quod cum Thomas literatus filius Johannis de Zantho . . sanctimoniales claustri sancte Anne de Waradino, legitime citacionis modum observando, contra se in regie maiestatis presenciam in causam attraxisset, et ipsa causa diversis prorogacionum cautelis et terminis intervenientibus, inter partes coram nobis diversimode ventilando, ad octavas festi beati Michaelis archangeli anno proxime elapso preteriti prorogata, et deinde accione eiusdem

Thome literati contra easdem . . dominas in factis potencie et possessionis Zeben vocate in comitatu Byhoriensi existentis, per ipsum Thomam literatum relata, de parcium voluntate ad hunc instantes octavas festi beati Georgii martiris dilatata extitisset; ipsis tandem octavis festi beati Georgii martiris occurrentibus, predicto Thoma literato personaliter ab una, et Johanne dicto de Eusy pro eisdem . . dominabus . . parte ex altera coram nobis constitutis, per predictum Thomam literatum, petita prius et obtenta a nobis reformandi licencia, propositum exstitit . . ut ipse premisse potenciarie accioni sue ex nostra iudiciaria licencia renuncians, predictam possessionem Zeben nominatam, quam ab eisdem religiosis dominabus racione vicinitatis et eciam aliis de causis requirere voluisset, salubri inductus consideracione, prefate ecclesie beate Anne de Waradino et per consequens eisdem . . sanctimonialibus . . cum omnibus suis . . utilitatibus . . nulla iurisdiccione seu proprietatis dominio a modo in posterum sibi et suis successoribus in eadem reservatis, eo iure quo eis pertinere dinosceretur . . resignasset imo reliquit . . coram nobis perpetuo possidere . . universas literas . . super facto dicte possessionis Zeben . . vanas . . committendo. Datum Bude, duodecimo die octavarum festi beati Georgii martiris predictarum, anno domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo primo.

Az elveszett pecsét zöld selymen függött; eredetije az orsz. lt. tinccst. oszt. Mon. Vet. Bud. 4. 35. dipl. oszt. 4196. Közli: Kovács N.

289.

1351. máj. 12. Az egri káptalan előtt Hosszumezei János fiai kijelentik, hogy Rákolczi Balázs fiainak Felsink és Körtvélyes nevű birtokokat addig át nem adhatják, míg Izsépi Mihály fiaival más birtokok dolgában nem végeznek.

Nos capitulum ecclesie Agriensis memorie commendamus, quod Benedictus et Johannes dictus Gyopul filii Blasii de Rakolch ex una, Demetrius Nicolaus et Barnabas filii Johannis filii Markolfi de Hiuzziumezeu parte ab altera, quinto

die quindenarum festi sancti Georgii martiris, anno videlicet nativitatis domini M^mo^ CCC^mo^ quinquagesimo primo, nostri in presencia personaliter comparentes dixerunt, quod licet ipsi in statucionibus quarumdam porcionum possessionariarum in possessionibus Feulsynk et Kurtuilis vocatis in comitatu Zemplinensi ut refertur existentibus habitarum, inter se concordes haberentur, et licet eciam predicti filii Johannis annotatam porcionem in possessione Kurtuilis quo supra habitam dictis filiis Blasii pridie mediantibus hominibus regiis et nostris testimoniis sub ereccionibus metarum statuissent, et super eadem statucione litere nostre confecte extitissent, tamen quia Jacobus Barnabas Ladislaus et Paulus ac Michael filius eiusdem Ladislai, id, quod ex parte ipsorum super perpetuacione quarumdam aliarum possessionum suarum in prescriptis quindenis sancti Georgii martiris iuxta continencias aliarum literarum nostrarum exinde confectarum facere assumsissent, minime adimplere curavissent, obhoc ipsi propter huiusmodi neglecionem et perpessitatem negociorum suorum memoratas literas nostras super statucione pretacte porcionis in possessione Kurtuilis habite adhuc apud nos deponentes, usus fructus et utilitates memoratarum porcionum suarum in possessionibus Feulsink et Kurtuilis ut premissum est habitarum, tamdiu donec ipsi cum annotatis filiis Michaelis de Ysyp super neglecione dicte perpetuacionis vel fortassis tocius concordie solucionis per formam iuris vel quomodolibet aliter finem debitum consequenter sicut antea sic et nunc pro se recipiendi haberent facultatem, et tandem fine premissorum negociorum habito, ipsi communiter ad nos venire, et dictas literas depositas a nobis recipere deberent et tenerentur. Datum die et anno supradictis.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 299. 12. dipl. oszt. 4198. Közli: Kovács N.

290.

1351. máj. 13. Az egri káptalan bizonyságlevele, hogy a Felsink, Körtvélyes, Rákócz, Morva és egyéb birtokok iránt kötött egyezség megerősítése végett kitüzött határnapon Rákóczi Balázs fiai s Hosszumezei Markalf fia János fiai megjelentek, Izsépi Mihály fiai azonban oly meghatalmazottat küldöttek, kit amazok el nem fogadtak.

Nos capitulum ecclesie Agriensis . . significamus . . quod cum iuxta continenciam priorum literarum nostrarum prorogatoriarum et obligatoriarum Benedictus et Johannes dictus Gyopul filii Blasii de Rakoulch ex una, item Jacobus Barnabas Ladislaus et Paulus filii Michaelis de Isep, unacum Michaele filio eiusdem Ladislai puero parte ab altera, item Demetrius Nicolaus Barnabas et Benedictus filii Johannis filii Morkolphi de Hyuzziumezeu unacum Johanne filio ipsius Demetrii similiter puero ex tercia parte, omnes personaliter in quindenis festi sancti Georgii martiris coram nobis comparere, et quarumdam possessionum et porcionum suarum possessionariarum Feulsynk, Kurtyuilis, Rakolch, Morua et aliarum in quibusdam literis nostris patentibus composicionalibus et obligatoriis circa octavas festi beati regis Stephani iam preteritas similiter exinde confectis nominatarum, daciones donaciones atque resignaciones roborare, ac eciam super huiuscemodi roboracione sub tenore pretaxatarum aliarum literarum nostrarum circa ipsas octavas festi sancti regis Stephani ut premissum est confectarum, literas nostras privilegiales cautela pro maiori inter se confici facere debuissent, tali vinculo mediante, quod si qua parcium in ipsis quindenis beati Georgii martiris quo supra, personaliter ad nos venire, dictaque negocia sua effectualiter perficere non curaret, extunc pars hoc facere non curans contra partem premissa adimplentem in succubitu duelli facti potencialis convinceretur eo facto; tandem pretactis quindenis festi sancti Georgii martiris occurrentibus, preallegati Johannes Gyapul et Benedictus filii Blasii, item Demetrius Nicolaus et Barnabas filii Johannis filii Markalfi una cum eodem Johanne puero filio Demetrii omnes personaliter

comparuerunt coram nobis, sed annotati Jacobus Barnabas Ladislaus et Paulus filii Michaelis de Ysyp in ipsis quindenis sancti Georgii martiris iuxta continenciam dictarum literarum prorogatoriarum non comparuerunt, per easdem duas partes legitime coram nobis exspectati; dicimus tamen, quod pretactus filius Michaelis quinto vel sexto die ante easdem quindenas ad nos veniendo, et cum literis procuratoriis prepositi et conventus de Lelez pro eisdem tribus fratribus suis, utpote Barnaba Ladislao et Paulo comparendo, ac universas literas ipsorum presens negocium tangentes demonstrando, per modum protestacionis nobis curavit significare, quod licet ipsi in dictis quindenis festi sancti Georgii martiris cum prenotatis proximis suis ad premissum negocium perficiendum coram nobis comparere debuerint, tamen quia pro nunc in curia regia cum quibusdam adversariis suis super facto possessionario in simili et forsitan maiori causa inter se deberent litigare necessario, igitur ipse dictas procuratorias et alias literas suas ut premissum est nobis demonstratas, magistro Gothardo socio et concanonico ac notario nostro dimitteret et coram nobis dimisit, asserendo, quod idem magister Gothardus in ipsis quindenis in eorum personis non ut procurator sed ut nutricius ipsorum nostri in presencia comparendi, et ea omnia que in premissis negociis ipsemet facere posset, in sua et dictorum fratrum suorum personis faciendi haberet facultatem, vigore dictarum literarum suarum nobis demonstratarum et auctoritate; in quibus quidem quindenis sancti Georgii martiris, licet pretactus magister Gothardus pro eisdem filiis Michaelis de Isyp iuxta commissionem eiusdem Jacobi cum dictis literis procuratoriis comparuerit, tamen quia nomen suum in eisdem literis non habebatur, sepedicte due partes super tali astacione non contentabantur, ideo super premissis ordinacionibus litere nostre privilegiales confici nequiverunt inter partes bono modo; dicimus eciam, quod prelibati filii Blasii et filii Johannis filii Markalfi omne id quod tenores et continencie predictarum literarum nostrarum obligatoriarum super facto memoratarum possessionum exprimunt et declarant, adimplere presto erant et parati, sed quia pretaxati filii Michaelis de Ysyp in sepedictis quindenis sancti Georgii martiris personaliter non comparu-

erunt, nec Michaelem puerum filium Ladislai statuerunt, ob hoc eedem due partes a facie nostra recesserunt absque perfeccione aliquali; dicimus eciam, quod annotatus Benedictus filius Johannis filii Markalphi, quem iidem fratres sui in terra ruthenorum nuperrime interfectum fore dixerunt, similiter non comparuit coram nobis in quindenis supradictis. Datum sexto die earumdem quindenarum, anno domini M° CCC^mo^ quinquagesimo primo.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 698. 32. dipl. oszt. 4199. Közli: Kovács N.

291.

1351. máj. 13. Az egri káptalan előtt Rákóczi Balázs fiai kijelentik, hogy ők az egri egyház-megye alá tartozván, ha Izsépi Mihály fiai Körtvélyes és Felsink, vagy egyéb birtokok iránt más hiteles helyeken készíttetnének okiratokat, erre nézve tiltakoznak.

Nos capitulum ecclesie Agriensis damus pro memoria, quod Benedictus et Johannes dictus Gyopul filii Blasii de Rakolch ad nostram personaliter accedentes presenciam, per modum protestacionis nobis curarunt significare, quod quia ipsi cum Jacobo, Barnaba Ladislao et Paulo filiis Michaelis de Ysyp, ac Michaele filio eiusdem Ladislai, super facto possessionum suarum non in aliquo loco testimoniali, sed hactenus semper coram ipsis causas et negocia iuxta continencias aliarum literarum nostrarum exinde confectarum inter se habuissent, eo quod ipsi essent de diocesi predicte ecclesie nostre, et quia eciam . . super occultis processibus eorumdem filiorum Michaelis pertimescentes nimium suspicarentur, ideo si preallegati filii Michaelis communiter vel divisim, timore dei postposito hominumque verecundia proiecta, in presencia aliquorum iudicum ordinariorum vel locorum testimonialium, specialiterque in capitulo Strigoniensis ecclesie, super ordinacionibus penis et condicionibus pretextu possessionum Kurtuiles Felsynk et aliarum in dictis prioribus literis nostris nominatarum inter ipsos habitis, literas furtivas vel subrepticias con-

tra ipsos confici facere procurarent vel forsitan iam procurassent, ipsi eosdem filios Michaelis et Michaelem filium Ladislai a tali fraudulose proposito prohiberent et prohibuerunt coram nobis, asserentes, quod ipsi se ab omnibus aliis locis testimonialibus tam in presentibus causis ipsorum et negociis, quam in futurum habendis et emergendis excepissent, et omnino se ad istum locum et ad nos pro defensione iurium suorum submisissent et pro nunc submiserunt coram nobis. Datum sexto die quindenarum festi sancti Georgii martiris, anno domini M° CCC^mo^ quinquagesimo primo.

Papíron, zárlatán pecsét töredékével; eredetije az orsz. lt. kincst oszt. N. R. A. 195. 16. dipl. oszt. 4200. Közli: Kovács N.

292.

1351. Buda, máj. 16. Tamás országbíró Árokközi István és nagybátyja Árokközi Miklós közt folyt osztályos perben ítéletet hoz, s miután amaz a régi osztályt Árokköz nevü Vas vármegyei birtokra nézve megállani nem akarta, öt összes javainak elvesztésére ítéli.

(N)os Thomas iudex curie .. Lodovici .. regis .. et comes de Turuch memorie commendamus .. quod cum Stephanus filius Michaelis filii Elley de Arukkuz, magistrum Nicolaum filium predicti Elley et Johannem filium suum mediantibus literis citatoriis capituli ecclesie Castriferrei, legitime citacionis modum observando, ad octavas festi beati Laurencii martiris nunc preteritas contra se ad regie maiestatis presenciam in causam attraxisset, tandem ipsis octavis advenientibus, predictus Stephanus filius Michaelis personaliter ad nostram accedendo presenciam, contra eosdem magistrum Nicolaum et Johannem filium suum in figura nostri iudicii proposuerat eo modo, quod ipse literas divisionales, quibus mediantibus universe possessiones et possessionarie porciones ipsorum tempore patris sui divise extitissent et nunc essent, per eosdem magistrum Nicolaum et Johannem filium exhibere vellet, iusticia requirente, si bono modo predicte possessiones et possessionarie porciones divise existerent, tunc ipse

roboraret divisionem prenotatam, si vero iuste et bono modo divise non existerent, equalem divisionem de ipsis possessionibus et possessionariis porcionibus ac rebus et equaciis habere vellet iusticia requirente ab eisdem. Quibus perceptis prefati magistri Nicolaus filius Elley et Johannes filius suus personaliter exsurgendo responderant e converso, quod ipsi super facto premisse possessionarie divisionis literas haberent efficaces, quas ibidem exhibere promti essent et parati, sed tempore premisse possessionarie divisionis nullas res nec equas equaciales communes habuissent, quia equaciam quam nunc ipsi haberent, tempore nupciarum eiusdem magistri Nicolai socer eiusdem sibi dedisset et assignasset, ubi quasdam literas privilegiales et patentes predicti capituli ecclesie Castriferrei ac magistri Tethen vicecomitis magistri Wolfardi comitis Castriferrei et iudicum nobilium eiusdem comitatus nobis presentarant, que sua serie nos informarant evidenter eo modo, quod in anno domini Millesimo CCC° XX° septimo predictus magister Nicolaus et Michael filii Elley de Arukkuz, ad presenciam eiusdem capituli Castriferrei accedendo, ab eodem capitulo postulassent, ut unum ex ipsis pro testimonio, in cuius presencia idem magister Nicolaus et Michael inter se in eorum possessionibus seu iobagionum suorum sessionibus, divisionem facerent, eis dare dignarentur; quorum peticionibus legitimis et iustis acquiescentes, magistrum Petrum ecclesie ipsorum canonicum ipsis duxissent destinandum capitulum prenotatum; qui cum eisdem magistro Nicolao et Michaele ad ipsum capitulum reversus, talem divisionem in sui presencia in possessionibus seu iobagionum suorum sessionibus per eosdem Michaelem et Nicolaum magistros inter se fecisse retulisset, eisdem presentibus, et pariter ordinasse, quod in possessione Lak, videlicet superiori contrata a parte aquilonis adiacente, a fluvio Saar incipiendo, tres sessiones vicinatim cessissent magistro Nicolao, a quibus similiter tres sessiones vicinate magistro Michaeli, iuxta quas una sessio Nicolao, et ibidem versus montem altera sessio Michaeli remansissent; item in possessione eorum in Arukkuz due sessiones a parte occidentali cessissent Michaeli, et due sessiones ibidem vicinate sessioni magistri Nicolai eidem magistro Nicolao essent assignate, adiacentes versus plagam

aquilonis; item in possessione ipsorum aquisita Myhalfelva vocata a parte meridionali iuxta fluvium Saar, due sessiones cessissent Michaeli, iuxta quas consimili modo due sessiones magistro Nicolao, a quibus ad partem aquilonis tendendo una sessio Michaeli, tres vero sessiones Nicolao fuissent devolute, et iuxta viam qua itur in Telekus, una magistro Michaeli, due vero magistro Nicolao remansissent; item ultra rivulum prope aquam ab utraque parte platee due sessiones Michaeli, et una de fine ad meridionalem plagam; item due sessiones devolute intra ipsam finalem sessionem posite fuissent magistro Nicolao, et a plaga aquilonis eiusdem platee due sessiones cessissent Michaeli, et ibidem una magistro Nicolao, alia vero de fine magistro Michaeli remansissent possidende; ceterum due sessiones sunt iuxta fluvium Saar intra molendinum, quarum unam ad meridiem magistro Michaeli, aliam magistro Nicolao cessisse affirmassent, molendinum vero ibidem in Myhalfalva magistro Michaeli, aliud vero molendinum in Lak magistro Nicolao dixissent devolutum; preterea vineam magistri Nicolai in territorio Lak per eundem Nicolaum plantatam tam ibi in divisione quam in presencia dicti capituli, dictus magister Michael eidem magistro Nicolao fratri suo sine divisione pacifice permisisset et reliquisset possidere, si ipse Michael vellet consimili loco in territorio plantandi pro se vineam liberam haberet facultatem; item in anno domini Millesimo CCC° XX° sexto, secundum continenciam priorum literarum eiusdem capituli Castriferrei in octavis festi sancti Jacobi apostoli, magister Nicolaus et Michael filii Elley, Andreas filius Martini, Petrus Paulus et Bedur fratres sui, possessionem ipsorum hereditariam in Hydweg existentem, olim per Elleum Martinum, et Marcellum Andree de eadem Hydweg obligatam, pro duodecim marcis denariorum ab eodem Andrea filio Endre coram ipso capitulo redimere debuissent, adveniente ipso termino dictus magister Nicolaus filius Elley ex permissione et licencia fratrum suorum prescriptorum cum propria sua pecunia, videlicet in duodecim marcis, partim in denariis promtis latis viennensibus, partim vero in estimacione equorum et bovum dictam possessionem eorum Hydweg vocatam redemisset coram capitulo prenotato, eadem possessio cum suis utilitatibus in ius et

proprietatem ipsorum devolvendo, predictus autem Michael filius Elley de iuxta Saar, primo feria secunda proxima post dominicam Ramispalmarum, et demum feria secunda proxima post festum nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini Millesimo CCC° XXX° quinto, in presencia eiusdem capituli Castriferrei personaliter comparendo, possessionariam suam porcionem Saar vocatam ultra fluvium Saar a meridie existentem, a filiis Ivachyni emticiam, videlicet terciam partem possessionis Ivachyni in toto pro decem marcis denariorum promtorum latorum viennensium predicto magistro Nicolao fratri suo coram eodem capitulo pignori obligasset, cum iisdem decem marcis denariorum promtorum latorum viennensium omni estimacione exclusa, quandocunque posset, absque aliquo gravamine redimendam. Item in anno domini Millesimo CCC° XX° nono, Ladislaus et Bede magistri filii comitis Adumprith de iuxta Saar, pro se et pro Deseu filio Dionisii fratre ipsorum coram ipso capitulo Castriferrei personaliter comparendo, unam particulam terre in Saar existentem, prout iaceret super magnam viam, usque terras filiorum Adumprith predictorum, quam comes Elleus, Dionisio Ladislao et Bede supradictis secundum formam priorum literarum eiusdem capituli obligasset pro duodecim pensis denariorum, et si redimere non curasset, crescente pena dupli super ipsam; tandem ipsam particulam terre in quam pro dictis duodecim pensis denariorum, et pro totidem summa pecunie, que pro pena dupli super crevisset, in toto viginti quatuor pensis remisissent et restituissent predicto Nicolao filio dicti Elley pleno iure, quas quidem viginti quatuor pensas idem Nicolaus de propria pecunia sua prenominatis filiis Adumprith persolvisset ad redemcionem terre prenotate, et iidem filii Adumprith literas obligatorias et eciam super pena dupli emanatas, quarum vigore ipsam particulam terre servassent, eidem magistro Nicolao restituissent coram capitulo prenotato; demum autem predictus Stephanus filius Michaelis de Arukkuz feria secunda proxima ante festum beati Laurencii martiris nunc preteritum, in presencia magistri Tethen vicecomitis et iudicum nobilium comitatus Castriferrei predictos magistros Nicolaum filium Elley et Johannem filium suum de eadem Arukkuz, ab usuum et

fructuum et utilitatum universarum cunctarumque possessionum eorum ubilibet existencium ipsum iure proprio tangencium, specialiter possessionum Hydweg et Juanfelde vocatarum percepcione violenta, facie ad faciem prohibuisset et contradixisset prohibendo. Quarum literarum visis et perlectis tenoribus, cum ipsum Stephanum filium Michaelis de eo, utrum contra formam dictarum literarum divisionalium et impignoratoriarum ac obligatoriarum et prohibitoriarum in aliquo vellet obviare vel ne, trinario numero, ut nostro incumbit officio, habueramus requisitum, idem Stephanus contra formam dictarum literarum divisionalium et aliarum, in aliquo preter hoc ut terre arabiles fimate ac prata et campestres nec non alie utilitates earumdem possessionum essent indivise se obviaturum fore allegarat, imo premissam divisionem perpetuo se observare velle affirmarat coram nobis. Unde quia terre arabiles fimate ac prata et campestres nec non alie utilitates predictarum possessionum indivise fore ex serie premissarum literarum capituli ecclesie Castriferrei reperiebantur, ideo unacum baronibus et nobilibus regni nobiscum in iudicio assidentibus adiudicantes commiseramus, quod Stephanus filius Box vel Mese filius Johannis de Beseneu sive Petyth an Johannes filius Alexandri de eadem Beseneu aliis absentibus homo domini regis, presente testimonio dicti capituli ecclesie Castriferrei, quod per ipsum capitulum ad id amicabiliter transmitti petiveramus, in quindenis festi Nativitatis beate virginis tunc proxime venturis, ad faciem predictarum possessionum Lak et Arukkuz ac Myhalfolva vocatarum . . accedendo, terras arabiles fimatas et campestres ac prata, nec non alias utilitates earumdem, que apud manus ambarum parcium indivise existerent, preter emticias . . in duas dividerent partes coequales, quarum medietatem rectam predicto Stephano filio Michaelis, aliam vero rectam dimidietatem earumdem predictis magistris Nicolao et Johanni filio suo statueret et relinqueret perpetuo possidendas . . predictas autem duas possessiones, Hydweg et Joahunfelde vocatas, quousque idem Stephanus filius Michaelis et sui posteritates pro ipsis viginti duabus marcis promtis denariis latis viennensibus, pro quibus eidem magistro Nicolao impignorata et obligata existeret redimere posset ab eodem, iidem magister

Nicolaus et Johannes filius suus possiderent, utilitates earumdem percipiendo; et quia predictus Stephanus filius Michaelis ipsos magistros Nicolaum et Johannem filium suum, a violenta percepcione usuum fructuum et utilitatum predictarum possessionum Hydweg et Juahunfelde vocatarum, que apud manus eorumdem magistri Nicolai et Johannis filii sui de iure haberi dinoscerentur, in presencia dictorum vicecomitis et iudicum nobilium comitatus Castriferrei prohibuisse, ex serie premissarum literarum eorumdem reperiebatur, ideo ipsum Stephanum filium Michaelis, pro tam indebita prohibicione sua in iudicio succubitus actoris duelli, scilicet decem marcarum in quindenis festi beati Michaelis archangeli nunc venturis nobis et parti adverse ante inchoacionem litis persolvendarum, decreveramus convictum extitisse, tenore presencium mediante; seriem autem premisse possessionarie divisionis cum totius facti processu, partes in literis dicti capituli ad dictas quindenas festi beati Michaelis archangeli nostro iudiciario examini reportare tenerentur; nihilominus quia idem Michael filius Elley pater ipsius Stephani nullam equaciam, nec res tales quibus inter ipsum et magistrum Nicolaum filium Elley ac Johannem filium suum divisio fieri debuisset, habuisse nobis et regni baronibus nobiscum in iudicio assidentibus evidenter cernebatur, ideo super facto requisicionis dictarum equarum equaciarum et rerum, eidem Stephano perpetuum silencium duxeramus imponendum; et cum discussio eiusdem cause diversis prorogacionum cautelis et terminis intervenientibus, ab eisdem quindenis beati Michaelis archangeli secundum continencias quamplurium literarum nostrarum, ad presentes octavas festi beati Georgii martiris devenisset, tandem ipso termino occurrente, predictus Stephanus filius Michaelis personaliter ab una, et Michael magnus famulus et procurator eorumdem magistrorum Nicolai filii Elley et Johannis filii sui pro eisdem cum procuratoriis literis dicti capituli Castriferrei parte ab altera, ad nostrum iudiciarium accedentes conspectum, literas iamnominati capituli ecclesie Castriferrei nobis presentarunt, in quibus vidimus contineri, quod Mese filius Johannis de Beseneu homo regie maiestatis presente Nicolao clerico chori eiusdem ecclesie per ipsum capitulum in testimonium dato, in

predictis quindenis festi Nativitatis beate virginis nunc preteriti, ad faciem predicte possessionis Lak vocate, vicinis et commetaneis eiusdem universis legitime convocatis, et partibus presentibus accedendo, in ipsaque iuxta continencias predictarum literarum nostrarum, scilicet in terris arabilibus et campestribus ac pratis, nec non aliis utilitatibus eiusdem possessionis, inter predictos Stephanum filium Michaelis et magistrum Nicolaum filium Elley ac Johannem filium eiusdem divisionem fecisset, quam ambe partes acceptassent, demum dum ad possessionem Arukkuz accessissent, eandemque in termino antedicto modo quo supra dividere voluissent, idem Stephanus dixisset, ut si predicti magister Nicolaus filius Elley et Johannes filius suus illas quatuor sessiones, quas pro se teneret occupatas, cum ipso dividerent, tunc ipsam divisionem acceptaret, alioquin ipsa divisio sibi iusta fieri non videretur ad acceptandum; predicti vero magister Nicolaus et Johannes filius suus cum ipso Stephano cum terris arabilibus fimatis, campestribus, pratis, ac aliis utilitatibus, iuxta continenciam predictarum literarum nostrarum divisionem habere voluissent; verum quia prenominatus Stephanus filius Michaelis filii Elley tempore premisse proposicionis sue in locis sessionalibus in dicta possessione Arukkuz vocata et in aliis pessessionibus ipsorum existentibus, dictam divisionem per ipsum Michaelem patrem suum et eundem magistrum Nicolaum mediantibus literis prenotati capituli ecclesie Castriferrei olim inter se factam perpetuo se observare et in nullo retractare velle nostri in presencia personaliter astando assumserat, et nunc sicut in dictis literis ipsius capituli Castriferrei in presentibus dictis octavis festi beati Georgii martiris nobis exhibitis, et eciam in nostro iudiciario conspectu personaliter comparendo, mediam partem quatuor sessionum in ipsa possessione Arukkuz vocata apud ipsos magistrum Nicolaum filium Elley et Johannem filium suum existencium, in quibus primo ut prediximus divisionem perennalem inter se observare velle assumserat, requirebat et nostram iudiciariam adiudicacionem super ipsa possessionaria divisione, unacum baronibus et nobilibus regni factam pluries replicando retractabat, ideo unacum discretis viris Ladislao Chazmensis, comite capelle et secretario cancellario domini

regis, Nicolao Agriensis ecclesiarum prepositis, magnifico viro Nicolao filio Petheuch quondam voivoda Transsilvano, magistris Stephano filio Dominici dicti Bubek comite Liptoviensi, Nicolao protonotario domini Nicolai regni Hungariae palatini, et aliis quamplurimis regni proceribus nobiscum tribunal iudiciale consedentibus, matura et communi deliberacione prehabita, ipsum Stephanum filium Michaelis, pro premissa perennali possessionaria divisione retraccione et indebita aquisicione dicte dimidietatis dictarum quatuor sessiorum, in facto pene calumnie scilicet calumniancium pena puniendum, privatis omnibus possessionibus et proprietatibus eiusdem ubilibet in regno Hungarie existentibus, in duabus partibus nostris iudiciariis, in tercia vero parte parcium adversarum manibus devolvendis, donec per hos quorum redemcioni magis convenire dinoscuntur, a nobis et partibus adversis redimerentur, decrevimus convictum extitisse presencium patrocinio mediante . . Datum Bude, sedecimo die octavarum festi beati Georgii martiris predictarum, anno domini Millesimo CCC^mo^ quinquagesimo primo.

Zöld selyem zsinóron függő pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában, Castriferrei 33.

293.

1351. máj. 17. A nyitrai káptalan előtt Hotesói Laczk egy udvar-telket Topla falu felől, vejének Szőke Péternek s fiainak átad.

Capitulum ecclesie Nitriensis . . ad universorum . . noticiam . . volumus pervenire, quod Lachk filius Thome de Hotesou, Nicolaus Andreas Petrus et Thomas filii eiusdem nostri in presencia personaliter constituti, unam curiam seu sessionem ipsorum Prilich vocatam cum quinquaginta iugeribus terre consvetis a parte ville Thopla adiacentibus, Petro dicto Zeuke sponso suo et per eum Stephano Petro et Johanni filiis eiusdem retulerunt . . contulisse et nostri in presencia . . dederunt . . iure perpetuo . . in filios filiorum et heredum per heredes . . possidendam . . Datum per manus . . magistri

Johannis ecclesie nostre lectoris, feria tercia proxima post octavas festi beati Johannis ante portam latinam, anno domini Millesimo CCC^mo^ quinquagesimo primo.

Vörös és zöld czérna zsinóron függő pecséttel s alól chyrographummal; eredetije a N. Muzeumban.

294.

1351. Somló-Vásárhely, máj. 21. Miklós nádor előtt a Veszprém vármegyei közgyülésen, János fia Gergely a király nempti jobbágya, Szentistváni Istvánt bizonyos hatalmaskodás miatt bepanaszolja.

Nos Nicolaus regni Hungarie palatinus et iudex comanorum damus pro memoria, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium comitatus Vesprimiensis feria secunda proxima ante dies Rogacionum prope villam Apachvasarhel celebrata, Gregorius filius Johannis iobagio domini regis de Nempty, de mĕdio ceterorum consurgendo proposuit tali modo, quod Stephanus filius Demetrii filii Nicolai de Zenthestphan feria sexta proxima post festum beati Galli confessoris anno proxime preteritum, ad domum suam propria sua auctoritate veniendo, ipsum letalibus vulneribus vulnerasset, matrem et uxorem suam deturpasset, in qua vulneracione trium marcarum damna perpessus extitisset, in preiudicium suum non modicum et iacturam; qui quidem Stephanus filius Demetrii non venit neque misit, per eundem Gregorium filium Johannis quinque diebus dicte congregacionis nostre legitime expectatus; unde eundem Stephanum filium Demetrii contra eundem Gregorium in iudicio commisimus fore convictum, si se racionabiliter non poterit excusare. Datum sexto die dicte congregacionis nostre in loco prenotato, anno domini M^mo^ CCC^mo^ quinquagesimo primo.

Papíron, zárlatán pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban; ugyanott meg van a nádornak a mondott közgyülés ötöd napján kelt másik levele, hogy »Ladizlaus villicus de Thapulchafew« azon panaszt adta elő, hogy »Georgius filius Ectoris de Laak« a panaszost Tapolczafőn letartóztatta és Ugod faluba erőszakkal magával vitte.

295.

1351. máj. 24. I. Lajos király előtt Báhtori László neje Anna, Móricz mester leánya, testvérét Simont, Zulyum nevü birtok elidegenítésétől, Tamás szerémi püspököt s másokat pedig annak birtoklásától tiltja.

Nos Lodovicus .. rex .. memorie commendamus .. quod in persona nobilis domine Anna vocate, consortis magistri Ladislai filii Johannis filii Briccii, filie videlicet quondam magistri Mauricii exstitit protestatum nostre maiestati, quod prout ipsa percepisset, magister Simon frater suus possessionem Zulyum vocatam, que possessio a domina matre predicti magistri Mauricii avia sua omni iure ad ipsam pertineret, ipsa penitus ignorante, quondam .. Petro episcopo Sirimiensi vendidisset, et nunc eandem .. frater Thomas episcopus eiusdem ecclesie pro se ipso intenderet conservare, in preiudicium ipsius domine non modicum et iacturam; unde facta huiusmodi protestacione, predictum magistrum Simonem fratrem suum a vendicione vel quovismodo alienacione predicte possessionis Zulyum, ipsum vero fratrem Thomam episcopum Sirmiensem et alios quoslibet ab emcione vel quovismodo se intromissione in eandem facta vel facienda, prohibuerunt in persona eiusdem domine et contradixerunt prohibendo. Datum Bude, feria tercia proxima ante festum Ascensionis domini, anno eiusdem M° CCC^mo^ quinquagesimo primo.

Hátlapján a királyi nagy pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. dipl. oszt. 30654. Közli: Kovács N.

296.

1351. máj. 26. A turóczi convent I. Lajos királynak jelenti, hogy Prónai Pál fiát Bekét, Turóczi Balázs fia Miklós ellen megidézte.

.. Lodovico .. regi .. Paulus .. prepositus monasterii beate virginis de Turch, locique eiusdem conventus .. literis .. comitis Thome iudicis curie vestre citatoriis, pro Nicolao

filio Blasii de iuxta Turch amicabiliter receptis, una cum Paulo filio Abrae de Rakouch homine vestro, fratrem Andream presbiterum nostri conventus ad faciendam citacionem infrascriptam pro testimonio duximus destinandum; qui . . retulerunt, quod ipsi sabbato proximo ante festum beati Vrbani pape de novo preteritum, Beke filium Pauli de Prouna, in eadem possessione sua Prouna, contra supradictum filium Blasii ad quindenas festi Penthecostes nunc venturas, ad vestre excellencie presenciam citavissent. Datum secundo die festi beati Vrbani pape supradicti, anno domini Millesimo CCC^mo^ quinquagesimo primo.

Papiron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1537. 44. dipl. oszt. 4203. Közli: Kovács N.

297.

1351. Buda, jun. 2. I. Lajos király kiküldött kir. embere által a váradi clarissákat a püspöki határban egy szőllőnek, és Várad-Olasziban a Körös folyón egy malomnak birtokába visszahelyezteti.

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod . . cum . . sorores sanctimonialium ordinis sancte Clare fratrum minorum claustri sancte Anne de Waradino, querimoniam nostre et domine regine genitrici nostre charissime, in eo, ut Jacobus quondam sacerdos parochialis eiusdem claustri timore dei postposito, quandam vineam in territorio Pyspuky existentem, per Simonem quondam civem de eadem, et molendinum in civitate Waradiensi, in vico de Venecia super fluvium Crisii habitum, per dominam relictam Emerici crispi fabri in extremis suis pro remedio salute animarum suarum ipsis sororibus sanctimonialium legatas, indebite occupasset et occupatas in ipsarum preiudicium detineret, porrexissent, supplicantes nostro culmini, ut super hoc ipsis remedio providere dignaremur opportuno, unde nos commoditati dictarum sororum sanctimonialium regia inducti pietate, iusticia requirente, cupientes subvenire, dominum Stephanum plebanum de Soltha capellanum nostrum

specialem, ad premissa requirenda et veraciter rescienda duximus destinandum, committentes eidem, ut si predictas vineam et molendinum ad ipsas religiosas feminas pertinere iure et legitime invenerit, extunc eisdem statuat et restituat pleno iure possidendas, contradiccione prefati Jacobi sacerdotis non obstante; qui tandem Stephanus plebanus homo noster . . nobis retulit . . quod ipse predictam vineam et molendinum prenotatum ex testificacione plurimorum sacerdotum, clericorum et eciam laicorum, rescivisset ad predictas religiosas dominas omnipharie titulo testamentario pertinere, et ipsam ac molendinum sepedictum modo quo supra eisdem dominabus statuisset perpetuo possidendum . . nullo penitus contradictore existente. Datum Bude, feria quinta proxima ante festum Penthecostes, anno domini M° CCC° quinquagesimo primo.

I. Lajos királynak 1364. oct. 28-án kiadott átíratából, melynek eredetije meg van az orsz. lt. kincst. oszt. Monial. Poson. 59. 15. dipl. oszt. 5172. Közli: Kovács N.

298.

1351. jun. 2. A sági convent bizonyságlevele Pribéli Miklósnak Tordas fiával Egyeddel ebeczki nemessel való kibéküléséről és Ebeczk nevü Hont vármegyei birtok felosztásáról s határjárásáról.

Nos Stephanus prepositus et conventus fratrum ordinis premonstratensium monasterii beate virginis Marie de Saag . . significamus . . quod nobilis vir magister Nicolaus filius Benedicti de Pribyl ab una, et Egidius filius Tordas nobilis de Ebeck pro se et Lorando filio suo parte ab altera coram nobis personaliter constituti, iidem super omnibus causis . . inter ipsos usque nunc motis et exortis, et specialiter super facto dicte possessionis Ebeck vocate in comitatu Huntensi existentis, super quibus inter se ordine iudiciario movebantur et in futurum sperabant habere quescionem, retulerunt se per amicabilem composicionem et ordinacionem proborum virorum in formam pacis, quod exstat vinculum karitatis, devenisse unionem, renunciando liti et quesciõni. literas (h)actenus inter ipsos

causales cuiuscunque iudicis et quomodocunque emanatas, viribus carituras committendo et inanes, et dictam possessionem Ebeck litigiosam inter se metali distinccione ,novas metas (iuxta) veteres locis in necessariis erigendo divisissent; cuius possessionis porcionem dictus Egidius tam suo quam dicti Lorandi nomine memorato Nicolao quocunque iuris titulo ipsam obtinuisset et possidet, in ibi super eo divisionem fieri admisisset et admisit, ratam esse et firmam perpetuo iure coram nobis. Cuius quidem possessionis porcio a parte aquilonis iuxta cursum metarum cum terra de ultra fluvio Zelchan vocato, que scilicet terra commetatur possessioni Nene vocate, predicto Nicolao iure perpetuo possidenda cessisset, a parte vero meridionali prout mete usque dictum fluvium Zelchan distingunt et separant, porcio predictis Egidio cum Lorando filio suo similiter iure perpetuo possidenda cessisset; voluerunt eciam partes, quod si qua pars dictarum parcium, super premissas divisionem, ordinacionem et composicionem tractu temporum contra partem alteram quescionis materiam suscitaret, talis motor contra partem pacem firmiter observantem . . in succubitu potencialis duelli convincetur eo facto, et insuper dictus Egidius si que propter absenciam dicti Lorandi filii sui in posterum (. . . . . .) onera super se recipiendo, eundem Lorandum filium suum inibi et coram nobis eo modo obligarat, quod si dictus Lorandus post obitum pretacti Egidii patris sui contra prelibatum Nicolaum filium seu filios suos, super premissis quescionis materiam suscitaret, tunc porcio in dicta possessione Ebeck, ex nunc ipsis Egidio patri et Lorando filio in divisione devoluta, prelibato Nicolao filio vel filiis suis, ante litis ingressum et cause inchoacionem subiacebit perpetuo possidenda, prout per partes extitit assumtum et ordinatum coram nobis. Cuius quidem possessionis mete prout iidem easdem oretenus affirmarunt coram nobis, secuntur (igy) et sunt tales: prima meta incipit a parte orientali sub tul, a quo infra ad partem occidentalem venit ad arborem piri meta terrea circumfusam, de qua directe per eandem plagam venit ad metam terream iuxta aquam Kyrtus vocatam situatam, dehinc supra per ipsam aquam transeundo, venit ad portum, quem pertransiendo venit ad lapideam metam, de qua per villam Ebeck supra

directe ad occidentem venit ad metam terream, de qua parumper contra villam Sclabonya vocatam seu partem meridionalem venit ad quoddam potok, ubi sunt mete, abhinc per ipsum potok contra partem aquilonis venit ad quandam viam per quam ipsum potok pertransit ad metam terream, de qua per eandem viam contra occidentem venit ad bivium vie memorate, ubi est meta, deinde per quandam semitam qua itur in Gyarmath, venit ad potok Zelchau supradictum, iuxta quod est meta terrea, ibique terminantur. In cuius rei evidens testimonium presentes ad peticiones parcium alphabeto precisas concessimus sigillo nostro autentico a tergo consignando; et dum presentes nobis reportabuntur, in nostras literas privilegiales . . rescribi faciemus. Datum feria quinta proxima ante festum Pentecostes, anno domini M° CCC° L^mo^ primo.

Fölül chyrographummal, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

299.

1351. Buda, jun. 8. László csazmai prépost és kir. titkos cancellár előtt a Poth nemzetségből való Lukács fia Apor és neje, Telekszöllő nevü birtokukat a patacsi paulinusoknak adományozzák.

Nos Ladislaus prepositus ecclesie Casmensis comes capelle et secretarius cancellarius domini Lodovici . . regis . . memorie commendamus, quod magister Apor filius Luchachii de Tadeuka de genere Poth et nobilis domina consors sua filia magistrii Laurencii de Korogh ac Petrus filius eorum pro se et pro Johanne similiter filio ipsorum coram nobis personaliter comparendo, vineam ipsorum ut asseruerunt emticiam, in villa Pothach comitatus de Baranya prope claustrum beate virginis ordinis sancti Pauli primi heremite a parte septemtrionali adiacentem, iuxta cursus suarum metalium distinccionum, cum omnibus suis utilitatibus, nil sibi ab intra dictarum metalium distinccionum suarum reservando, pro salute animarum ipsorum quamdiu desiderantur ab altissimo affectant creatore omnium

promereri, predicto claustro et fratribus dicti ordinis in eodem summo deo per omnia famulantibus, confessi se exstiterunt dedisse et donasse, ac dederunt et donarunt coram nobis perpetuo iure et irrevocabiliter possidendam . . omne ius quod in eadem vinea quam suo nomine consveto Telekzelew dixerunt appellari hactenus habuissent, ipso claustro beate virginis perpetuo transferendo, et de ipsis ac ipsorum successoribus universis penitus alienando. Datum Bude, quarto die proximo post festum Penthecostes, anno domini M° CCC^mo L^mo primo.

A pécsi káptalannak 1361. jan. 8-kán »frater Johannes prior fratrum heremitarum sancti Pauli de Pothock« kérelmére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. Monast. de Patocs 29. dipl. oszt. 4205. Közli: Kovács N.

300.

1351. jun. 9. A váradi káptalan bizonyítja, hogy midőn Báthori Györgynek Szekeres István elleni ügyében a királynak egy rendeletét Szatmár vármegye alispánjának és szolgabíráinak kézhez adná, az alispán nagy haraggal, jegyzője által, Báthori György két szolgáját a proscribáltak jegyzékébe iratta, az ügyet azonban mégis a király személye elé fölterjesztette.

Nos capitulum ecclesie Waradiensis damus pro memoria, quod iuxta continenciam literarum patencium . . Lodovici . . regis . . comiti et vicecomiti ac iudicibus nobilium comitatus Zathmariensis transmissarum, cum Jacobo filio Iwan vel altero Jacobo de Chazar aut cum Andrea de Pilys hominibus eiusdem domini regis aliis absentibus, nostrum testimonium ad prefatos vicecomitem et iudices nobilium transmittere debuissemus. Nos itaque . . cum eodem Jacobo dicto de Chasar . . Michaelem sacerdotem chori ecclesie nostre et rectorem altaris preciosissimi corporis Christi transmisimus ad exhibendum eisdem literas regias supradictas; qui demum . . retulerunt, quod ipsi quinta feria proxima ante festum Penthecostes proxime preteritum ad villam Damanhida et ad congregacionem generalem universorum nobilium predicti comitatus de Zath-

mar pariter accessissent, ubi predictas literas regie maiestatis Ladislao filio Abrahe vicecomiti et iudicibus nobilium de predicto comitatu Zathmar exhibuissent, quibus visis et perlectis, idem vicecomes nimium commotus exstitisset et furiose notario suo precepisset in registro proscripcionali inseri servientes magistri Georgii filii Johannis filii Briccii, scilicet Nicolaum filium Pauli et Stephanum filium Laurencii; nihilominus tamen causam eorumdem ad octavas festi beati Michaelis archangeli proxime venturas, iuxta mandatum regium et ad presenciam domini regis prorogassent et transmisissent absque gravamine aliquali vicecomes et iudices nobilium prenotati. Datum quinta feria proxima post festum Penthecostes supradictum, anno domini M° CCC^mo^ quinquagesimo primo.

Kivül: Pro magistro Georgio filio Johannis filii Briccii contra Stephanum filium Ladislai de Zekeres.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. dipl. oszt. 30016. Közli: Kovács N.

301.

1351. Gyarmath, jun. 17. Miklós nádor Hont vármegye részéről tartott közgyülésen István sághi prépost panaszára elrendeli, hogy a hidvégi lakosok Sághon vámot fizetni tartozzanak.

Nos Nicolaus . . palatinus et iudex cumanorum memorie commendamus, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium comitatus Hontensis, feria secunda proxima post festum sancte Trinitatis prope villam Gyarmat celebrata . . Stephanus prepositus ecclesie de Saagh proposuit eo modo, quod populi de Hydwygh per tributum suum in Saagh ab antiquo exigi consvetum facerent transitum, et tributum eorum dare et solvere non curarent, sed ipsum tributum potencialiter asportarent, et ibidem literas domini regis nobis presentavit per quarum tenores idem dominus noster rex firmo nobis iniungebat sub precepto, quatenus in facto dicti tributi eidem domino preposito iudicium et plene iusticie faceremus complementum indilate; quibus visis proposicioneque ipsius domini

prepositi perceptis, decrevimus . . in ipsa congregacione nostra palam proclamari facientes, ut nec ipsi populi de Hydwygh nec alii tributa solvere debentes, per ipsum tributum de Saagh absque solucione tributi transire presummant quoquomodo, quia si absque solucione tributi transitum facerent, in eorum rebus comdemnabuntur et personis, nam ipsum tributum idem dominus prepositus per plurima literalia sua instrumenta inibi ab antiquo esse dictoque monasterio de Saagh pertinuisse et nunc pertinere declaravit. Datum quinto die congregacionis nostre predicte, in loco supradicto, anno domini M° CCC^mo^ quinquagesimo primo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Eccl. 31. 51. dipl. lt. 4206. Közli: Kovács N.

302.

1351. jun. 25. A váradi káptalan előtt Pochei Dénes fia János és társai Ómarjai Lukácscsal kibékülnek és egymásnak minden nemü kártételeket elengednek.

Nos capitulum ecclesie Waradiensis . . significamus . . quod accedentes ad nostram presenciam Johannes filius Dionisii de Poche pro se personaliter et pro Petro filio Salamonis, item Johannes filius Bakov pro se personaliter et pro eodem Bakov patre suo, ac Petrus filius Shure similiter pro se personaliter et pro Ladislao fratre suo, assummentes omne onus super se, quod posset ex parte personarum pro quibus astiterunt parti adverse provenire, item Petrus filius Sinka ab una parte, ex altera vero Luchasius filius Luchasii de Omaria cum duobus filiis suis scilicet Ladislao et Nicolao, dixerunt coram nobis . . quod cum fraude diabolica instigante a pluribus retroactis temporibus inter eos lis et discordia exorta exstitisset, propter quod hinc inde multa gravamina multaque birsagia ac vinculi mancipio provenissent, et insuper alia multa mala scilicet damna, nocumenta, ignominie, lesiones, atque varie offense et iniurie ac facta illicita evenissent et commissa exstitissent; ne igitur pluribus malis accrescentibus humani generis perse-

cutoris versucia eos ad deteriorem finem perducat, sed pocius deo pacis amatore propiciante fomes omnium malorum de medio ipsorum penitus evellatur, ipsi per reformacionem multorum proborum et nobilium virorum, et precipue magistri Nicolai filii Abbly ad plenam pacem . . devenerunt coram nobis, relaxantes sibi invicem iniurias, damna, nocumenta, birsagia, et quelibet alia mala hucusque commissa, succubitum facti duelli potencialis, quo idem Luchasius contra Petrum filium Chure convictus exstiterat penitus irritarunt, ac super quibuslibet generibus malorum pacificati exstiterunt, pronunciantes omnes literas contra sese invicem hucusque emanatas . . penitus viribus carituras, et si in fraudem reservate in lucem fuerint producte, tamquam false earum exhibitoribus existant per omnia nociture; preterea . . obligarunt se eedem partes, quod nullum duellum nullumque iuramentum equipollens duello deinceps fieri possit inter ipsos, tali obligacione interiecta, quod si qua parcium predicte pacis et concordie unionem seu prefatam ordinacionem in toto vel in parte . . retractare conaretur, et si qui ex ipsis super omnibus premissis de aliquo vel de aliquibus domino palatino seu cuicunque iudici aut iusticiario regni Hungarie querimoniam porrexerit, extunc in succubitu duelli potencialis convinceretur ipso facto contra partem ipsam pacem observantem . . Datum in octavis festi preciosissimi Corporis Christi, anno eiusdem M° CCC^mo quinquagesimo primo.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. dipl. oszt. 30655. Közli: Kovács N.

303.

1351. Buda, jun. 25. I. Lajos király a Bars város részére I. Károly király által 1331-ben kiadott kiváltságlevelet megerősíti.

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod Nicolaus filius Cosme iudex de Bors, item Markus filius Nicolai, Petrus filius Booth et Henchel filius Terus iurati cives civitatis nostre de eadem suis, et universorum concivium seu cohospitum ipso-

rum in personis, ad nostre serenitatis accedendo presenciam, exhibuerunt nobis quasdam literas patentes quondam . . Karoli . . regis . . cum tercio et ultimo sigillo suo consignatas, super libertatibus ipsorum confectas, per eundem patrem nostrum eisdem datas et concessas, tenoris infrascripti, petentes . . ut easdem de verbo ad verbum nostris literis patentibus transscribi facere et confirmare dignaremur; quarum tenor talis est: (l. II. köt. 527. l.) Nos itaque humillimis supplicacionibus predictorum Nicolai iudicis de civitate nostra Borsiensi predicta, item Markus filii Nicolai, Petri filii Both et Henchel filii Terus civium iuratorum de eadem, regio inclinati cum favore, predictas literas paternas super libertatibus ipsorum confectas, per predictum patrem nostrum eisdem civibus ac hospitibus de predicta Bors datas et concessas, de verbo ad verbum presentibus insertas, eatenus quatenus vires earumdem veritati suffragantur, et prout eedem super dictis libertatibus rite et legitime existunt emanate, easdem nostris literis patentibus transscribi fecimus confirmantes. Datum Bude, secundo die festi nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini Millesimo CCC^{mo} quinquagesimo primo.

Hátlapján a nagy királyi pecsét helyén s belől az oklevél alsó szélén e szavak olvashatók: »relacio Nicolai Alberti per Ladislaum canonicum nostrum de Zathmar«. Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 872. 8. dipl. oszt. 2651. Közli: Kovács N.

304.

1351. Buda, jun. 27. I. Lajos király átírja az egri káptalannak 1349. jun. 2-kán kelt jelentését, mely szerint Tellesprunni Ottó fiai és leánya, Anna János gömöri és csongrádi főispán neje, Somogyi nevü Abauj vármegyei birtokba beiktattattak, melyet a királytól Dévény váraért és a hozzá tartozó falukért cserébe kaptak.

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod magister Johannes filius Alexandri filii Celen comes Gwmuriensis et Changradiensis, vice et nominibus Pernoldi Eberhardi Weel et Jenslini filiorum Othonis de Telyesprun ac nobilis domine

Annus alio nomine Anglis nuncupate filie eiusdem Othonis consortis sue. ad nostram accedendo presenciam. exhibuit nobis quasdam literas rescripcionales capituli ecclesie Agriensis. super statucione cuiusdam possessionis Somugy vocate in comitatu Abavywaryensi existentis, per nos ipsis filiis et filie ipsius Otonis in concambium et permutacionem medietatis cuiusdam castri ipsius Otonis Dyuen nominati et possessionis similiter Dyuen vocate, nec non quarumdam aliarum totalium possessionum eiusdem, Ztompa, Porostyan. Sarlya et Sarkw vocatarum in comitatu Posoniensi existencium collate eisdem facta confectas, tenoris infrascripti, petens . . ut easdem nostris literis patentibus transscribi facere dignaremur; quarum tenor talis est: . . Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie Agriensis . . Literas vestre serenitatis honore quo decuit recepimus in hec verba: Lodovicus . . rex . . capitulo ecclesie Agriensis . . Noveritis, quod nos quandam possessionem nostram Somugy vocatam in comitatu Abawyvariensi existentem, cum omnibus suis . . pertinenciis . . aliisque quibuslibet eius usibus fructibus et redditibus . . in superficie eiusdem habitis et existentibus, sub antiquis suis metis et limitacionibus, quibus eadem ab olim usa exstitit et possessa, Pernoldo Eberhardo Weel et Jenslino filiis Otonis de Telyesprunnar ac nobili domine Annus alio nomine Anglis nuncupate consorti magistri Johannis filii Alexandri filii Celen filie scilicet eiusdem Otonis, in concambium seu permutacionem medietatis cuiusdam castri ipsius Otonis Dyuen vocati et possessionis similiter Dyuen nominate, nec non quarumdam aliarum totalium possessionum eiusdem Stumpa, Perostyan, Saralia et Sarku vocatarum in comitatu Posoniensi existencium, perpetuo in filios filiorum suorum et heredum per heredes duximus conferendam pacifice possidere; quapropter fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, coram quo Georgius filius Barlius homo noster de curia nostra transmissus, vel Paulus filius Pauli de Honua aut Nicolaus filius Nicolai de eadem sive Nicolaus filius Aba aliis absentibus homo noster, predictam possessionem nostram Somugy cum pretiis suis utilitatibus, statuat ipsis filiis Otonis et nobili domine sorti dicti magistri Johannis perpetuo possidendam, ‹

diccione quorumlibet non obstante; et post hec seriem statucionis dicte possessionis cum cursibus metarum nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, in dominica Rogacionum, anno domini M° CCC^mo XL^mo nono. Nos igitur .. cum prefato Georgio filio Barlius homine vestro, nostrum hominem virum idoneum, videlicet dominum Benedictum sacerdotem magistrum altaris sancti regis Ladislai de eadem ecclesia nostra transmisimus .. qui quidem homo vester .. nobis retulit isto modo, quod ipse unacum eodem testimonio nostro in octavis festi Ascensionis domini iam preteriti, accessissent ad faciem possessionis nōstre Somugy prenotate, eandemque per suas veteras metas et antiquas reambulando cum dictis suis utilitatibus et pertinenciis universis in concambium dimidietatis prenominati castri Dyuen et possessionum supradictarum statuissent memoratis filiis Otonis de Telyesprunnar et nobili domine consorti ipsius magistri Joannis filii Alexandri et filie dicti Otonis Anglis nuncupate ac ipsorum heredibus perennaliter possidendam, contradiccione quorumlibet non obstante; et prefatus homo noster similiter personaliter coram nobis comparendo, premissa sic sicut idem homo vester nobis consequenter affirmavit. Datum feria tercia proxima post festum Penthecostes, anno domini prenotato. Nos itaque humillimis supplicacionibus eiusdem magistri Johannis filii Alexandri in personis predictorum filiorum Otonis et domine consortis sue filie eiusdem Otonis nobis porrectis favorabiliter inclinati, predictas literas ipsius capituli Agriensis de verbo ad verbum presentibus nostris literis patentibus transscribi fecimus et apposicione sigilli nostri easdem consignari; sed quia predicta possessio in predictis literis rescripcionalibus ipsius capituli ex ignorancia et negligencia in comitatu de Torna adiacere scripta fuerat, ideo nos cognoscentes eandem possessionem in comitatu Abawyuaryensi existere, tenore predictarum literarum ipsius capituli Agriensis transmutato, eandem possessionem ad comitatum Abawyuaryensum prenotatum duximus transformari .. Datum Bude, in festo sancti Ladislai regis, anno domini M° CCC° quinquagesimo primo.

Hátlapján pecsét nyomaival, hol a pecsét alatt, valamint belül az oklevél alsó szélén e szavak olvashatók: »commissio regia super trans-

scripcione per Johannem Selmus notarium; sed super transmutacione comitatus per Ladislaum dictum Soos«. Eredetije az orsz. lt. dipl. oszt. 4042. Ugyanott 3226. és 3227. számok alatt Tamás országbírónak és I. Lajos királynak 1354. jan. 28-kán és febr. 27-kén kelt átiratában is meg van, valamint I. Lajos király 1352. apr. 28-án kelt átiratában is, mely Celen fia Sándor fia János gömöri és csongrádi főispán kérésére készült. Tamás országbíró 1354-iki átirata »magister Johannes filius Alexandri comes Changradiensis« kérésére állíttatott ki. Ugyanott az országbíró I. Lajos királynak egy másik 1351. jun. 27-én kelt oklevelét is átírja, melyben I. Lajos király megígéri, hogy Tellesprunni Ottó gyermekeit Somogyi birtokban mindenki ellen meg fogja védeni. Közli: Kovács N. Fejér is közli több hibával, i. m. IX. 2. 132. l.

305.

1351. jun. 29. A szepesi káptalan előtt Ternyey Demeter és Miklós Sáros vármegyéből, az anyjuk jogán járó leány-negyed örökségük kiadásáról Jernyei Merse fia Benedek fiait nyugtatják.

Nos capitulum ecclesie beati Martini de Scepus . . significamus . . quod magistri Demetrius et Nicolaus filii Simonis filii Demetrii de Terne de comitatu Sarus ab una, ac magister Nicolaus filius Benedicti filii Merse de Jernye pro se ac Petro et Merse fratribus suis parte ab altera coram nobis personaliter constituti, iidem Demetrius et Nicolaus filii Simonis sunt confessi . . quod predicti magistri Nicolaus Petrus et Merse super quarta puellari, ipsos Demetrium et Nicolaum racione materne successionis in possessionibus magistri Merse patris domine matris eorumdem Demetrii et Nicolai contingentibus, iuxta ordinacionem et composicionem proborum virorum condignam ipsis impendissent satisfaccionem, et quod eosdem magistros Nicolaum Petrum et Merse racione huiusmodi quarte puellaris dimisissent . . expeditos. Datum in festo beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo primo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a Szinyei-Merse cs. ltárában Jernyén Sáros vármegyében. Közli: Fejérpataky László.

306.

1351. Somló-Vásárhely, jul. 1. Veszprém vármegye alispánja és szolgabírái I. Lajos királynak jelentik, hogy István veszprémi várjobbágyot a veszprémi káptalan emberével kiküldvén, ezek Ictor fia Zunkur kérésére ennek testvérét Miklóst, Dáka Leukafölde és Gyldaz nevü birtokuk elfoglalásától tiltották.

. . Lodovico . . regi . . magister Petheu vicecomes Vesprimiensis et iudices nobilium de eodem comitatu salutem . . literas vestre excellencie recepimus . . hunc tenorem continentes: Lodovicus . . rex . . comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus Vesprimiensis salutem . . Dicitur nobis in persona Zuncur filii Ictor, quod Nicolaus frater suus quasdam terras ad possessionarias porciones suas in possessionibus Dalyka, Leukafelde et Gyldaz vocatis habitas pertinentes, pro se niteretur occupare, in preiudicium (így) non modicum et iacturam; quare . . mandamus, quatenus unum vel duos mittatis ex vobis, qui predictum (így) Nicolaum accedendo, ipsum ab occupacione vel quovismodo se intromissione in porciones possessionarias et terras eiusdem Zunkur, ipsum in predictis possessionibus contingentes, prohiberet regni consvetudine requirente; et post hec seriem ipsius prohibicionis nobis . . rescribatis. Datum Bude, sabbato proximo post festum beati Johannis ante portam latinam, anno domini M° CCC^mo L^mo primo. Nos igitur . . Stephanum iobagionem castri Vesprimiensis cum Petro sacerdote de Aycarednek homine . . capituli ecclesie Vesprimiensis, sabbato post festum nativitatis beati Johannis Baptiste, ad prohibicionem predictam transmisissemus, qui postmodum ad nos reversi nobis viva voce retulerunt, quod eundem magistrum Nicolaum filium Ictor ab occupacione et intromissione ad possessionarias porciones in possessionibus Dalyca Leukafelde et Gyldaz vocatarum pertinentis (így) eiusdem magistri Zunkur, prohibuissent seu interdixissent. Datum in Wasarhel, feria quinta proxima post festum nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini M° CCC^mo L^mo primo.

Papíron, zárlatán három pecsét nyomaival; eredetije a Rumy cs. ltárában, Balozsajban Vas vármegyében.

307.

1351. Nagyfalu, jul. 14. Baranya vármegye alispánja és szolgabírái Siklósi Istvánnak bírói zálogúl elfoglalt birtokát a pécsi káptalannak alzálogba adják.

Nos magister Paulus comes de Barana, vices gerens domini Dominici bani de Machyo, et iudices nobilium eiusdem comitatus, ac magister Petrus literatus exactor iudiciorum comitis Thome iudicis curie domini regis . . memorie commendamus, quod quia possessionariam porcionem magistri Stephani filii Petri de Suklous, que sibi in eadem Suklous de possessionaria porcione condam Nicolai fratris sui filii scilicet predicti Petri in divisione devoluta exstiterat, per nos pro iudiciis et iudiciorum gravaminibus, in quibus predictus magister Stephanus filius Petri ordine iudiciario coram dicto comite Thoma iuxta tenorem registri sui iudicialis, contra magistros Theuteus, Nicolaum filium Ders et Ders filium eiusdem magistri Nicolai convictus fuisse repertus exstitit, meante (így) Chazar iuvene aule regie et Andrea filio Lorandi domini Dominici bani de Machyo hominibus, ad exigenda ipsa iudicia deputatis, occupatam et ipsi comiti Thome applicatam, nec idem magister Stephanus nec eciam magister Paulus frater suus, nec alii vicini et commetanei eorumdem quibus ad redimendum pertinebat, preter . . capitulum ecclesie Quinqueecclesiensis, cui eciam racione vicinitatis et commetaneitatis ad redimendum pertinere dinoscebatur, pluries per nos moniti et inducti, ab eodem comite Thoma et nobis redimere et de ipsis iudiciis satisfacere curarunt; ideo nos totam ipsam porcionem possessionariam prenominati magistri Stephani de possessionaria porcione prenominati Nicolai fratris sui in dicta Suklous sibi devolutam, et per nos ut premittitur pro iudiciis ipsius comitis Thome, in quibus prefatus magister Stephanus convictus fuerat occupatam, et ipsi comiti Thome applicatam, cum omnibus suis . . pertinenciis et iuribus, dicto capitulo Quinqueecclesiensi pro duodecim marcis denariorum latorum viennensium, quamlibet marcam cum sex pensis computando, quas idem capitulum pro iudiciis ipsius magistri Stephani nobis plene dedit et persolvit . . impignoramus . . tali modo, quod quandocunque idem magister Stepha-

nus vel sui heredes dictam porcionem possessionariam in prefata pecunie quantitate duodecim marcarum ab eodem capitulo redimere poterit. extunc idem capitulum pecuniam suam rehabere et ipsam porcionem possessionariam sibi et suis heredibus resignare tenebitur. contradictione et difficultate aliqua non obstante. Dicimus eciam. quod ipsum magistrum Stephanum de iudiciis suis reddidimus expeditum et per omnia satisfactum. et de registro ipsius comitis Thome cancellamus iuris ordine observato. Datum in Nogyfalu. secundo die festi beate Margarethe. anno domini M° CCC° quinquagesimo primo.

Papiron. hátlapján hat pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1509. 14. dipl. oszt. 4209. Közli: Kovács N.

308.

1351. Kassa, jul. 19. Miklós nádor által Abaúj és Sáros vármegyék részéről tartott közgyülésen az alispán és a szolgabirák hit alatt elmondják, hogy Györke és Györgyi nevü Abaúj vármegyei, valamint Iván és Beky nevü Sáros vármegyei birtokok mi módon kerültek az Aba nemzetségbeli Kompolt utódai birtokaiba.

Nos Nicolaus . . palatinus et iudex comanorum memorie commendamus. quod in congregacione nostra generali universitati nobilium de Abawywar et de Sarus comitatuum. feria secunda proxima post octavas nativitatis beati Johannis Baptiste in civitate Cassa celebrata. Johannes filius Donch de Gyrke de medio aliorum causatorum coram nobis exsurgendo proposuit isto modo. quod predicta possessio Gyrke et Gergy in comitatu Abawywar ac Iwan et Beky in comitatu Sarus existentes. una cum Nicolao fratre suo uterino ipsorum essent hereditarie ac ad ipsos de iure deberent pertinere. quos nunc Johannes Nicolaus Stephanus et Emericus filii Emerici. filii Pauli filii Kompolthy de genere Aba haberent et possiderent. et que ab ipsis indebite fuissent alienate. petens nos. ut iudices nobilium iuratique assessores predictorum comitatuum de Abawywar et de Sarus per nos requisiti faterentur. qualem de

premissis scirent veritatem; qui quidem iudices nobilium iuratique assessores predictorum comitatuum fide eorum mediante deo debita, ac fidelitate domino nostro regi sueque sacre regie corone pro dicenda veritate et iusticia communi conservanda tacto vivifice crucis signo prestita, cum universis nobilibus eorumdem comitatuum de Abawywar et de Sarus, predictas quatuor possessiones Gyrke Gyrgy Iwan et Buky in dictis comitatibus Abawywar et Sarus habitas, semper ad predecessores eorumdem Johannis et Nicolai filiorum Donch iure hereditario pertinuisse et nunc ipsis de iure debere pertinere unanimi et concordi testificatione affirmarunt, sed predictas possessiones ab ipsis taliter alienatas fuisse indicarunt, quod quidam homo popularis videlicet Clemens filius Eykes tunc hospes de eadem Gyrke, tempore guerre in hoc regno, Ladislaum filium Pauli filii Kompoldi de eodem genere Aba, in eadem villa Gyrke per ictus sagittarum interfecisset et sic eedem possessiones racione dicte mortis pretaxati Ladislai ab ipsis filiis Donch fuissent alienate. In quorum assercionis testimonium presentes nostro ac vicecomitum et iudicum nobilium predictorum comitatuum sigillis consignantes, eisdem filiis Donch duximus concedendas. Datum sexto die congregacionis nostre predicte, in loco antedicto, anno domini M° CCC^mo quinquagesimo primo.

Az egri káptalannak 1414. aug. 20-án »Thomas de Vogia in persona Stephani filii Johannis de Vyssontha« kérelmére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 432. 51. dipl. eszt. 10,007. Közli: Kovács N.

309.

1351. Sárospatak, jul. 24. Zemplén vármegye alispánja és szolgabirái bizonyítják, hogy a nádor által tartott közgyülésen Monoki Mihály Zombori Ivánka helyett négy márka kezességi összeg megfizetésére magát kötelezte.

Nos magister Petrus filius Laurencii vicecomes de Zemlin et quatuor iudices nobilium de eodem damus pro memoria, quod cum nos in quadam generali congregacione domini Nicolai regni Hungarie palatini et iudicis comanorum, in anno

domini M° CCC^mo L^mo primo, feria tercia proxima ante festum beati Jacobi apostoli in civitate Patak universitati nobilium dicti comitatus celebrata interfuissemus, tandem magister Michael de Monyuk personaliter ad nostram accedens presenciam, protestatus et confessus est . . quod ipse in octavis festi beati Michaelis archangeli nunc venturis, Bude domino Nicolao regni Hungarie palatino vel vices ipsius gerenti, pro fideiussione Jvanka de Zumbur quatuor marcas solvere teneretur, tali vinculo mediante, quod si prefixum terminum obmitteret in solvendo, tunc duplum sit incursurus (. . . . . .) Datum in Patak, sexto die congregacionis predicte, anno supradicto.

A végén elrongyolt papíron; zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1537. 45. dipl. oszt. 4210. Közli: Kovács N.

310.

1351. Eger, julius hava körül. Az egri püspök vicariusai előtt Franchyk fiai Péter és Miklós, s több Boksa nemzetségbeliek, azt, hogy a néhai Pethene fia Péter birtokaiból Szinnyei Petheuch fia Jánosnak s unokahúgainak ezek nagyanyjuk jogán leányi negyed örökrészszel tartoznának, megtagadván, erre nézve bizonyítékaik felhozására a vicariusok határnapot tüznek ki.

Nos Petrus archidiaconus de Heues et Gothardus magistri canonici ecclesie Agriensis, iudices in officio vicariatus per . . N(icolaum) . . episcopum dicte ecclesie Agriensis pro tempore constituti, damus pro memoria, quod comes Nicolaus filius Markolphi de Hosiomezeu famulus et procurator magistri Johannis filii Petheuch de Scyne . . pro eodem magistro Johanne domino suo et nobilibus puellis filiabus Dominici filii eiusdem Petheuch, Elisabeth Clara Elena et Sebe vocatis, coram nobis exsurgendo, contra Petrum et Nicolaum filios Franchyk, Johannem et (. . . . . .) filios Cosme filii eiusdem Franchyk, Nicolaum et Franchyk filios Nicolai nobiles de Zeredahel, item Demetrium Dionisium et Ladislaum filios Gregorii de Agouch, Thomam Michaelem et Ladislaum de Ezen, Johannem Simonem Ladislaum et Emericum filios Thome de Choph

nobiles de genere Boxa, de universis (így) possessionibus et porcionibus possessionariis olim Petri filii Pethenye, que nunc sub dominio ipsorum haberentur, iure nature et de huius regni consvetudine, quarta filiali condam domine avie prenotatorum Johannis et Dominici filiorum Petheuch tenerentur dictis magistro Johanni et nobilibus puellis, quam idem magister Johannes et nobiles puelle rehabere vellent, et pretactus comes Nicolaus filius Markolphi auctoritate procuratoria repetivit coram nobis ab eisdem; quo audito pretactus magister Petrus filius Franchyk pro se ac dictis fratribus et consanguineis suis cum literis procuratoriis domini Nicolai sacerdotis et rectoris ecclesie de Terebes, respondit ex adverso: licet ipsi aliquas possessiones pretacti Petri filii Petenye erga manus suas habere dinoscerentur, tamen ipsas non aliquo titulo successionis sed sub federe concambii . . inter ipsos exuna et condamdominum regem Karolum bone memorie parte ab altera habite possedissent et possiderent deo permittente, super quo cuiusquidem (így) permutacionis facto literalia haberent instrumenta, ad quorum exhibicionem faciendam aliquem competentem terminum per nos ipsis postulabant assignare. Nos igitur . . postulacionibus pretaxati magistri Petri . . annuentes, octavas festi sancti Jacobi apostoli iam venturas pro exhibicione dictorum instrumentorum duximus peremtorie assignandas. Datum Agrie, sexto die termini prenotati, anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo primo.

Papiron, zárlatán egy nagyobb és egy kissebb monorú pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban a sóvári Soós cs. ltárában.

311.

1351. aug. 27. Az egri káptalan előtt Hamvai Honth unokája András kötelezi magát, hogy a nejét Szikszai Miklós leányát illető leánynegyedi, hitbéri és hozományi járandóság megadásánál Losonczi és Régeni Dénes fiát Tamást a kitüzött határnapon nyugtatni fogja.

Nos capitulum ecclesie Agriensis damus pro memoria, quod Andreas filius Alexandri filii Honth de Hamua, pro

nobili domina consorte sua filia scilicet Nicolai filii Emerici de Zykzou, in octavis festi sancti regis Stephani coram nobis comparendo, dixit . . quod quia ipse pro annotata . . consorte sua de pecunia per magistrum Thomam filium Dionisii de Luchuch (így) et de Regen nobili domine relicte Thome filii Scepuch pridie coram vicariis domini nostri episcopi ut dicitur persoluta, in porcionem dicte consortis sue quandam certam quantitatem pecunie recepisset, et super tali recepcione ac aliis debitis, et memoratam dominam relictam Thome et eciam dictum magistrum Thomam filium Dionisii pro nunc per literas expeditorias non potuisset quietare, ob hoc ipse hoc assumsisset et sub penis infrascriptis assumsit coram nobis, ut ipse memoratam dominam consortem suam ad dandum literas expeditorias super premissis debitis, utpote dote et rebus parafernalibus ac quarta filiali quondam nobilium dominarum proavie et avie dicte uxoris sue conficiendas, in octavis festi sancti Michaelis archangeli vel personaliter statuere vel ipse solus aut aliquis alter cum sufficientibus literis procuratoriis presens negocium specialiter tangentibus, pro eadem domina comparere deberent et tenerentur; qui si premissa faceret et in dictis octavis memoratas literas expeditorias confici faceret suo modo, bene quidem, alioquin ipse in decem marcis absque porcione iudicis ante litis ingressum deponendis convinceretur eo facto, contra dominam relictam Thome supradictam; ad quod se faciendum idem Andreas spontanea coram nobis obligavit voluntate. Datum in eisdem octavis sancti regis Stephani, anno domini M^mo^ CCC^mo^ quinquagesimo primo.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban a Hamvay cs. ltárában.

312.

1351. sept. 3. A nagyváradi convent előtt Bajomi János, Ladán Bajom és Görbed nevü birtokokat Demeter váradi püspöknek elzálogosítja.

Nos Johannes prepositus et conventus monasterii sancti Stephani protomartiris de promontorio Waradiensi . . signifi-

camus . . quod accedentes ad nostram presenciam Johannes filius Ladislai filii Ektor de Bayon ab una, parte ex altera . . magister Cosmas canonicus ecclesie Waradiensis pro . . Demetrio . . episcopo Waradiensi prelato suo . . idem Johannes filius Ladislai . . confessus est, quod ipse urgente quadam necessitate, possessionarias porciones in possessionibus infrascriptis, quas olim idem Ladislaus pater suus Johanni filio Michaelis de Zelemer impignoraverat, et quas ipse a Petro filio eiusdem Johannis redemisset, videlicet in Ladan, Bayon et Gwrbey habitas, eidem domino episcopo pro decem marcis grossorum, marcam quamlibet quinquaginta grossis computando, plene receptis et habitis ab eodem . . impignoravit coram nobis, ita videlicet, quod quandocunque ipse easdem redimere voluerit . . idem (dominus episcopus pro) sua pecunia capitali cum promtis denariis seu grossis easdem possessionarias porciones sibi restituere tenebitur absque difficultate aliquali. Datum sabbato proximo post festum Egidii abbatis, anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo primo.

Zsigmond királynak 1423-ik évi junius 15-én kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 856. 6. dipl. oszt. 11294. Közli: Kovács N.

313.

1351. Buda, sept. 13. I. Lajos király meghagyja a jászóvári prépostnak, hogy jászai és somodi jobbágyaitól a Feketeerdő nevü birtok használatában a szepsi polgárokat háborgattatni ne engedje.

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod . . Johannes plebanus et Jacobus civis iuratus de Scepsy suis et universorum civium ac hospitum nostrorum de eadem Scepsy vice et nominibus ad nostre serenitatis accedentes presenciam, nobis in eorum querimoniis detexerunt, quod ipsi silvam nostram regalem Feketewerdew vocatam, ex impedimento et prohibicione diversorum hominum vicinorum et commetaneorum ipsorum, et specialiter ex *parte* prepositi de Jazou et populorum ac

hospitum de Somugy et de eadem Jazow, uti non valerent, sed pluries molestarentur et prohiberentur ab usu silve nostre regalis prenotate; per quod ipsi nimium aggravati desolaciones non modicas et multimoda incommoda paterentur; supplicantes nostre maiestati . . ut eorum paupertatibus et necessitatibus misericorditer compacientes, ipsis . . predictam silvam nostram regalem Feketewerdow vocatam, specialiter a parte predictarum possessionum Somugy et Jazow nominatarum, committere dignaremur eisdem ad utendum. Nos itaque utilitati commodose predictorum fidelium civium et hospitum nostrorum de Scepsy invigilantes, peticionibus eorumdem Johannis plebani et Jacobi civis iurati in personis fidelium civium et hospitum nostrorum sepedictorum nobis porrectis clementer exauditis, ipsam silvam nostram Fekeutewerdou nuncupatam, eisdem ex nostra circumspecta providencia libere commisimus ad utendum; ita, ut nullus hominum et specialiter prepositus de Jazow ipsos ab usu predicte silve, specialiter a parte possessionum Somugy et Jazow predictarum, molestando valeat prohibere. Vobis itaque preposito de Jazow et universis hominibus cuiuscunque condicionis, specialiter populis de Somugy et de eadem Jazow . . mandamus, quatenus predictos cives et hospites nostros de Scepsy racione usus predicte silve nostre, specialiter a parte predictarum possessionum Somugy et Jazow, nullo modo presummatis prohibere vel arestare . . Datum Bude, feria tercia proxima post festum Nativitatis virginis gloriose, anno domini M^mo CCC^mo L^mo primo.

A szepesi káptalannak 1359. máj. 3-án »Jacobus iudex ac Henchmannus iuratus civis de Scepsy« kérelmére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 625. 29. dipl. oszt. 4220. Közli: Kovács N.

314.

1351. Bács város mellett, sept. 24. Miklós nádor, Bács Szerém és Valkó vármegyék részéről tartott közgyülésen, az ezen megyékben szedendő kamara haszna dolgában intézkedik.

Nos Nicolaus . . palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod in congregacione nostra generali, universi-

tati nobilium comitatus Bachiensis, feria secunda proxima post octavas festi Nativitatis virginis gloriose prope civitatem Bachiensem celebrata, magister Petrus filius Pauli filii Thome dicti Aranyas de Horwati pro universitate nobilium comitatus de Walkow . . item universitas nobilium comitatus Bachiensis universi universaliter et singuli singulariter, eo quod congregacionem in medio ipsorum universitati eorum pro quibuslibet furibus latronibus et malefactoribus exterminandis, necnon pro communi iusticia pro quibusdam querelantibus impendenda celebrare habebamus, item magister Stephanus filius Georgii condam bani cum quibusdam nobilibus comitatus Scyrimiensis pro tota universitate nobilium eiusdem comitatus Scyrimiensis, in nostram exsurgentes presenciam, querulose proposuerant eo modo, quod ipsi prout auditu percepissent, honorabile capitulum ecclesie de Kew comiti camararum domini nostri regis, tales literas emanare fecissent et emanatas eidem comiti camararum domini regis tradidissent, quod ipsi in presencia eiusdem capituli comparendo, obligantes se assumsissent, ut ipsi ex parte quorumlibet iobagionum suorum de singulis curiis seu mansionibus racione lucri camere ipsius domini regis quadraginta denarios banales vel viennenses dare et solvere assumsissent. Quas quidem literas si idem capitulum dicti comiti camare regie dedissent vel ne, ignorarent, sed ab eodem capitulo sciscitari vellent de dacione literarum predictarum; cum tamen ipsi ad confessionem premisse composicionis vel concordie dacionis quadraginta denariorum viennensium vel banalium nec personaliter comparuerint, nec procuratorem eorum transmiserint ad capitulum prenotatum, nec eciam ex eorum consilio et consensu ac voluntate, si sunt litere aliquales ad premissa composicionario modo obligatorie extiterint emanate. Quo percepto, quia magister Ladislaus concanonicus dicti capituli de Kew pro eodem capitulo . . comparendo adtunc ad premissa absque requisicione ipsius capituli, licet procurator eorum extiterit, respondere se non posse allegarat, sed in congregacione nostra generali universitati nobilium comitatus Scyrimiensis feria secunda proxima ante festum beati Michaelis archangeli celebranda, matura deliberacione inter se prehabita, ipsum capitulum ad premissa respondere promtum assumserat

et paratum, pro eo ad dictam congregacionem nostram in ipso comitatu Scyrmiensi celebrandam, ad peremtoriam responsionem contra predictos nobiles et alios trium comitatuum predictorum faciendam duximus prorogandam. Qua quidem congregacione nostra dicte universitati nobilium comitatus Scyrmiensis dicto die celebranda occurrente, legitimis procuratoribus nobilium predictorum trium comitatuum ad premissa per ipsum capitulum responsionem de predictarum literarum dacione sibi dari iuridice postulantibus, iamdictus magister Ladislaus canonicus et legitimus procurator dicti capituli de Kew . . pro eodem capitulo talem dedit responsionem, quod verum siquidem, licet dicti nobiles aliique cuiusvis dignitatis et status homines dictorum trium comitatuum nec personaliter comparuerint, nec procuratorem eorum ad premissa confitenda transmiserunt, attamen ipsum capitulum visis literis regalibus, regio edicto exortante, homini regio ad exigendum lucrum camere per regiam benignitatem assignato, discretum virum Petrum prepositum ipsius ecclesie pro idoneo testimonio ipsum capitulum assignasset, sed utrum ipse prepositus personaliter ad ipsum (. . . . . .) peragendum accesserit, vel alium in sui nomine transmiserit, ignoraret, sed per assercionem et affirmacionem hominis regii et testimonii ipsorum, prout (. . . . . .) regii et eorum testimonium ad ipsorum presenciam reversi confessi fuissent, literas ipsorum idem capitulum de Kew contra universos nobiles et alios cuiusvis condicionis et status homines possessiones habentes comitatuum Bachiensis et Scyrimiensis predictorum fecissent emanare et concessissent, eo modo, ut predicta universitas nobilium et alii cuiusvis condicionis et status homines comitatuum Bachiensis et Scyrimiensis predictorum, possessiones habentes cum eodem comite camere regie de singulis mansionibus seu curiis iobagionum suorum ad ipsos pertinencium, in quadraginta denariis banalibus vel viennensibus pro lucro camere ipsi comiti camere pro solvendis convenissent et pactando solvere assumsissent, sed universi nobiles et alii cuiusvis dignitatis et status homines comitatus de Walkow, nullam convencionem seu concordiam de lucro camere persolvendo cum eodem comite camere regie peregissent et fecissent ultra convencionales literas super facto locacionis

camerarum regalium et exactores lucri camere regie maiestatis, ex eoque nullas literas super aliquali concordia contra nobiles et alios cuiusvis status et dignitatis homines possessiones habentes ipsius comitatus de Wolkou dedissent comiti camerarum regalium predictarum. Datum sexto die congregacionis nostre predicte, in loco antedicto, anno domini M^mo CCC^mo L^mo primo.

Eredetije hártyán, hátlapján pecsét maradványaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1530. 3. dipl. oszt. 4221. Közölve néhai Vincze Gábor másolatából.

315.

1351. Gömör, oct. 3. Zegy Miklós az országbíró rovója, bizonyos bírságot Kun Miklósnak elenged.

Nos Nicolaus de Zegy exactor iudiciorum comitis Thome iudicis curie . . damus pro memoria, quod nos Nicolaum dictum Kun super iudiciis iudiciorum gravaminibus, in quibus contra Johannem et Petrum filios Benedicti de Chuntnuk (így), eidem Nicolaum dictum Kun duximus relaxandam, reddentes eundem Nicolaum super premissis iudiciis tribus marcis, salva tamen porcione partis adverse, eidem de ipsis proveniente, expeditum pariterque absolutum. Datum in Ghwmur feria secunda post festum beati Michaelis archangeli, anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo primo.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt kincst. oszt. N. R. A. 51. 49. dipl. oszt. 24,474. Ugyanott őrzik Miklós nádornak 1351. sept. 30-án kelt bírságoló levelét csetneki László egyik jobbágya részére, Szalonai Lóránt fia Bartha ellen; dipl. oszt. 4222. Közli: Kovács N.

316.

1351. oct. 8. A jászai convent előtt Somosi Ivánka és Egyed fiai bizonyos emberölési díj megfizethetése végett Téhány nevü Abauj vármegyei és Megyer nevü Zemplén vármegyei birtokukat Pethewch fiának Jánosnak örök áron eladják.

Nos Nicolaus prepositus et conventus monasterii beati Joannis Baptiste de Jazou memorie commendamus, quod cum iuxta continenciam literarum . . Thome iudicis curie . . Johannes filius Iwanka de Sumus in octavis festi beati Michaelis archangeli, et Nicolaus filius Egidii de eadem Sumus in quindenis festi predicti beati Michaelis archangeli, quilibet ipsorum quinquagesimo se nobilibus super morte seu interfeccione Stephani filii Thome fratris Kayol de predicta Sumus sacramentali deposicione se expurgari debuissent coram nobis, tandem ipsis octavis occurrentibus, idem Joannes filius Iwanka et Nicolaus filius Egidii ac Thomas frater Kayol coram nobis personaliter constituti, dictum nobis exstitit . . quod ipsi super morte seu interfeccione Stephani filii ipsius Thome, ordinacione proborum nobilium virorum intervenientibus et induccionibus . . ad talem pacis et concordie . . unionem devenerunt coram nobis, quod pro omnimoda satisfaccione seu interfeccione Stephani filii predicti Thome fratris ipsorum patruelis, et redemcione et liberacione capitis ipsorum, quasdam possessiones ipsorum Thyhan in comitatu Abawyuar, et Megyer in comitatu Zemlynensi existentes, que quondam a magistro Pethewch in manus magistri Petri filii Georgii et suorum successorum, videlicet Egidii et Iwanka patris ipsorum exstitissent devolute, magistro Johanni filio Pethewch similiter coram nobis astanti pro centum marcis, quas prefato Thome pro homicidio dicti Stephani prefatus magister Johannes solvere teneretur, et quia eciam pro quodam facto potenciali idem magister Johannes filius Pethewch preposito ecclesie Myslensis centum marcas, et pro homicidio seu morte Johannis filii Petri hominis popularis de Bogdan, per eundem Nicolaum filium Egidii interemti, tredecim marcas pro eodem Nicolao filio Egidii plene et integre persolvisset, ideo dictas possessiones cum omnibus . . per-

tinenciis ad easdem spectantibus, nullum ius . . pro se et suis successoribus reservantes, ipsi magistro Johanni filio Pethewch in filios filiorum . . irrevocabiliter possidendas . . resignassent . . ita videlicet, quod eciam dictas possessiones Thyhan ac Megyer titulo impignoracionis quovismodo existentes pro se redimere et liberare teneretur (. . . . . .) Datum tercio die predictarum . . CCC° L^mo primo.

Végén elrongyolt papíron; hátlapján pecsét töredékeivel: eredetije az orsz. lt. dipl. oszt. 4717. Közli: Kovács N.

317.

1351. Szentimre, oct. 9. Egyed erdélyi alvajda az erdélyi káptalant kiküldi, hogy Gyaktelke nevü birtokba Simon bán fiát iktassa be.

Capitulo ecclesie Transsilvane . . Egidius vicevoyvoda Transsilvanus . . cum in presentibus octavis festi sancti Michaelis archangeli proxime nunc preteriti magister Nicolaus filius Simonis bani possessionem Gyaktelke vocatam, que per tradicionem condam fratrum suorum, videlicet Petrum Johannem et Simonem filios Michaelis fratris eiusdem magistri Nicolai, absque permissione sua emcionis titulo ad manus Stephani et Georgii filiis Ladislai ac Ladislai filii Emirici mediantibus literis nostris privilegialibus fuisset devoluta, ab eisdem Stephano Georgio et Ladislao nomine sui iuris hereditarii reacquisiverint et iuris ordine coram nobis reoptinuerint, et ad statuendum eandem ipsi magistro Nicolao vestrum testimonium plurimum existat necessarium, igitur discrecionis vestre amiciciam . . petimus . . quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Nicolaus dictus Fudur vel Joannes Wamus altero absente famulus et homo noster ad hoc specialiter de curia nostra transmissus, ad faciem prenominate possessionis Gyaktelke accedendo, convocatisque omnibus vicinis suis et commetaneis . . cum . . pertinenciis universis . . contradiccione eorumdem Stephani Georgii et Ladislai non obstante, statuat eandem ipsi magistro Nicolao, iure

quo ad ipsum dinoscitur pertinere possidendam, salvo iure, alieno si per aliquem alium non fuerit contradictum; si qui vero alii contradictores apparuerint, citet eosdem contra ipsum magistrum Nicolaum ad nostram presenciam ad terminum competentem; et post hec seriem ipsius statucionis . . nobis . . rescribatis. Datum in Sancto Emerico, quarto die termini supradicti, anno domini M° CCC^mo L^mo primo.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. dipl. oszt. 30656. Közli: Kovács N.

318.

1351. Sáros, oct. 10. Sáros vármegye alispánja és szolgabirái előtt Komlósi András fia Pál, és Chel fiai, Kapronca nevü birtok végében bizonyos földterületet Komlósi Miklósnak és Péternek egy évi használatra átadnak.

Nos magister Nicolaus vicecomes magistri Simonis, et iudices nobilium de Sarus . . significamus . . quod Paulus filius Andree de Komlos personaliter cum Stephano Andrea et Ladislao filiis Chel in etate tenera constitutis ex una, et Nicolao filio Petheu ac Petro filio Andree de eadem parte ab altera coram nobis personaliter constitutus, propositum nobis extitit per eosdem . . quod ipsi super discordia inter ipsos habita per ordinacionem magistri Petri dicti That Johannis et Nicolai filiorum Stephani de Fyntha ac Petri filii Synka et aliorum proborum hominum taliter concordassent, quod predictus Paulus filius Andree cum dictis filiis Chel, quandam particulam terre in fine possessionis Kaprancha habitam, quam ipse Paulus cum dictis filiis Chel suo usui occupaverat, prefatis Nicolao filio Petheu et Petro filio Andree usque ad annualem revolucionem a data presencium resignassent, et coram nobis ipse Paulus resignavit et remisit, et universas literas super ipsa particula terre litigiosa ab anni curriculo inter ipsos emanatas cassatas relinquerunt; post revolucionem autem unius anni, si qua parcium ab alio aliquam particulam terre rehabere voluerint, non aliter nisi ordine iudiciario prose-

quendo possit rehabere; super facto autem vulneris ipsius Pauli et famuli sui ac famulorum dicti Nicolai et Petri filii Andree, ad arbitrium proborum hominum per partes adductorum se commisissent, ut quidquid ipsi homines ipsa vulnera videndo inter ipsos ordinarent, ambe partes acceptare tenerentur, et si qua parcium de premissa ordinacione in parte vel in toto resiliret, pena subcubitus duelli facti potencialis convicta haberetur. Datum in Sarus, feria secunda proxima post octavas festi beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCC^mo quinquagesimo primo.

Hátlapján öt pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban a sóvári Soós cs. ltárában. Közli: Kovács N.

319.

1351. oct. 12. Az országbíró rovója, valamint Zemplén vármegye alispánjai és szolgabírái bizonyítják, hogy Vid fiainak Jánosnak és Lorántnak Hegyi és Scachan nevü birtokaikat Butkai Miklós fia Pál és ennek fiai a bírói zálogból kiváltották.

Nos magister Thomas exactor iudiciorum magnifici viri comitis Thome iudicis curie regie ac vicecomites et iudices nobilium de Zemlen, memorie commendamus, quod cum iudicia centum marcarum, in quibus convicti exstiterant Lorandus et Joannes filii Viti, a data presencium, cum ivissemus ad exigenda iudicia predicta iuxta continenciam registrorum comitis Thome iudicis curie regie cum homine regio et testimonio conventus de Jazow ad facies porciones possessionarias ipsorum Rasca et Eghasasrasca Hegi et Scachan vocatis (így), res non inveniendo pro dictis iudiciis nobis statuerunt porciones possessionarias ipsorum regni consvetudine in his dictis villis in porcionem ipsis cedentem, vicinis et commetaneis convocatis, ipsorum autem in presencia nullus redimere volens, excepto Paulo filio Nicolai et filii sui Stephani et Johanne de Butca, a data presencium coram nobis comparuerunt et allegabant redimere in duabus villis Hegi et Scachan vocatis porcionem ipsorum nobis statutas, et quia eis attinebat causa proprietatis

et vicinitatis, idcirco redemit a nobis pro decem et septem marcis compoti Budensis, scilicet cum quatuor florenis porcionem ipsorum Johannis et Lorandi filiorum Viti in his duabus villis predictis, tali condicione, quod quandocunque poterint redimere predicti Joannes et Lorandus, tunc teneantur predicti Paulus et filii sui reddere sine aliqua occasione. Datum secunda feria proxima ante festum sancti Galli, anno domini M° CCC^mo L^mo primo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 950. 4. dipl. oszt. 4224. Közli: Kovács N.

320.

1351 Buda, oct. 13. Miklós nádor előtt Csetneki Benedek fia Péter, néhai Domokos nádor fiának Pásztói Nagy Domokosnak fia István vérdíja fejébe ötven márkát, fizet.

Nos Nicolaus . . palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod cum iuxta continenciam priorum literarum nostrarum patencium composicionalium, nec non aliarum prorogatoriarum, ad literatorium mandatum regium emanatarum, magister Petrus filius Benedicti de Chethnuk in octavis festi beati Michaelis archangeli de ducentis marcis, marcam quamlibet quinquaginta sex grossis computando, quinquaginta marcas in estimacione condigna promtos denarios valente, magistro Dominico magno de Paztuh filio Dominici quondam palatini, racione mortis seu homicidii Stephani filii sui, coram nobis solvere debuisset, tandem ipsis octavis festi beati Michaelis archangeli adherentibus, idem magister Petrus ad nostram personaliter accedendo presenciam, dictas quinquaginta marcas compoti prenotati, eidem magistro Dominico simili modo personaliter adherenti, plene persolvit et integre, ut debebat; super quibus quidem quinquaginta marcis premisse racionis, idem magister Dominicus dictum magistrum Petrum reddidit et commisit coram nobis expeditum vigore presencium mediante. Datum Bude, octavo die termini prenotati, anno domini M° CCC^mo quinquagesimo primo.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1537. 48. dipl. oszt. 4226. Közli: Kovács N.

321.

1351. Gömör, nov. 14. Simon váli lelkész, az esztergomi érsek vicariusának azon meghagyására, hogy mivel a király lithvániai hadbaszállásának végnapja nincs kitüzve, a Malahi Pál nejét Erzsébetet és Dobaz Mihály nejét Ilonát illető leányi negyed és hitbér kiadása végett Szkárosi Miklóst és fiait a szent Márton napi nyolczadokra idézze meg, jelenti, hogy a meghagyásnak eleget tett.

. . magistro Dominico preposito ecclesie beati Thome martiris de Strigonio vicarioque . . Nicolai . . archiepiscopi Strigoniensis in spiritualibus generali, domino suo honorando, dominus Simon rector ecclesie de Vaal . . Noveritis me literas vestre discrecionis . . recepisse in hec verba: Nos Dominicus prepositus ecclesie sancti Thome martiris de promontorio Strigoniensi, venerabilisque . . Nicolai . . archiepiscopi Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui in spiritualibus vicarius generalis, vobis viro discreto domino Simoni rectori ecclesie de Vaal sinceram in domino caritatem. Noveritis, quod nos causam inter dominas Elizabet uxorem Pauli filii Puthuh de Malah et Elenam uxorem Michaelis dicti Dobaz ab una, et Nicolaum filium Nicolai de Scarus, Ladislaum et Stephanum filios suos parte ex altera, super facto quarte puellaris et dote coram nobis motam, ex precepto eiusdem domini nostri archiepiscopi ad vigesimum secundum diem residencie exercitus regii ad partes Lithvanorum moti duxissemus prorogandam, ipsumque exercitum regium nullam habeat residenciam; ideo vobis in virtute sancte obediencie firmiter precipientes damus in mandatis, quatenus statim receptis presentibus (. . . . . .) do, predictos Nicolaum filium Nicolai et filios suos (. . . . .) dandam filialem (így) discussionem, super factis (. . . . . .) contra predictas dominas ad nostram cites presenciam (. . . . . .) octavas beati Martini confessoris nunc venturas (. . . . . .) eisdem (. . . . . .) comparendi assignando, secus non facturi. Datum (. . . . . .) in octavis festi beati (. . . . . .) anno domini M° CCC^mo^ quinquagesimo primo. Nos igitur (mandatis) vestre discrecionis optemperantes (ut tenemur), iuxta continenciam predictarum literarum vestra-

rum, secundo die festi beati Martini confessoris, sabbato scilicet, ad predictam possessionem Scarus accedendo, preallegatos Nicolaum filium Nicolai et filios suos quemlibet eorum in propriis eorum possessionariis porcionibus, contra pretitulatas dominas evocavi ad vestram presenciam ad audiendam filialem discussionem prenotatam, predictasque octavas festi beati Martini confessoris ipsis partibus pro termino assignando; propter absenciam vero sigilli nostri sub sigillo discreti viri domini Andree vicearchidiaconi Gumuriensis vestre discrecioni transmisimus. Datum in Gumur, feria secunda proxima post octavas festi Omnium Sanctorum, anno supradicto.

Papíron, zárlatán monorú gyűrűs pecséttel; eredetije a N. Muzeumban a Hamvay cs. ltárában.

322.

1351. Körös, nov. 14. Körös vármegye ispánja és szolgabirái Kalmer fiát Mihályt bizonyos bírság megfizetéséről nyugtatják.

Nos magister Petrus filius Michaelis comes Crisiensis et castellanus de maiori Kemluk, comites Dionisius filius Cosme, Bartholomeus filius Mark et Stephanus filius Stephani iudices nobilium significamus . . quia magister Michael filius Calmery de omnibus suis iudiciis et iudiciorum gravaminibus quibuscunque, in causa Johannis filii Nicolai contra ipsum mota oneratus et aggravatus exstitisset, tam nobis, quam adversario suo congruam satisfaccionem exhibuit et impendit, ideo tam nos de nostra iudiciaria porcione, quam idem Johannes de sua, super premissis iudiciis et iudiciorum gravaminibus penitus et omnino ipsum magistrum Michaelem presencium auctoritate mediante reddidimus expeditum. Datum in Crisio, feria secunda proxima post festum beati Martini confessoris, anno domini M° CCC^mo L^mo primo.

Hátlapján négy pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 382. 17. dipl. oszt. 4229. Közli: Kovács N.

323.

1351. nov. 23. A budai káptalan előtt a pilisi remete szent László szerzetesek a borosjenei határban egy szőllejüket a budai clarissáknak eladják.

Capitulum Budensis ecclesie . . ad universorum . . noticiam . . volumus pervenire, quod . . fratres Sebastianus prior fratrum heremitarum de claustro sancti Ladislai regis et confessoris in Pylis, et Johannes conversus pro se personaliter, et vice et nominibus omnium fratrum de eodem ab una, ac Andreas literatus vicecastellanus de Veteri Buda vice et nomine domine nostre domine Elisabeth . . regine parte ab altera coram nobis constituti, iidem fratres Sebastianus prior et Johannes dixerunt . . quod ipsi cum omnibus fratribus de predicto claustro sancti Ladislai, matura deliberacione prehabita inter se et stabilita, de religiosi viri fratris Nicolai dicti de Patha provincialis fratrum heremitarum per totum regnum Hungarie et priorum claustrorum de eodem ordine consensu et benevolencia, quandam vineam ipsorum, eisdem titulo concambii devolutam, et usque nunc per ipsos et eorum predecessores quiete et pacifice possessam, in territorio ville Burusyeno in monte Sumulmal vocato, in vicinitatibus vinearum Stephani et Demetrii filiorum Bede ab una parte, et Dominici fratris Leukus ex alia existentem, que Barathkazelo nuncuparetur, cum omnibus suis . . pertinenciis, loco scilicet torcularis, via, terris cultis et incultis . . tum ea racione quia eandem propter eorum penuriam culturis congruis colere non possent, tum eciam propter magnas predicti claustri et fratrum necessitates, predicte domine regine et per eam . . sanctimonialibus ordinis sancte Clare de claustro virginis gloriose in Veteri Buda, pro quibus eadem reginalis clemencia precio infradicendo ab eisdem comparasset eandem, pro quatuordecim marcis compoti Budensis . . iure perpetuo . . vendiderunt coram nobis . . possidendam, nihil iuris nihilque proprietatis . . sibi vel eorum successoribus . . reservantes, sed totum ius et dominium eiusdem eidem domine regine et dictis sanctimonialibus tradiderunt ex integro; assummentes nihilominus, quod quicunque . . racione predicte vinee ipsam dominam reginam vel prefatas

sanctimoniales inquietare niteretur, ipsi et eorum successores defendere et expedire eorum propriis laboribus et expensis tenerentur. Datum per manus magistri Dionisii lectoris ecclesie nostre, quarta feria proxima ante festum beate Katherine virginis et martiris, anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo primo; presentibus . . magistris Petro cantore, Johanne custode, Ladislao, Emerico, Petro, Michaele, Cosma, Joanne et aliis canonicis in eadem ecclesia nostra deo devote famulantibus.

A pecsét veres selyem sodraton függ, fölül chyrographummal: eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Monial. Vet. Bud. 20. 5. dipl. oszt. 4230. Ugyan e tárgyra vonatkozik »frater Sebastianus prior fratrum heremitarum de claustro sancti Ladislai regis et confessoris« egy nappal később kiadott hasonló szövegű fassionalis levele, melynek eredetije megvan szintén az orsz. lt. kincst. oszt. Monial. V. Bud. 20. 50. dipl. oszt. 4231. Közli: Kovács N. Rövid kivonatát adja Fejér i. m. IX. 2. 128.

324.

1351. nov. 30. A carthausi szerzetes rend főnöke Lechnicz nevü birtokot a szent Antal-völgyi carthausi szerzetes háznak átéli.

Nos Petrus Churde vallis sancti Mauricii (et) throni sancte Marie domorum priores ordinis Cartusiensis pro tunc Almannie superioris visitatores, universis presencia conspecturis publicetenus confitemur, quod causam inter domum Lapidis Refugii et domum vallis sancti Anthonii eiusdem professionis, super possessione cuiusdam ville Lechnych nuncupate. cum omnibus suis appendiciis, nobis a nostro generali capitulo ad disbrigandum commissam, diligenter discuciendo determinavimus finem debitum imponendo; perspectis siquidem studiose literis utriusque domus super donacione dicte ville confectis, iusto racionis libramine cognovimus perpendentes prefatam villam a Kokas comite filio Ricolphi priori et fratribus de Lapide fuisse quidem oblatam, sed pro fundacione claustri nondum fundati postea vallis sancti Anthonii nuncupati donatam:

quapropter ex sinceritate consciencie adiudicamus eandem villam cum cunctis eius attinenciis, a priore ac conventu vallis sancti Anthonii tamquam sibi vere propriam quieto iure ac libere possidendam; ideoque auctoritate generalis capituli nobis in hac parte commissa, precipimus eosdem, priorem videlicet et conventum vallis sancti Anthonii super restitucione sepedicte ville cum suis circumstanciis a priore ac conventu Lapidis Refugii qualicunque modo nullatenus molestari, harum testimonio literarum sigillorum nostrorum appensionibus munitarum. Anno domini Millesimo CCC^mo^ quinquagesimo primo, in die sancti Andree apostoli.

A szepesi káptalannak 1355. mart. 1-én »Theodoricus prior domus vallis sancti Anthonii in districtu Donaiz ordinis Cartusiensis« kérelmére »religioso viro fratre Herbordo priore Lapidis Refugii in sua ac conventus sui personis omnia et singula in predictis literis contenta ratificante et adprobante« kiadott átiratából, melynek felül chyrographhummal s veres selyem sodraton függő pecséttel ellátott eredetije megvan az orsz. lt. dipl. oszt. 30,657. Közli: Kovács N.

325.

1351. dec. 5. A zágrábi káptalan előtt Fyach fia György kamarchai nemes, Mogerszenthefölde nevű birtokát Lendvai Miklós zalai főispánnak eladván, a káptalan kiküldöttje által az eladott birtok határát megjáratja.

Nos capitulum Zagrabiensis ecclesie significamus . . quod Georgius filius Fyach filii Georgii dicti Gerek nobilis de Kamarcha in nostri presencia personaliter constitutus, quandam possessionem suam totalem Mogerscenthefeulde vocatam in eadem Kamarcha existentem, titulo emcionis et acquisicionis ad ipsum devolutam, metis infrascriptis conclusam et comprehensam, cum omnibus . . suis pertinenciis . . sicut eam ipse tenuit et possedit . . confessus est se vendidisse . . magnifico viro domino Nicolao condam totius Sclavonie bano, nunc vero comiti Zaladiensi, et per eum suis heredibus pro septuaginta duabus marcis denariorum latorum viennensium, marcam quamlibet cum quinque pensis computando . . iure perpetuo . . possidendam . . nil

iuris nilque proprietatis aut dominii dictus Georgius sibi in eadem reservando, sed totum ius et proprietatem eiusdem possessionis in eundem dominum banum et suos heredes . . transferendo; verum quia nostri moris existit in huiusmodi vendicionibus possessionum metas ipsarum per nostros homines fidedignos reambulare et limitare, ideo nos ad metas ipsius possessionis erigendas et reambulandas . . magistrum Michaelem socium et concanonicum nostrum transmisimus, qui demum .. retulit, quod ipse convocatis vicinis et commetaneis ipsius possessionis universis et presentibus, et in nullo contradicentibus, metas dicte possessionis reambulasset, quarum metarum cursum demum ad nos apportavit; que quidem mete hoc ordine protenduntur: videlicet prima meta incipit a parte orientali in capite fluvii Morovchafeu vocati, ubi est quedam arbor gertyanfa cruce signata meta terrea circumfusa, inde vertitur ad quandam viam dictam Colomani regis, que vadit inter villas Jagnedowch et Rouische, et per eandem viam procedendo pervenit ad quandam magnam viam que procedit de villa Reuche vocata versus Kapronchaṁ, deinde per eandem viam magnam in modico spacio declinat ad dextram partem ad plagam orientalem et pervenit ad dictam viam Colomani regis, inter quas vias est arbor bikfa cruce signata meta terrea circumfusa, abinde per eandem viam ad partem orientalem procedendo, pervenit ad terram Petri filii Martini supra vallem Draganwelg vocatam, ubi existunt quedam arbores due bik et hasfa cruce signate meta terrea circumfuse, deinde per eandem viam procedendo ad partem orientalem, pervenit ad quandam viam, que de valle Draganwelg vocata procedit versus fluvium Velika et pervenit ad partem meridionalem ad quandam semitam ubi existit arbor bikfa cruce signata, ubi sunt commetanei Markus Martinus et Dionisius filii Elleus, deinde procedit ad terram dictorum filiorum Ellews ad partem dextram per quandam viam antiquam et pervenit ad quendam monticulum Prodnagoncha vocatum, ubi est quedam arbor bikfa cruce signata meta terrea circumfusa, abinde per eandem viam antiquam procedit versus partem meridionalem in vicinitate terre hominum castrensium de eadem Reucha et pervenit ad viam inter duas vineas existentem, inter quas est arbor harazth cruce si-

gnata meta terrea circumfusa, quarum vinearum una ad dextram partem sita, in terra predicti Georgii filii Fyas existit, alia vero in sinistra parte habita, pertinet ad terram dictorum hominum castrensium; inde procedit infra versus partem meridionalem et pervenit ad arborem bikfa cruce signatam meta terrea circumfusam, ubi est quedam vallis Malabelohouschina, et per eandem vallem versus meridiem procedendo pervenit ad fluvium Velikabelohouschina vocatum. inde procedit per quandam vallem versus meridiem supra ad montem, et pervenit ad arborem harazth cruce signatam meta terrea circumfusam, inde vadit versus occidentem supra dictum montem et pervenit ad quandam semitam que est in monte ibi Chazlo vocato, et per eandem semitam vadit infra versus meridiem in bono spacio et pervenit ad metam terream in capite fluvii Polevna vocati existentem, deinde declinat ad vallem ad sinistram partem, et per dictam vallem versus meridiem procedit et cadit in dictum fluvium Velika, abinde per ipsum fluvium in magno spacio procedit et cadit in fluvium Bozovech vocatum, ibique terminatur. In qua quidem reambulacione predictus magister Michael dixit ibi fuisse Iwan filium Pauli comitem terrestrem de eadem et Petrizlaum filium Mark voivodam de eadem, qui quidem dicte reambulacioni in nullo contradixerunt imo eorumdem consensum prebuerunt. In quorum premissorum testimonium presentibus duximus sigillum nostrum apponendum. Datum feria secunda proxima ante festum beati Nicolai confessoris, anno domini M° CCC^mo L^mo primo.

A pecsét elveszett; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 441. 29. dipl. oszt. 4232. Közli: Kovács N.

326.

1351. Buda, dec. 6. I. Lajos király előtt Meggyesi Móricz leánya Anna Báthori Lászlóné, elismeri, hogy öt fivére Simon, pozsonyi győri és bakonyi ispán, leányi negyed illetőségére nézve Somlyó várának a Kraszna folyó mellett s az ahoz tartozó öt falunak, valamint Miklóslaka nevü birtoknak Erdélyben Fehér megyében a Maros folyó mellett, átadásával kielégitette.

Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie . . significamus . . quod viris nobilibus magistris Ladislao filio Johannis filii Briccii de Batur cum sufficientibus capituli Waradiensis procuratoriis literis pro nobili domina Anna vocata consorte sua filia videlicet magistri Mauricii de Medyes ab una, et magnifico viro Simone filio eiusdem Mauricii fratre dicte nobilis domine uterino, Posoniense Jauriense et Bokoniense comite . . parte ab altera, coram nobis personaliter constitutis, propositum . . exstitit per eosdem, quod in causa, quam eadem nobilis domina Anna racione quarte filialis et omnium suorum iurium in possessionibus aviticis paternis, ac per nobilem dominam olim consortem magnifici viri Nicolai voivode Transsilvani avum et avam eorumdem ipsis iure naturali geneloye (igy) seu cuiusvis titulo iuridico devolutis contingencium, in presencia . . Thome iudicis curie nostre et comitis de Turuch movere intendisset, et aliquamdiu inter ipsos ventilata perdurasset, tandem tamen, ut commode et deinceps omnis discolositatis litis et materia quescionis de medio eorumdem radicitus evelleretur, pulchreque pacis concordie inviolabilis perseveret inter ipsos integritas, pariterque plenitudo, ex nostre regie maiestatis beneplacito et consensu, ordinantibus et componentibus . . Nicolao Strigoniensi, Dionisio Colocensi archiepiscopis, Nicolao Agriensi et Demetrio Waradiensi eadem gracia ecclesiarum prelatis . . Nicolao filio Gyleny (igy) palatino et iudice comanorum, Stephano bano tocius Sclavonie, Nicolao Konth voivoda Transsilvano et comite de Zonuk, comite Thoma iudice curie nostre predicto, ac Oliverio magistro tavarnicorum nostrorum, ad talem pacis et concordie devenissent unionem perenniter duraturam, quod eadem nobilis domina

Anna, omnia sua tam possessionaria quam et alia iura modo quo supra ipsam contingencia, in possessionibus aviticis paternis et ab ava devolutis, eisdem, ipsi magistro Simoni fratri suo et suis heredibus, tum ob amorem intime fraterne dileccionis, tum eciam ob condicionem infrascriptam relaxasset et remisisset et coram nobis in perpetuum idem procurator resignavit, omnem iuris proprietatem et dominii sui excipiendo de eisdem; idemque magister Simon filius Mauricii in omnimodam satisfaccionem resignacionis et remissionis iurium premissorum, quoddam castrum suum Somlyo vocatum, prope fluvium Karazna existens, cum possessionibus ad idem pertinentibus et villis Somlyo, Perechun, Chehy, Gyurgteluke, Hydueg vocatis, cum tributo in eadem Hydveg exigi consveto, item possessionem Myklouslaka in partibus Transsilvanis iuxta fluvium Morus in Albensi sitam comitatu, cum omnibus . . pertinenciis, sub eisdem metis et terminis, quibus per eundem habite exstiterunt et possesse, memorate nobili domine Anne sorori sue karissime et per eam suis heredibus . . nil iuris nilque dominii sibi in eisdem et suis posteris reservando . . contulisset et coram nobis . . contulit iure perpetuo . . possidendas . . tali vinculo per partes assumto, quod si ipsa domina Anna vel sui heredes utriusque sexus solacio destituerentur liberorum, extunc memoratum castrum et possessiones superius nominate in ius et proprietatem eiusdem magistri Simonis vel suorum successorum, non obstante aliquo litis intermedio, revolverentur . . possidende. Si vero ipsum magistrum Simonem vel ipsius heredes absque sobolis procreacione sexus communis modo simili destitui contingeret, quod absit, omnes possessiones et iura eandem dominam Annam modo premisso contingencia, et que ob personam domine ave sue in possessionibus Medyes et Ezdench vocatis possent contingere iure successionis, in proprietatem et dominium dicte nobilis domine Anne suorumve heredum sexus utriusque devolverentur; preterea quia avus et pater magistri Simonis aliquas particulares possessiones de possessionibus ad ipsum Somlyo pertinentibus abscisas, scilicet Vylak, Sudak et Nicolao germano eiusdem, item possessionem Zech, Ladislao et Petro contulisset perpetuo iure pro fidelitatibus eorumdem, ipsas Vylak et Zech possessiones sub eisdem

metis et terminis quibus donate exstitissent, et prout instrumenta eorumdem confecta super donacione demonstrant, nil addendo, nil minuendo, ipsis nobilibus pari voto reliquissent possidendas; assumsit eciam idem magister Simon et suos obligavit successores, dictam nobilem dominam Annam et eiusdem posteritates ab omnibus impetitoribus in facto dictorum castri et possessionum ipsis datarum et perpetuatarum, ordine iuris defendere et expedire, locis et temporibus opportunis, laboribus propriis et expensis; quod si facere non valeret, extunc possessiones predictis possessionibus in qualitate, quantitate, usuum et utilitatum facultate similes, de suis possessionibus idem magister Simon et sui successores dicte domine Anne vel suis successoribus absque aliqua materia quescionis dare et statuere teneantur. Si que autem parcium literas vel instrumenta super facto premisso in contrarium composicionis memorate .. reservaret .. casse haberentur .. exceptis duntaxat duabus literis nostris, una videlicet in eo, ut prefata domina personaliter in octavis diei Strennarum proxime venturis in capitulo Waradiensi predicto comparendo, seriem et formam literarum composicionalium nostrarum inter partes confectarum oretenus confirmando confitendo debeat roborare, alia in eo, ut prefatus magister Simon copiam literarum super dictis possessionibus confectarum, in transscripto literarum capituli ecclesie Budensis usque ad octavas festi beati Georgii martiris affuturas eidem domine sorori sue dare et assignare teneretur, emanatis; quas duas literas nostras predictas salvas per omnia voluerunt permanere, et a modo nec ipsa domina nec eiusdem successores litis materiam vel quescionis super premissis negociis et possessionariis iuribus predictis contra ipsum magistrum Simonem vel suos successores suscitando movere valeant ullo unquam temporis in processu, quod si facere attentarent, mote sopiteque quescionis pena convincantur .. Datum Bude, in festo beati Nicolai confessoris, anno domini M° CCC^mo quinquagesimo primo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. dipl. oszt. 30117. Bebek Imre országbirónak 1390. apr. 9-kén kiadott átiratában is megvan u. o. dipl. oszt. 29992. Közli: Kovács N. Rövid kivonatát adja Fejér i. m. IX. 2. 757. V. ö. Szirmay Szathmár várm. 74. 312.

327.

1351. Buda, dec. 8. I. Lajos király a Zemplén vármegyei Tárkányi Tamás és Mátyás fiait mindennemü birságolás alól fölmenti.

Nos Lodovicus . . rex . . memorie commendamus, quod nos pro alleviacione status regni nostri universa iudicia et iudiciorum quelibet gravamina, quorum mole regnicolas nostros per diversos regni nostri iudices hactenus diversimode perturbatos fuisse percepimus, de prelatorum et baronum nostrorum consilio prematuro, exceptis solummodo solucionibus per quemcunque vel quoscunque cuipiam mediantibus aliquibus literis obligatoriis sponte facere assumtis, de regie potestatis plenitudine penitus et in toto cassantes, ex nunc presencium serie committimus, et vobis palatino, iudici curie nostre, comitibus parochialibus et iudicibus nobilium quorumlibet comitatuum, aliisque quibusvis iudicibus seu iusticiariis regni nostri, ecclesiasticis vel secularibus, quibus presentes ostenduntur, firmo regio sub edicto damus in mandatis, quatenus a modo Dominicum filium Thome et Ladislaum filium Mathie de Tarkan comitatus Zemliniensis, racione aliquorum iudicialium gravaminum seu birsagiorum, in quibus iidem hactenus coram vobis vel aliquo vestrorum quomodocunque, qualitercunque et contra quoscunque convicti fore dinoscuntur, exceptis duntaxat solucionibus per ipsos premisso modo cuipiam voluntarie facere assumtis, nullatenus perturbare, nec aliqualiter super ipsos aliqua iudicialia gravamina preterita exigi facere presummatis, imo eosdem super omnibus iudiciorum honeribus transactis, exceptis pretactis voluntariis solucionibus faciendis, iuxta premisse gracie nostre formam per omnia expeditos committatis; obtentu nostre gracie secus non facturi. Datum Bude, in festo concepcionis virginis gloriose, anno domini M° CCC^mo^ quinquagesimo primo.

Hátlapján gyürüs pecsét maradványaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 861. 18. dipl. oszt. 4237. Közölve néhai Vincze Gábor másolatából. I. Lajos király »Paulum filium Laurencii de Pukur, Nicolaum Benedictum et Stephanum filios suos, Tristianum de Treptusa et

Laurencium filium Nicolai« ugyancsak a mondott napon kelt levelével hasonló módon minden birságolás alól fölmenti; eredetije u. o. őriztetik dipl. oszt. 4238.

328.

1351. Buda, dec. 17. Miklós nádor előtt Nagymartoni Lőrincz fia Miklós, Ikrén nevü Győr vármegyei birtokát Kanizsai Lőrincz fiainak, István budai prépostnak és Jánosnak zálogba adja.

Nos Nicolaus . . palatinus et iudex comanorum . . significamus . . quod in congregacione nostra generali, universitati nobilium Jauriensis et Kamarinieusis comitatuum, feria secunda proxima post quindenas festi beati Georgii martiris proxime transacti, prope civitatem Jauriensem celebrata, populi de Ikriu quondam (. . . . .) capituli Budensis (. . . . .)gie, nunc vero Nykul filii Laurencii filii Simonis de Mortun iobagiones, contra Stephanum filium Gyanch de G(. . . . .)s eiusdem pro potenciali concremacione molendinorum ipsorum ac ablacione viginti bovum eorum (. . . . .) nobilium iuratorumque assessorum in facto potenciali convicti exstitissent et aggravati, ex eoque (. . . . .) diciarias devoluta exstitisset et deventa; tandem ad instantissimam peticionem discreti viri domini . . . . . (Stephani) preposi(ti ecclesie Budensis) et magistri Joannis fratris eiusdem filiorum videlicet magistri Laurencii filii Emerici de K(anisa) proximorum nostrorum (. . . . .) in facto potencie in centum florenis duximus relaxandum, quos quidem centum florenos idem dominus prepositus et magister Johannes nobis plenarie persolverunt, prememoratus vero Nykul ibidem coram nobis personaliter astando (. . . . .) Ikryn cum omnibus suis utilitatibus et proventibus annotatis domino preposito et magistro Joanni filiis Laurencii (. . . . .) centum florenis impignoravit, eo modo, ut quandocunque vellet, eandem possessionem Ikryn pro ipsis centum florenis ab ipsis domino preposito et magistro Johanne filiis Laurencii liberam redimendi haberet facultatem, ipsi vero dictus prepositus et magister Johannes, rehabita

pecunia ipsorum, predictam sepefatam possessionem Ikryn dicto Nykul filio Laurencii remittere tenerentur . . Datum Bude, sabbato proximo ante festum sancti Thome apostoli, anno domini M^mo^ CCC^mo^ quinquagesimo primo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 19. 73. dipl. oszt. 4241. Közli: Kovács N.

329.

1351. dec. 31. A szepesi káptalan előtt Kemey Miklós comes fia Benedek, Rozgonhidvég, másképp Tótfalu nevű Abauj vármegyei birtokát Kendy Pós fia Lökös fiának Lászlónak öt évre zálogba adja.

Litera capituli Scepsiensis in festo beati Silvestri pape in anno domini Millesimo CCC^mo^ quinquagesimo primo edita explanasset: quod Benedictus filius comitis Nicolai de Kemey de comitatu Abwyuar ab una, ac Ladislaus filius Leukus filii Poos de Kendy pro se ac pro Nicolao et Petro fratribus suis parte ab altera, coram capitulo Scepsiensi personaliter constituti, idem Benedictus confessus exstitisset, quod integram medietatem possessionis Rozgonhydvegh alio nomine Thothfalu vocate, in dicto comitatu Abawyuariensi existentis, cum literis capituli Agriensis a tunc proxime preterito festo sancti Demetrii martiris, pro octo marcis numeri Cassoviensis, tunc vero duas curias eidem medietati annexas in possessione Rozgonhydwegh prenotata, que videlicet medietas et due curie ex divisione eidem Benedicto et Johanni fratri suo cessissent, pro una marca grossorum numeri predicti, habita plene a Ladislao et fratribus suis predictis, eidem Ladislao et fratribus suis per spacium quinque annorum a predicto festo sancti Demetrii martiris computandorum pignori obligasset, tali modo, quod infra dictos quinque annos universas utilitates ipsius possessionis idem Ladislaus et fratres sui libere perciperent; elapsis autem dictis quinque annis, quandocunque idem Benedictus vel sui successores possent, liberam redimendi habeant facultatem pignoris prenotati pro dictis novem marcis a Ladislao et fratribus

suis prenotatis, sub expeditoria caucione ac aliis articulis literis in eisdem declaratis.

Pelsőczi Bebek Detre nádornak 1399. máj. 3-kán kelt ítéletéből, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1544. 79. dipl. oszt. 4228. Az ítéletben ezen birtokról egy másik hasonló záloglevél kivonata is olvasható, 1351. oct. 26-ikáról. Közli: Kovács N.

330.

1352. Buda, jan. 4. I. Lajos király a magbanszakadt Gezthi Kenéz fiainak Gezth és Paldy nevü Pozsony vármegyei, és Kürth nevü Nyitra vármegyei birtokait Jobbágy unokájának Bessenyö Jánosnak és testvéreinek adományozza.

Litere . . Lodovici regis, Bude feria quarta proxima post festum Circumcisionis domini anno eiusdem Millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo confecte exprimebant: quod Johannes dictus Besenew filius Michaelis filii Jobagy ad ipsius . . Lodovici regis presenciam accedendo, declaratis eidem suis fidelitatibus et serviciorum multimodis meritis sibi impensis, universas possessiones et possessionarias porciones quondam Philippi et Petri filiorum Kenez de Gezth hominum sine herede decedencium, ubique in regno nostro existentes et quomodolibet vocitatas, specialiter predictam Gezth et Paldy vocatas in Posoniensi, ac Kyurth nominatam in Nitriensi comitatibus, asserens ipsos Philippum et Petrum volente domino heredum solaciis exorbatos, et ex eo ipsas possessiones ipsorum de iure manibus suis regiis devolutas exstitisse, ab eodem domino Lodovico rege sibi, item Nicolao Matheo et Andree fratribus suis uterinis perpetuo dari et conferri postulasset. Ipse itaque . . Lodovicus rex, qui innata regali pietate singulorum sibi fideliter obsequencium merita animo metiri consvevisset pietatis, pensatis fidelibus obsequiis eiusdem Johannis dicti Besenew, quibus eidem continue et sine intermissione vestigia sue maiestatis imitando, in diversis suis negociis et expedicionibus prosperis et adversis, specialiter in partibus Transsilvanis, variis fortune casibus pro exaltacione sui culminis se exponendo, studuisset complacere et se efficere erga suam maiestatem gra-

ciosum et acceptum, volens dictus . . Lodovicus rex eidem premissorum intuitu regio occurrere donativo, universas possessiones et possessionarias porciones eorumdem condam Philippi et Petri filiorum Kenez, hominum sine herede decedencium ubique existentes, signanter Gezth et Paldy vocatas in Posoniensi, ac Kyurth nominatam in Nitriensi comitatibus existentes, que ipsis filiis Kenez, sicuti premittitur, sine herede defunctis, ex approbata regni sui consvetudine manibus suis regiis exstitissent legitime devolute, eidem Johanni dicto Besenew, item Nicolao, Andree et Matheo fratribus suis uterinis et per eos ipsorum heredibus . . cum omnibus earum . . pertinenciis, . . sub suis veris metis et antiquis, eo iure, quo ad suam collacionem pertinuissent, nove sue collacionis titulo salvis iuribus alienis . . donasset . . perpetuo . . possidendas.

Zsigmond királynak 1405. oct. 21-kén kelt ítéletéből, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. Monial. Tirnav. 11. 2. dipl. oszt. 9104. Közli: Kovács N.

331.

1352. jan. 9. A kolozsmonostori convent előtt Moruchi István, Hasdad nevü Doboka vármegyei birtokának felét és a Szamos vizén egy malmot, Arrus Miklósnak és Salamon fiának Jánosnak elzálogosít.

Nos conventus monasterii ecclesie beate Marie virginis de Clusmonostra . . significamus . . quod accedentes ad nostram presenciam personaliter Stephanus filius Johannis de Moruch ab una, parte vero ex altera Nicolaus dictus Arrus pro se et fratre suo Johanne filio Salamonis, per eundem Stephanum propositum extitit . . quod urgentibus suis plurimis necessitatibus, rectam dimidietatem partem in possessione Hasdad vocata in comitatu de Doboka existentem, iure hereditariam, cum omnibus . . pertinenciis, scilicet cum media parte molendini super fluvium Zomus situm et media parte piscine, Nicolao et Johanni antedictis, a die datarum presencium infra revolucionem decem annorum, pro decem marcis argenti, quamlibet marcam octuaginta grossis computando, pignori obligasset . . tali tamen condicione mediante,

quod si idem Stephanus rectam dimidietatem possessionis Hasdad a Nicolao et Johanne supradictis pro tanta quantitate pecunie redimere poterit et valebit, iidem Nicolaus et Johannes debent et tenentur sine omni occasione resignare, obligamine tali imposito, quod si in prefixo termino idem Stephanus filius Johannis rectam dimidietatem possessionis redimere nollet vel non curaret, cum duplo solvere teneretur . . Datum secunda feria proxima post festum Epiphanie domini, anno eiusdem M° CCC^mo L^mo secundo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

332.

1352. jan. 11. A pécsváradi convent előtt Sreyber, Pécsváros bírája, a Várkun nevü faluból jövő folyón három puszta malom helyét, Nagy Kelemen fiával Gergelylyel, egy rétért elcseréli.

Nos conventus monasterii Waradiensis memorie commendamus . . quod constitutis coram nobis personaliter magistro Sreyberio cive ac iudice civitatis Quinqueecclesiensis ab una parte, item Gregorio filio Kelemen magni de civitate Waradiensi ab altera, propositum exstitit per eosdem . . quod ipsi in possessionibus ipsorum infrascriptis talem permutacionem . . inter se fecissent perpetuo duraturam . . quod idem magister Sreiberius unum locum molendini de tribus locis molendinorum, super fluvio de villa Warkun efluente, extra curiam aliorum dictorum duorum molendinorum iuxta magnam viam versus villam Nyuigh procedentem a parte occidentali, ac eciam secus antiquum meatum aque Osed dictum in terra dicti Gregorii per eundem precio comparata adiacentem, mediantibus literalibus instrumentis contingentem, edificiis omnino carentem, eidem Gregorio filio Kelemen magni et per eum suis heredibus . . tradidit coram nobis iure perpetuo . . possidendum . . e converso autem idem Gregorius pro concambio dicti loci molendini, quoddam fenetum suum in valle molendinorum infra molendinum Jeklini rufi adiacens, habens vicinos et conterminales fossatum molendini in vulgo gaath dictum ab oriente . .

et eundem antiquum meatum aque Osed dictum a parte occidentali, ac fenetum Jeklini rufi a septemtrione, supradicto magistro Sreyberio et per eum suis heredibus . . dedisset . . ac dedit coram nobis similiter iure perpetuo . . possidendum . . nullo penitus contradictore existente . . Datum feria quarta proxima post festum Epiphanie domini, anno eiusdem M^mo CCC^mo quinquagesimo secundo.

A pécsváradi conventnek 1358. máj. 10-kén »comes Gregorius filius Kelemen magni iudex de civitate Waradiensi« kérelmére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 605. 7. dipl. oszt. 3683. Közli: Kovács N.

333.

1352. Esztergom, jan. 15. I. Lajos király János fehérvári örkanonoknak, ki azért esett hütlenségbe, mert I. Károly király sírjáról a koronát ellopta, a koronára szállott Megyaszó és Boos nevü birtokait Bulcsi Zudar Simonnak és testvéreinek adományozza.

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod nos recordatis fidelibus obsequiosis meritis Simonis dicti Zudor filii Dominici filii Dionisii de Bulch, aule nostri parvuli, quibus iugiter sequens vestigia nostre maiestatis, pedibus nostris volutando, eo fideliter quo ferventer meruit complacere et se studuit graciosum reddere erga nostram maiestatem utique et acceptum, volentes ipsum pro suis premissis serviciis et fidelitatibus exhibitis et exhibendis in futurum regio refocillacionis bravio confovere, eidem, item per ipsum Petro, Stephano, Georgio, Michaeli, Johanni et Emirico similiter Zudor dictis fratribus suis carnalibus et ipsorum heredibus, exclusis omnibus fratribus ipsorum patruelibus et generacionibus quibuslibet, quasdam possessiones Megezou et Boos vocatas in comitatu Zemlinensi existentes, que condam Johannis custodis Albensis fuisse dinoscuntur, et eodem Johanne custode propter appercionem sepulchri condam domini Karoli regis nostri genitoris karissimi bone memorie, et furtivam ablacionem corone eiusdem patris nostri de capite eius, iuxta sentenciam omnium

prelatorum nostrorum in manifestissimam notam infidelitatis contra nostram maiestatem incidente et in eadem labe infidelitatis vitam finiente, manibus nostris regiis de iure devolutas collacionique nostre pertinentes, cum omnibus earum utilitatibus et pertinenciis universis, eo iure quo ad nostram collacionem pertinerent, nove donacionis nostre titulo dedimus donavimus et contulimus, imo damus et conferimus in his scriptis perpetuo et irrevocabiliter possidendas . . salvis iuribus alienis . . Datum Strigonii, die dominico proximo post octavas Epiphaniarum, anno domini M^mo^ CCC^mo^ quinquagesimo secundo.

I. Lajos királynak 1373. jan. 18-kán »vir magnificus Petrus dictus Zudor iudex curie nostre, comes Trinchyniensis Zolyensis et de Sarus in sua, item magistrorum Stephani, Georgii, Michaelis, Johannis custodis et Emerici prepositi ecclesie Albensis, fratrum suorum uterinorum personis« kérelmére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. A. P. 2. 2. dipl. oszt. 5992. Közli: Kovács N.

334.

1352. Buda, jan. 17. I. Lajos király a magtalanúl elhalt Fonyi Balázs Zemplén, Borsod, Gömör és Sáros vármegyei birtokait Zudar Péternek adományozza.

specialis commissio domini regis in Strigonio.

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod magister Petrus dictus Zudor filius Dominici de Bulch, aule nostre iuvenis, fidelis noster, ad nostre celsitudinis accedens presenciam, suas fidelitates et multimoda obsequiorum suorum merita diversimode in cunctis locis et temporibus opportunis nobis exhibitas et impensa proponens et declarans, ac nostre maiestatis in memoriam reducens, universas possessiones et possessionarias porciones quondam Blasii de Fony hominis sine herede decedentis, ubique et in quibuslibet comitatibus regni nostri existentes, specialiter Fony, Vnga in Abawyuarensi, Kezneten in Zemliniensi, Zederken, Kerestwr, Kazynch in Borsodiensi, Balasfalua iuxta fluvium Ryma vocatum in Gumuriensi, item Koryma, Radama, Garbolch, Dubynna, Monyoros et Sasow vocatas in Sarus comitatibus existentes, et alias quaslibet ad

ipsas pertinentes, asserens ipsum Blasium de Fony sine herede decessisse, et ex eo ipsas possessiones suas de iure nostre collacioni pertinere, a nobis sibi, item Stephano, Michaeli, Simoni, Georgio, Johanni et Emerico fratribus suis uterinis, exclusis omnibus fratribus patruelibus et aliis generacionibus suis divisionalibus, perpetuo dari et conferri postulavit. Nos itaque pensatis fidelitatibus et serviciorum multimodis meritis ipsius magistri Petri, quibus ipse in cunctis nostris et regni nostri negociis prosperis et adversis, diversis fortune casibus se submittendo, laudabiliter nostre serenitati studuit complacere et se reddere erga nostram maiestatem graciosum et acceptum, universas possessiones et possessionarias porciones quondam dicti Blasii de Fony, ubique et in quibuslibet comitatibus regni nostri existentes, specialiter predictas possessiones . . et alias quaslibet ad easdem pertinentes, omni eo iure et titulo quibus nostre collacioni dinoscuntur pertinere, nove donacionis nostre titulo, cum omnibus suis . . pertinenciis . . sub suis veris metis et antiquis . . prenominato magistro Petro dicto Zudor et per eum . . fratribus suis uterinis ac ipsorum heredibus . . exclusis predictis fratribus patruelibus et generacionibus suis universis . . donavimus . . imo damus . . in his scriptis perpetuo . . possidendas . . salvis iuribus alienis; hoc declarato, quod si ipsos filios Dominici volente domino sine heredibus decedere contigerit, quod absit, tunc ex eodem titulo nostre donacionis fratres eorumdem patrueles succedere possint in possessiones prenotatas . . Datum Bude, feria tercia proxima post octavas Epiphaniarum, anno domini M^mo CCC^mo L^mo secundo.

Hátlapján a nagy királyi pecsét nyomaival, mely alatt ugyan a főntebbi szavak olvashatók; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1537. 49. dipl. oszt. 4249. Közli: Kovács N.

335.

1352. Buda, jan. 20. Miklós nádor előtt Korogi Fülpös három fia, Szombathely, Eszék, Nádasd, Kapurna és Chapa nevü örökölt birtokokon megosztoznak.

Nos Nicolaus . . palatinus . . significamus . . quod cum iuxta continenciam literarum domini nostri regis, universe pos-

sessiones atque res ac quelibet bona condam magistri Philpus de Korogh, per magistrum Nicolaum dictum Treutul, Petrum filium Pauli, Nicolaum filium Gregorii et Philpe de Kos, iuxta commissionem eiusdem domini nostri regis in tres partes coequales dividi, ipsarumque due partes Philpe et Ladislao maioribus filiis dicti magistri Philpus, tercia vero pars nobili domine relicte eiusdem magistri Philpus cum Stephano iuniori filio eiusdem magistri Philpus committi debuissent et assignari, tali modo, quod dicta nobilis domina ipsum Stephanum puerum in tenera etate constitutum, de tercia parte predictarum possessionum et rerum nutriret et in eadem conservaret, si autem dicta nobilis domina maritari vellet, tunc predictum Stephanum puerum predicti Ladislaus et Philpe maiores fratres sui cum tercia parte dictarum possessionum et rerum sibi devolutarum conservarent; et quia predicti Ladislaus et Philpe maiores filii dicti Philpus existerent, et causas ipsos communiter tangentes melius ipsi quam dicta nobilis domina et Stephanus parvulus filius eiusdem exequi possent, ideo universa literalia instrumenta dicti Philpus in manus ipsorum Ladislai et Philpus maiorum filiorum suorum assignarentur, si autem predicte tres persone in causam attraherentur, tunc dicta nobilis domina et iunior filius eiusdem ipsos maiores filios magistri Philpus ad exequendum causas eorum cum expensis iuvare tenerentur; tandem predicta nobilis domina una cum magistro Georgio fratre suo, ac Philpus et Ladislaus predicti ad nostram, item magnificorum virorum Oliverii magistri tavernicorum regalium, Thome filii Petri quondam voyvode et magistri Johannis fratris nostri personaliter accedentes presenciam, seque exhibicione literarum capituli ecclesie Bozniensis in premissis concordare non valuisse declarantes, ad nostram et predictorum baronum reformativam ordinacionem ipsos benigne atque sponte in omnibus premissis commiserunt; tandem nos una cum predictis baronibus, partibus predictis volentibus et sponte acceptantibus, taliter ipsas partes duximus reformandas, quod die dominica proxima ante festum Purificacionis virginis gloriose proxime venturum, possessiones dicti magistri Philpus Zombathhel, Ezek, Nadasd, Kapurna et Chapa vocate, ac quelibet cetere

possessiones dicti magistri Philpus ubique habite, per predictos magistros Nicolaum dictum Treutul, Petrum filium Pauli, Nicolaum filium Gregorii et Philpe de Kos, aut aliis absentibus duos ex eisdem, sub testimoniis capituli ecclesie Bozniensis in tres partes dividantur coequales, et tercia pars ipsarum possessionum predicte nobili domine ac Stephano filio eiusdem parvulino cum curia et edificiis dicti magistri Philpus in annotata possessione Zombathel habitis, non iuxta formam perpetualis divisionis sed tamdiu donec ipse Stephanus legitimam pervenerit in etatem, ut cum dictis fratribus suis, si voluerit, perpetualem divisionem facere possit, due vero partes earumdem prefatis Ladislao et Philpus cum omnibus earumdem utilitatibus et redditibus ad utendum assignentur atque possidendum, ita tamen, ut in qualibus supra dicta tercia pars possessionaria predicte domine in una parte seu ad unam partem detur atque collocetur, et quod nulla parcium ipsam possessionariam divisionem a predicto termino aliquali cautela adinventa ulterius valeat prorogare, tali obligacione mediante, ut si qua parcium ipsam possessionariam divisionem refutare aut ulterius prorogare niteretur, extunc in quinquaginta marcis contra partem adversam convinceretur eo facto; proventus eciam silvarum eorum quemlibet parcium de suis iobagionibus pro se recipi faciat et exigi; ceteros vero proventus ipsarum silvarum ab extraneis hominibus recipiendos inter se similiter in tres partes dividere teneantur; et quod nulla parcium iobagionem alterius partis ad se assummere debeat, nec ad suam possessionariam porcionem collocare; preterea ad terciam partem causarum earum possessionariarum in requisicionibus literalium eorum instrumentorum suscitandarum, ac aliarum ipsos tres filios ipsius magistri Philpus similiter et equaliter attingencium, dicta nobilis domina annotatis Ladislao et Philpus maioribus filiis ipsius magistri Philpus expensam dare aut cum eisdem procuratorem suum ad execucionem earumdem causarum destinare teneantur. In predicto eciam dominico die eadem nobilis domina universa literalia instrumenta a dicto magistro Philpus domino suo apud ipsam derelicta, sepedictis Ladislao et Philpus coram annotatis nobilibus et testimo dicti capituli Boznensis numerando dare debeat atque

gnare, sed quandocunque necesse fieret, iidem Philpus et Ladislaus eadem instrumenta ipsi Stephano dare teneantur. Termino eciam in eodem quidquid predicti nobiles aut aliis absentibus duo ex eisdem coram testimoniis dicti capituli Boznensis inter easdem partes super collectis seu exaccionibus, post obitum dicti magistri Philpus in eiusdem possessionibus prenominatis per Ladislaum et Philpus filios suos receptis, ac ceteris rebus atque bonis ab ipso magistro Philpus derelictis, excepto tamen testamentaliter legatis et aliis causarum articulis in facto rerum habitis certissimam sciscitando veritatem conscienciose arbitrarentur inter partes, hoc ambe partes tenerentur acceptare. Ceterum super omnibus causis et iniuriis inter iobagiones atque famulos parcium predictarum de earum possessionibus egrediendo oriundis vel cuilibet parti per eosdem irrogandis, Martinus filius Fabiani de Herman et Petrus filius Jacobi de eadem famuli dicte domine, item Denk filius Demetrii de Raduan et Gregorius de Cicha servientes prescriptorum Ladislai et Philpus vel aliis absentibus duo ex eisdem iudicium et iusticiam ac sufficientem satisfaccionem dare debeant atque impendere; si vero servientes alicuius partis nobiles atque possessionati, non de possessionibus dominorum eorum sed de propriis ipsorum possessionibus parti alteri aliquod damnum vel aliquam iniuriam inferrent, tunc super eosdem iuxta regni consvetudinem in presencia iudicis eorum ordinarii prosequerentur, iusticia mediante . . Datum Bude, in festo beatorum Fabiani et Sebastiani martirum, anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo secundo.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 443. 3. dipl. oszt. 4251. Közli: Kovács N.

336.

1352. jan. 27. A budai káptalan előtt Beyi István fia Miklós. Kér nevü Heves vármegyei birtokát Hatházi Cybes fiának Balázsnak kétszáz forintért eladja.

Capitulum Budensis ecclesie . . ad universorum . . noticiam . . volumus perveníre, quod Nicolaus filius Stephani

Bey ab una, et Blasius filius Cybes de Hothaz parte ab altera coram nobis personaliter constituti, idem Nicolaus filius Stephani quandam possessionem suam hereditariam Keer vocatam in comitatu de Heueswyuar existentem, cum omnibus suis . . pertinenciis . . sub suis certis metis et antiquis . . predicto Blasio filio Cybes et Johanni ac Nicolao fratribus eiusdem uterinis et eorum heredibus . . perpetuo . . pro ducentis florenis . . confessus est . . vendidisse . . et vendidit coram nobis . . possidendam, nullum ius . . in eadem sibi vel suis successoribus . . reservando, sed in ipsos Blasium et fratres eiusdem ac successores eorumdem pleno iure transferendo; assummendo nihilominus predictos Blasium et fratres suos ac eorumdem successores, racione predicte possessionis . . ab omnibus et specialiter ab illis qui sunt vel erunt de sua generacione, molestare . . volentibus expedire . . propriis . . expensis; insuper sua literalia instrumenta, que super facto ipsius possessionis Keer vocate habentur, ad manus ipsorum Blasii et fratrum suorum . . assignavit coram nobis, et que per eundem reservata essent, frivola et inania essent . . Datum per manus magistri Dionisii lectoris ecclesie nostre, sexta feria proxima post festum conversionis beati Pauli apostoli, anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo secundo; presentibus . . magistro Petro cantore, Johanne custode, Ladislao, Emerico, Ladislao fratre Vgrini, Petro, Michaele, Johanne, Cosma et aliis canonicis in eadem ecclesia nostra deo devote famulantibus.

A pecsét veres sárga selyemsodraton függ, a chyrographum az oklevél felső szélén van; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 482. 4. dipl. oszt. 4252. Garai Miklós nádor 1405-ki itéletében is meg van u. o. dipl. oszt. 4253. V. ö. az alábbi 1352. sept. 11-kén kelt oklevéllel. Közli: Kovács N.

337.

1352. Buda, jan. 31. I. Lajos király Detre fiának Jakabnak és rokonainak Velchenye nevü Szepes vármegyei birtokát benépesíttetni rendeli.

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . cum nos possessionem Welchenye vocatam in comitatu Scepsiensi existen-

tem, quam magister Jacobus literatus filius Detrici suam, nec non Zonk patrui et Mathius filii Zeurus fratris sui patruelis fore asserit, populosam efficere et multitudine populorum decorare intendamus, volumus, ut quicunque libere condicionis homines ad dictam possessionem causa commorandi venire voluerint, libere veniant et secure, trium annorum libertate, a die adventus ipsorum pacifice et quiete fruituri in eadem sub nostra proteccione et tutela speciali. Igitur vobis universis nobilibus et possessionatis hominibus, quibus presentes ostendentur, firmo regio sub edicto damus in preceptis, quatenus iobagiones vestros ad predictam possessionem causa commorandi venire volentes, habita licencia et iusto terragio ac debitis persolutis, pacifice et libere abire permittatis, salvis rebus et personis, obtentu nostre gracie aliud facere non audentes; et hec volumus in foris et locis publicis palam facere proclamari. Datum Bude, feria tercia proxima ante festum Purificacionis virginis gloriose, anno domini Millesimo CCC^{mo} quinquagesimo secundo.

Hátlapján a királyi nagy pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ir. kincst. oszt. N. R. A. 29. 28. dipl. oszt. 4254. Közli: Kovács N.

338.

1352. Buda, febr. 19. István szepesi és sárosi herczeg átírja I. Lajos királynak 1344-ben kelt levelét, melyben a király az Aba nemzetségből származott Peteuch fia Miklós erdélyi vajdának Jobágy és Püspöki nevü birtokokban pallosjogot adományoz.

Nos Stephanus dux Scepysiensis et de Sarus . . significamus . . quod nobilis vir magister Nicolaus filius Petheuch de genere Aba, quondam voivoda Transsilvanus . . exhibuit nobis literas patentes . . Ludovici . . regis . . fratris nostri karissimi et senioris, super gracia et libertatibus sibi per eundem graciose ob merita serviciorum et fidelitatum suarum datis et concessis . . quarum tenor talis est: Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod nos consideratis fidelitatibus et fidelium serviciorum preclaris meritis magnifici viri Nicolai filii Pe-

theuch de genere Aba voivode Transsilvanie et comitis de Zonuk dilecti et fidelis nostri pridem . . Karolo quondam . . regi . . et tandem nobis et sacre regie corone in diversis regni nostri expedicionibus prosperis et adversis, non parcens rebus nec persone, cum summa diligencia et votiva sollicitudine exhibitis et impensis, quibus nostre maiestati nimium studuit complacere et se erga nostram maiestatem efficere graciosum, in aliqualem recompensacionem fidelitatum suarum, ad humilem ipsius supplicacionem, hanc sibi graciam in filios filiorum perpetuo heredum per heredes, habita matura deliberacione prelatorum et baronum regni nostri, duximus faciendam, ut universos homines in infra nominatis possessionibus suis et foris in eisdem habitis mutuo se prohibentes et impedire facientes, ac malefactores quos in possessionibus suis et intra metas possessionum suarum Jobag et Pyspyky vocatarum, ac ad ipsas pertinencium, sub metis et terminis earumdem possessionum existencium in maliciosis operibus ipsorum reprehendere possent, ipse et sui heredes ac officiales eorumdem usque ad extreme adiudicacionis sentenciam, iudicandi et condemnandi, ordine iudiciario, ut dictaverit ordo iuris, in eisdem suis possessionibus irrevocabiliter habeant facultatem, nec eosdem malefactores in predictis possessionibus et intra metas earumdem possessionum reprehensos, ad sedem iudiciariam aliquorum iudicum et iusticiariorum regni nostri, specialiter palatini et iudicis curie nostre ac comitum parochialium et iudicum nobilium quorumlibet comitatuum, in quibus dicte possessiones haberi dignoscerentur, ipse et sui posteritates ac officiales eorumdem eisdem iudicibus et iusticiariis ac palatino, iudici curie nostre, nec non comitibus parochialibus et iudicibus nobilium ad iudicium dare et assignare teneantur; quare vobis universis iudicibus et iusticiariis regni nostri, specialiter palatino, iudici curie nostre, item comitibus parochialibus et iudicibus nobilium comitatuum in quibus dicte possessiones Nicolai voivode habentur, nunc et pro tempore constitutis et in futurum constituendis, edicto regio firmo firmius damus in preceptis, quatenus prefatum magnificum virum Nicolaum voivodam Transsilvanie et suos heredes contra formam nostre gracie presentis sibi acte, in fpremissis nullatenus molestare aut inquietare presum-

matis, sed eundem ac suas posteritates dicta libertate pacifice gaudere perpetuo permittatis, secus nullatenus facere audeatis, sicut nostram indignacionem . . incurrere formidatis; promittentes ut dum nobis presentes fuerint reportate, in nostrum privilegium redigi faciemus. Datum in descensu nostro prope civitatem de Brassow, feria tercia post festum beati Barnabe apostoli, anno domini M^mo CCC^mo XL^mo quarto. Nos igitur peticiones dicti magistri Nicolai iustas fore per omnia cognoscentes, dictas literas fraternales et regias omni firmitate, ut nostri maioris et senioris prepollentes, in nulla sui parte viciatas, de verbo ad verbum presentibus insertas acceptantes, eundem (magistrum) Nicolaum in dictis libertatibus per omnia assumsimus et promittimus nostris in temporibus conservare pacifice et quiete; quare vobis universis castellanis, comitibus et quibusvis officialibus nostris nunc et pro tempore constitutis ac in futurum per nos constituendis, vicesque eorum gerentibus, quibus presentes ostendentur, firmiter precipimus per presentes, quatenus visis presentibus, dictum magistrum Nicolaum et eius successores in suis libertatibus superius seriose expressis, pacifice et quiete iuxta continenciam dicti domini regis fratris nostri gaudere perpetuo permittatis atque gratulari, secus facere nullatenus audeatis. Datum Bude, in dominica Esto mihi, anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo secundo.

A budai káptalannak »feria tercia post dominicam Oculi« 1352-ben kiadott átiratából, melynek eredetijét a N. Muzeumban a gr. Rhédey cs. ltárában őrzik.

339.

1352. febr. 27. Az esztergomi káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy János pilisi apátot, ki Egyed bozsóki préposttal Maróth nevü birtok miatt perben állott, megidéztette.

. . Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie Strigoniensis . . noverit vestra excellencia nos literas vestras nobis directas . . recepisse in hec verba: Lodovicus . . rex . . capitulo ecclesie Strigoniensis . . Dicit nobis frater Egidius prepositus

ecclesie de Bozok, quod frater Johannes abbas de Pilisio predem possessionem Marouth vocatam inter ipsum et eundem abbatem de Pilisio litigiosam, non secundum continenciam sui privilegii reambulasset, metas eiusdem iuxta suam voluntatem erigendo, in preiudicium predicte ecclesie sue et gravamen, super quo . . mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Gregorius de Chey vel Thomas Worbook aut alter Thomas de Chakan, aliis absentibus homo noster, ad predictum dominum abbatem accedendo, eundem contra predictum prepositum in nostram evocet presenciam ad octavas diei Cinerum, instrumenta sua privilegialia metas dicte possessionis tangencia, et specialiter predictas literas suas reambulatorias, per quas predictas metas ipsius possessionis erexisset, eidem exhibere committendo; et post hec seriem predicte evocacionis . . rescribatis. Datum Bude, sabbato proximo post festum Purificacionis virginis gloriose, anno domini M^mo^ CCC^mo^ quinquagesimo secundo. Nos igitur . . cum Thoma de Worbook homine vestro predicto magistrum Andream socium et concanonicum nostrum ad premissam evocacionem faciendam pro testimonio duximus transmittendum, qui . . nobis dixerunt in hunc modum, quod feria quinta proxima ante dominicam Invocavit, in monasterio beate virginis de Strigonio, presentibus duobus fratribus sui ordinis scilicet monachis, ipsum abbatem de Pilisio ad octavas diei Cinerum ad presenciam vestre excellencie evocassent, literas suas privilegiales (super facto) possessionis Marouth litigiose et alias literas reambulatorias super eadem possessione in presencia vestra eidem exhibere committendo; item in his non contenti, in quadam villa eiusdem abbatis de Pilisio Marouth vocata, villico et aliis hominibus in eadem existentibus notificarunt. Datum feria secunda proxima post dominicam Invocavit, anno domini supradicto.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. dipl. oszt. 4256. Közli: Kovács N.

340.

1352. febr. 29. A váradi káptalan előtt Kállai Iván fiai: László, András és Demeter, Bihar vármegyei Bánk nevü birtokukat Odun fia Ivánka fiával ezek Harang nevü Szabolcs vármegyei birtokával elcserélik.

Capitulum ecclesie Waradiensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod accedentes ad nostram presenciam viri nobiles magistri Ladislaus et Andreas filii Iwan filii Egidii de Kallou pro se personaliter et pro Demetrio fratre suo uterino . . ab una parte, ex altera vero magistri Leukus et Jakch filii Iuance filii Odun, item Johannes filius Nicolai fratris eorumdem filiastri, pro se personaliter et pro Andrea fratre suo uterino . . ac pro Petro filio Stephani filii eiusden Iuance . . coram nobis . . sunt confessi, quod ipsi quarumdam possessionum ipsorum infranominatarum utilioris ac uberioris contractu unicuique ex ipsis cedentis prospectu, talem inter se fecissent permutacionem . . quod iidem magistri Ladislaus et Andreas filii Iuan possessionem ipsorum acquisiticiam Bank vocatam, in comitatu de Byhor existentem, populosam, sedecim mansiones in se continentem, et inter possessiones Fanchyka et Poch habitam, cum omnibus . . suis . . pertinenciis sub antiquis metis et metarum limitacionibus . . tradidissent . . titulo permutacionis eisdem magistris Leukus et Jakch filiis Iuance ac predictis Johanni et Andree filiis Nicolai, nec non Petro filio Stephani et per eos eorum heredibus . . iure perpetuo . . possidendam . . pro possessione eorum magistrorum Leukus et Jakch ac filiorum Nicolai, nec non Petri filii Stephani Harang vocata hereditaria, in comitatu de Zabolch existenti, habitatoribus destituta, et inter possessiones Kallou et Napkur habita, eo modo cum omnibus . . suis pertinenciis eiusdem . . similiter titulo permutacionis possidenda . . in filios filiorum . . obligantes se eedem partes . . ab omnibus . . inquietare volentibus racione predictarum possessionum modo premisso in permutacionem traditarum expedire propriis eorum laboribus et expensis; hoc tamen expresso, quod si ullo unquam tempore se . . in eisdem possessionibus . . ab impetitoribus conservare non possent . . extunc sibi invicem easdem

possessiones cum omni plenitudine sui iuris et in eodem statu, in quo fuerant permutate reddere tenebuntur . . Datum in octavis diei Cinerum, anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo secundo; viris discretis Philippo preposito, Benedicto lectore, Ladislao cantore, Gregorio custode, canonicis ac magistris ecclesie nostre salubriter existentibus.

Ugyancsak a váradi káptalannak 1360. jul. 8-án »Ladislaus filius Iuan de Kallou« kérelmére kiadott leveléből, melyet 1382. dec. 9-én »Johannes et Stanizlaus filii Demetrii de Kallou« kérelmére a leleszi convent írt át; ezen utóbbinak eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 830. 5. dipl. oszt. 4257. Közli: Kovács N.

341.

1352. Sáros, mart. 5. Sáros vármegye alispánja Bertóti Demetert nyugtatja, hogy azon bírságot, melyben bizonyos latroknak elö nem állitása miatt marasztaltatott el, lefizette.

Nos magister Johannes vice comes magistri Nicolai filii Donch iudicis domini Stephani ducis de comitatu Sarus, damus pro memoria, quod cum magister Demetrius filius Egidii de Pertholt super omissione statucionis duorum latronum Nicolaus et Harmus vocatorum ac villici et iuratorum suorum, nobis in diversis iudiciis (per) Johannem filium Michaelis convictus extitisset; tandem ipse magister Demetrius de ipsis iudiciis nobis satisfecit et est expeditus. Unde nos vigore literarum nostrarum ipsum magistrum Demetrium super ipsis iudiciis commisimus expeditum. Datum in Sarus, feria secunda proxima post dominicam Reminiscere, anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo secundo.

Papiron, zárlatán pecséttel; eredetije a N. Muzeumban.

342.

1352. mart. 5. A váczi káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy azon többrendbeli hatalmaskodást, melyet Terennei Miklós birtokán Kokas fia János fia László és Pászthói Olivér fia István elkövettek, megvizsgáltatta.

. . Lodovico regi . . capitulum ecclesie Wachyensis . . noverit excellencia vestra nos literas vestras . . recepisse in hec verba: Lodovicus . . rex . . capitulo Wachyensi . . Dicitur nobis in persona Nicolai filii Georgii de Terenne, quod Ladislaus filius Johannis filii Kokas et Stephanus filius Oliverii de Paztuh in vigilia Concepcionis beate virginis, anno proxime elapso preterita, ad domum suam et possessionem venientes, quandam feram suam mansvetam et edumatam interimi et quendam unum bovem eiusdem ibidem per canes ipsorum devorari fecissent, et quod feria sexta proxima ante diem Strenarum proxime preterita duos boves eiusdem Nicolai predicti Ladislaus et Stephanus in possessione ipsorum Durugh vocata potencialiter abstulissent, quos nulla peticione sua mediante rehabere potuisset ab eisdem, et ut dicta illicita facta eorum celare possent, ipsum item Stephanum fratrem eiusdem contra se citari facere procurassent, quare . . mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Nicolaus de Meger vel Philippus de Kyrth aut Stephanus dictus Urdug de Kalanda aliis absentibus homo noster, ab omnibus quibus decet et licet . . investigando . . inquirat . . veritatem, et posthec veritatem . . nobis . . rescribatis. Datum Bude, secunda feria proxima ante festum Purificacionis virginis gloriose, anno domini M° CCC^mo^ LII^do^. Unde nos . . unacum predicto Nicolao de Meger homine vestro, nostrum hominem magistrum scilicet Thomam socium et concanonicum nostrum ad premissa diligenter exequenda . . pro testimonio transmisimus, qui demum . . retulerunt, quod ipsi ante dominicam Invocavit iam proxime preteritam, ab omnibus . . specialiter a vicinis et commetaneis predicte possessionis Terenne, qui iam pluries, ut refertur, ipsas partes super dictis illatis damnis concordare voluissent, super premissis . . inquirendo, talem scire potuissent veritatem, quod preallegatus

Ladislaus filius Johannis filii Kokas in vigilia dicti festi Concepcionis beate virginis et eciam in ipsa feria sexta ante diem Strennarum, omnia premissa suo modo irrogasset Nicolao filio Georgii prenotato, ita videlicet, quod pretaxatam domitam feram in campo cum pecoribus suis aggredientem interficiendo, ad dictam possessionem suam Dorog deferri fecisset, memoratum autem unum bovem similiter ibidem per sagittas interfectum per canes suos fecisset devorari, predictos vero duos boves iamdicti Nicolai filii Georgii in ipsa possessione sua Dorog de molendino farinam ducentes de curru eiusdem aufferri faciendo, adhuc detineret sua propria auctoritate; quos quidem duos boves et ipsi in eadem possessione Dorog fide vidissent oculata, et ut dictus Ladislaus pretacta oblata ac factum potenciale occultare valeret, sepedictum Nicolaum cum Stephano fratre suo predicto citare fecisset, similiter vestro homine et nostro testimonio mediantibus. Datum feria secunda proxima post dominicam Reminiscere, anno domini ut supra.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban a gr. Berényi cs. ltárában.

343.

1352. Gömör, mart. 7. Az egri vicarius köldöttjei jelentést tesznek arról, hogy Bak János leányait, Miklós fia Miklós és ennek fiai, Szkáros nevü birtokból leány-negyedi és hitbéri illetőségükre nézve mi módon elégítették ki.

. . magistro Dominico preposito ecclesie beati Thome martiris de promontorio Strigoniensi vicarioque . . Nicolai archiepiscopi Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui in spiritualibus generali, Andreas sacerdos de Gumur magistri Johannis vicearchidiaconi provincie Gumuriensis, Simon sacerdos de Ual, Georgius sacerdos de Deresk, oraciones in domino debitas. Literas vestre discrecionis . . suscepimus . . quibus perlectis percepimus, quod preciperatis in octavis diei Cinerum ad particulam porcionem possessionariam Johannis dicti Bak in possessione Scarus (h)abitam, apud manus Nicolai filii Nicolai, Ladislai Petri et Stephani filiorum eiusdem Nicolai occupatam et (h)abendam accederemus, et nobili do-

mine Elene nuncupate coniugi Pauli dicti Potroh, quartam puellarem cum dote matris eiusdem, presentibus nobis idem Nicolaus et filii sui in predictis octavis exdarent, et eciam in eisdem literis nostris insertis, ut contra aliam dominam Elizabet nuncupatam coniugem Michaelis de Doboz iamdictus Nicolaus cum predictis filiis suis in octavis medii Katragesime (igy) testimonium adducere tenebantur super eo, ut eidem domine quartam puellarem cum dote matris eiusdem persolvisset. Nos vero . . in predictis octavis diei Cinerum ad faciem predicte possessionis accedendo, idem Nicolaus cum filiis suis predictis personaliter astando, pro predictis vero dominabus Elena et Elizabet filiabus iamdicti Johannis Bok Nicolaus famulus et procurator predictarum dominarum cum literis procuratoriis ecclesie Jauriensis pro eisdem astando coram nobis, per ordinacionem proborum virorum ad talem devenerunt pacis unionem, quod Nicolaus filius Nicolai cum filiis supradictis unam possessionem ipsorum Boruznuk vocatam, cum omnibus . . pertinenciis, iamdictis dominabus Elene et Elizabeth filiabus Johannis . . pro quarta filiali ipsarum nec non pro dote matris eorumdem in octavis Pentecosten proxime venturis statuerent possidendam, quod si statucionem pretermitterent, extunc idem Nicolaus filius Nicolai cum filiis suis Ladislao Petro et Stephano, in duplo predicte possessionis convincerentur eo facto, idem Nicolaus procurator predictarum dominarum dominum suum Paulum dictum Potroh auctoritate procuratoria obligavit in hunc modum, ut ante statucionem predicte possessionis quantam pecuniam pro solucione quarte filialis domine Elizabeth coniugis Michaelis de Doboz ac dote matris eiusdem idem dominus suus a Nicolao filio Nicolai ac filiis suis recepisset fide sua mediante perdiceret (igy) et perdicendo persolveret in octavis suprascriptis, et si eundem Paulum ex hac luce migrare contingeret, extunc predicta domina coniunx sua similiter cum fide sua perdicendo persolveret pecuniam quam maritus suus ab eisdem recepisset; statucio autem premissa nec cum literis domini regis et regine aut alicuius alterius, nec racione aliquali ad longiorem terminum predictos (igy) Nicolaum filium Nicolai et filios suos possit prorogari, hoc eciam interposito, quod birsagio quo idem Nicolaus cum filiis

suis contra iamdictas dominas convicti extiterant . . pure et simpliciter relaxarunt coram nobis, iudicium autem pacis ambe partes tam predictus Nicolaus cum filiis suis, quam eciam domine suprascripte persolvere tenebuntur. Datum in villa Gumur, feria quarta proxima post dominicam Reminiscere, anno domini M^mo^ CCC^mo^ L^mo^ secundo.

Papíron, zárlatán két pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban a Hamvay cs. ltárában.

344.

1352. mart. 11. A budai káptalan előtt Péter kovács neje Margit asszony, Hévíz nevü birtok határában egy szőllőt Vaguch Istvánnak tizenkét márkáért elad.

Capitulum Budensis ecclesie . . ad universorum . . noticiam . . volumus pervenire, quod domina Margaretha uxor quondam Petri fabri filii Chyna ab una, item Stephanus dictus Vaguch ab altera parte coram nobis personaliter constituti, eadem domina exstitit confessa eo modo, quod ipsa quandam vineam suam in vicinitatibus vinearum Jekliny et Mathei in terra Calidarum Aquarum, ex opposito Michaelis Lebeter dicti, cuius finis declivi usque magnam viam se extenderet, existentem, cum omnibus suis . . pertinenciis . . loco scilicet torcularis, via et aliis quibuscunque ad eandem de iure spectantibus, pro duodecim marcis compoti Budensis . . prenotato Stephano dicto Vaguch et per eum suis heredibus . . vendidisset . . perpetuo . . possidendam; assummendo nihilominus dicta domina Margareta, ipsum Stephanum dictum Vaguch racione predicte vinee . . ab omnibus impetitoribus . . defendere et expedire . . Datum per manus . . magistri Dionisii lectoris ecclesie nostre, in dominica Oculi, anno domini M^mo^ CCC^mo^ quinquagesimo secundo; presentibus . . magistris Petro cantore, Johanne custode, Ladislao, Emerico et altero Ladislao Vgrini, Petro, Michaele, Johanne et aliis canonicis in eadem ecclesia nostra deo devote famulantibus.

A pecsét zöld selyem sodraton függ, fölül chyrographummal; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. Poson. 57. 16. dipl. oszt. 4259. Közli: Kovács N.

345.

1352. mart. 12. A jászóvári convent bizonyságlevele, hogy a Kinizsi családbeliek Gergeltelke és Gyulatelke nevü birtokokat Abaúj vármegyében, valamint a Tisza és Takta nevü folyók között Kenéz nevü birtokot Szabolcs vármegyében, maguk között mi módon osztották föl.

Nos Nicolaus prepositus et conventus monasterii beati Johannis Baptiste de Jazow . . significamus . . quod Emerico filio Stephani pro se personaliter et Gregorio filio suo ab una, parte vero ab altera Michaele filio Petri, Nicolao filio Mark, item Jacobo Marko et Georgio filiis Pauli filii Mark nobilibus de Keniz, in nostri presencia personaliter constitutis, propositum exstitit . . per eosdem . . quod propter bonum pacis . . in quadam possessione Johannis filii Andree similiter Kenyz vocata, alio nomine Geregelthelke nuncupata, inter possessiones Baxa et Kerch in comitatu Abawyuar existenti, talem divisionem . . fecissent, ut recta et coequalis dimidietas a corpore fluvii Harnad, ubi condam fluvium Zwgo vocatum intrat ad dictum fluvium Harnad, incipiens videlicet ad metas possessionis Olay vocate, cum omnibus . . pertinenciis a parte possessionis Kerch, Emerico filio Stephani . . pars vero inferior a parte possessionis Baxa similiter a corpore dicti fluvii incipiens usque finem, cum omnibus . . pertinenciis, prenominatis Michaeli Nicolao Jacobo Mark et Georgio . . cessisset; item villam seu loca sessionalia inter se talem divisionem retulerunt, quod a fenestra sanctuarii ecclesie sancti Johannis incipiens a parte inferiori, scilicet a parte possessionis Baxa, ambe partes usque finem, prenominatis Michaeli et ceteris fratribus suis supradictis, item pars superior a parte montis similiter a predicta fenestra incipiens, in medio platee ad triginta duos amplexus currendo, reflectitur et exit contra montem similiter prenominatis, pars vero circa fluvium existens a predicta fenestra sanctuarii incipiens usque finem, cum reliqua parte extra predictam mensuram a parte montis existentis prefato Emerico . . locus vero molendini in corpore fluvii Harnad existens Michaeli filio Petri cum sepefatis fratribus, cum curia et domo molendinatoris, ita videlicet (quod) in propriis lignis dictum molendinum constru-

ere tenerentur, locus vero molendini in fluvio Zugow existens pretacto Emerico . . in medietate possessionis dicti Johannis filii Andree similiter Keniz vocate alio nomine Gywlathelke nuncupate, inter possessionem Halmay et predictum Michaelem existentis, a parte dicte possessionis Halmay circa fluvium Kechkesvise incipiens usque finem, contra partem occidentalem, pars vero superior Michaeli cum prememoratis similiter usque finem, cum omnibus utilitatibus cum porcione dicti Johannis filii Andree inter fluvium Tycie et Tacta in comitatu de Saboch existentis similiter Keniz vocate, alia vero pars dicte possessionarie porcionis in eadem, Emerico, unicuique in filios filiorum fecisset perpetue et irrevocabiliter possidende . . hoc adiecto, quod si idem Michael cum prenominatis in dicto fluvio molendinum construere poterit, extunc clausuram et partem in ipso fluvio Zugow liberam haberet construendi facultatem, insuper si aliquam possessionem sew possessionariam porcionem dicti Johannis quoquomodo alienatam requirere . . possent, extunc idem Emericus et Michael cum aliis predictis in duas partes dividere tenerentur . . Datum feria secunda post dominicam Oculi, anno domini Millesimo CCC^mo^ quinquagesimo secundo.

János leleszi prépost és a convent által »Jacobus filius Pauli de Keniz« kérésére 1386-ban »in festo Divisionis Apostolorum« kelt átiratban, melyet Zsigmond királynak »in Visegrad sabbato post festum Nativitatis virginis gloriose« 1412-ben »Petri filii Michaelis de Kerchy« kérésére kiadott rendelete következtében Miklós leleszi prépost és a convent »octavo die festi omnium sanctorum« 1412-ben írt át, melynek eredetije megvan a N. Muzeumban a Hatos G. féle gyűjteményben.

346.

1352. Buda, mart. 18. I. Lajos király előtt Tatamér fehérvári prépost I. Károly király engedelme következtében Buda városában egy házat, valamint ezen város határában fekvő szőllő birtokait unokaöcscsének birtokába bocsátja.

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod . . Thatamerius Albensis ecclesie prepositus coram nobis constitutus

est confessus . . quod ipse ex gracia quondam per . . Karolum olim . . regem . . literis suis privilegialibus mediantibus in eo sibi, ut idem possessiones suas hereditarias aquisiticias emticias et quovis titulo ad ipsum devolutas, tam in vita quam in morte legandi donandi cuicunque vellet liberam haberet facultatem, data, porcionem suam in domo et curia in civitate Budensi in vicinitate domus Thome plebani ecclesie beate Marie Magdalene habitam, ipsum contingentem, cum omnibus edificiis, turri, et aliis cuiuslibet (így) suis utilitatibus ad ipsam pertinentibus, necnon vineas suas in territorio eiusdem civitatis Budensis existentes, Mathie filio Stephani fratris sui uterini, Ladislao filio Simonis, Francisco filio Johannis filii Dominici consobrinis suis . . donasset . . iure perpetuo . . possidendas . . imo . . donavit . . coram nobis, nullumve dominium . . sibi de eisdem reservando. Datum Bude, in dominica Letare, anno domini Millesimo CCC^{mo} L^{mo} secundo.

Hátlapján a nagy felségi pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

346.

1352. mart. 19. A pécsváradi convent előtt Vizló fia Mihály özvegye Katalin asszony, Hyrd nevü faluban malomrészét Nagy Kelemen fiának Pécsvárad városából, eladja.

Nos conventus monasterii Waradiensis memorie commendamus . . quod domina relicta Michaelis filii Wyzlou Katherina vocata, filia videlicet Mauricii magni et neptis Benedicti germani Karachini de Hyrd ab una parte, item Gregorius filius Kelemen magni de civitate Waradiensi ab altera coram nobis personaliter comparentes, eadem domina relicta Michaelis filii Wyzlou confessa est . . quod ipsa totam porcionem suam possessionariam predictum Benedictum in molendino predicti Karachini super fluvio de predicta villa Hyrd effluente infra molendinum Pauli filii Andree existentem, contingentem, quam eciam ipsa ab aliis proximis suis ordine iudiciario reoptinuisset, scilicet octavam partem, cuius eciam alteram dimidiam septimanam, hoc est proventus

porcionis altere dimidie septimane, prefatus Gregorius sub titulo impignoracionis habet et possidet, cuius eciam relique et residue partes seu porciones Michaeli magno, Nicolao filio Beke et Bakou filio Nicolai filii Elekus dinoscuntur pertinere, cum suis utilitatibus ad prefatam porcionem ipsius molendini pertinentibus, de consensu . . predictorum Michaelis magni, Nicolai filii Beke et Bakou filii Nicolai, supradicto Gregorio filio Kelemen magni, pro quinta dimidia marca denariorum, quamlibet marcam cum sex pensis computando, plene habitis et receptis ab eodem, et per eum suis heredibus . . vendidisset . . iure perpetuo . . possidendam . . nullo penitus contradictore existente. Datum feria secunda proxima post dominicam Letare, anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo secundo

A pécsváradi conventnek 1358. máj. 10-én »comes Gregorius filius Kelemen magni, iudex de civitate Waradiensi« kérelmére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 605. 7. dipl. oszt. 3683. Közli: Kovács N.

348.

1352. mart. 22. A kolozsmonostori convent Egyed erdélyi alvajdának jelenti, hogy Usi Ivánka és Both fia Gál között, Mikótelke vagy Markháza nevü birtokban a határjárást teljesítette.

. . Egidio vicevoyvode Transsilvano conventus ecclesie beate virginis de Clusmunustura . . literas amicicie vestre . recepimus in hec verba . . conventui ecclesie beate virginis de Clusmunustura . . Egidius vicevoyvoda Transsilvanus . . cum Iwanka de Vs et magister Gallus filius Both racione cuiusdam particule terre litigiose Mykoteleky alio nomine Markhazaeleufelde nominate in presentibus octavis festi sancti Martini confessoris proxime nunc preteriti, ex permissione nostra iudiciaria se arbitrio proborum virorum per eosdem adducendorum in die medii Quadragesime proxime nunc venturo, in facie eiusdem particule terre fieri debendo, prout in aliis literis nostris obligatoriis plenius continetur, submiserunt coram nobis, et ad huius rei veritatem videndam et resciendam testimonium vestrum plurimum existat necessarium, igitur amiciciam vestram

. petimus . . quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, coram quo Johannes dictus Burga vel Johannes de Suuk aut Stephanus de Burgarth sive Ladislaus dictus Cheh aliis absentibus homo noster, in predicto medio Quadragesime ad faciem prenominate particule terre litigiose accedendo, in ipso arbitrio mediantibus aliis literis nostris obligatoriis, que inibi ostenduntur, fieri debendo, interesse debeat, et facto ipso arbitrio, secundum quod dictum arbitrium inter partes predictas habitum dispositum exstiterit, seriem tocius nobis amicabiliter rescribatis. Datum in Sancto Emerico, quarto die termini supradicti, anno domini M^{mo} CCC^{mo} L^{mo} primo. Nos igitur . . una cum Johanne dicto Burga homine vestro nostrum misimus hominem fratrem Petrum custodem ecclesie nostre ad premissa exsequenda vice nostra, qui demum . . retulerunt, quod vicinis et commetaneis universis convocatis, presencialiter accedendo, et partes scilicet Iwanka et magister Gallus in ipsis octavis diei medii Quadragesime probos viros et honestos ad faciem prenominate particule terre litigiose Mykoteleke alio nomine Markhazaeleufelde nominate arbitratores ipsorum adduxissent, et ipsi probi viri scilicet arbitratores inter partes super ipsa particula terre litigiose taliter reformassent et unitatem perpetue pacis reformassent, quod circa unum rivulum Hyntus a parte septemtrionali super unum monticulum duas antiquas metas et veteres reperissent, et secundum cursum ipsarum duarum metarum antiquarum alias duas novas erexissent, item iuxta unam stratam, que tendit versus Palathka, duas novas metas erexissent; item inter terras arabiles versus septemtrionem duas novas metas erexissent, item super unum monticulum vulgariter dicendo Pod, unam metam novam; ceterum circa unam magnam viam, que tendit versus villam Buza a parte septemtrionali, que separat inter terram Mykoteleke, Markhaza alio nomine Eurholm et Zawa, erexissent duas metas et ibi finiuntur. Datum secundo die termini prenotati, anno domini M^{mo} CCC^{mo} L^{mo} secundo. Judicem autem partes tenebuntur complacare.

István alvajdának 1332-ben kelt átiratából, melynek eredetije meg van az orsz. Itárban, dipl. oszt. 28730. Közli: Kovács N.

349.

1352. mart. 22. Buda város bírája és esküttt társai előtt Tatamér székesfehérvári prépost vérrokonai, az ezen prépost által nekik ajándékozott budai házukat Töttös királyi főajtónállónak 400. frtért zálogba adják.

Nos Michael filius comitis Kunczlini iudex castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem, memorie commendamus, quod nobiles viri Mathias filius Stephani patruelis videlicet . . Tatamerii Albensis ecclesie prepositi, ac Ladislaus filius Simonis nepos videlicet eiusdem . . prepositi coram nobis personaliter constituti, magnifico viro Thetews magistro ianitorum dominorum regis et regine, in quadringentis florenis dixerunt se teneri, pro quibus quandam domum ipsorum in dicto castro in vicinitate domus Thome plebani ecclesie beate Marie Magdalene habitam, per prenotatum dominum prepositum non prepositure sed pro sua persona et per eum suis nepotibus cum sua pecunia propria acquisita comparatam, et mediantibus literis regalibus perpetuo ipsis et aliis nepotibus suis datam, cum omnibus edificiis, turri, cellariis et aliis quibusvis utilitatibus ad eandem spectantibus, a data presencium literarum usque ad tres annos integros pignori obligarunt, secundum usum et consvetudinem nostre civitatis ab antiquo approbatam; assummentes nihilominus iidem Mathias et Ladislaus, predictum magistrum Thetews, si qui usque ad complementa ipsorum trium annorum racione prefate domus molestarent vel molestare niterentur, propriis ipsorum laboribus et expensis expedire ab omnibus et specialiter a Francisco filio Johannis filii Dominici proximo ipsorum, et in eadem pacifice conservare; completis vero predictis tribus annis, prefatus magister Thetews, habita pecunia sua memorata, ipsam domum tenetur eisdem resignare, absque defectu aliquali; hoc non pretermisso, quod usque ad complementa trium annorum predictorum, quandocunque et quantamcunque pecuniam usque ad extendenciam valoris predicte domus sepedicti Mathias et Ladislaus ad ipsam domum postulaverint, ipse magister Thetews tenetur dare et persolvere eisdem . . Datum feria

quinta proxima ante dominicam Judica, anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo secundo.

Hátlapján a pecsét nyomaival, felül chyrographummal; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 860. 22. dipl. oszt. 4265. Közli: Kovács N.

350.

1352. mart. 25. A vasvári káptalan előtt Makvai Márk fia Pető, Magyar Pált s nejét és fiukat, Gerse nevű Vas vármegyei birtoknak a remete szent Pál szerzetesei részére való eladományozásától tiltja.

Nos capitulum ecclesie Castriferrei damus pro memoria, quod magister Petew filius Mark de Makua coram nobis personaliter comparendo, magistrum Paulum dictum Magyar et nobilem dominam Margareta vocatam filiam Ladislai, consortem ipsius magistri Pauli, ac Ladislaum filium eorumdem a dacione et donacione possessionis Gelse (így) in comitatu Castriferrei existentis, quibuspiam, specialiter eremitis facienda, universos autem et quosvis cuiuscunque status et condicionis seu dignitatis existant homines, specialiter viros religiosos in habitu eremitarum constitutos, ab occupacione et se quovismodo intromissione, per modum protestacionis prohibuit contradicendo coram nobis. Datum in dominica Judica, anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo secundo.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a gr. Festetics cs. keszthelyi ltárában, Castriferrei 34.

351.

1352. Buda, mart. 28. Tamás országbíró Rozgonyi László és János fiainak, Sóvári László örököse Soós Péter fia Miklós elleni perét elhalasztja.

Nos comes Thomas iudex curie . . comitatusque de Turuch tenens honorem damus pro memoria, quod causam quam Petrus filius Ladislai et Ladislaus filius Johannis de Ruzgun. pro quibus Johannes filius Thome . . astitit, contra magistrum

Ladislaum filium Johannis de Sowar, et ipso mortuo contra Nicolaum filium Petri dicti Sous fratrem eiusdem patruelem, in quem dicta causa de regni consvetudine dicitur debere redundari, pro quo Johannes filius Mortunus .. comparuit, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum in octavis diei medii Quadragesime movere habebant coram nobis, de parcium procuratorum voluntate ad octavas festi beati Georgii martiris nunc proxime venturas, statu sub priori, peremtorie duximus prorogandam. Datum Bude, octavo die termini prenotati, anno domini M^mo CCC^mo L^mo secundo.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1698. 65. dipl. oszt. 4268. Közli: Kovács N.

352.

1352. apr. 2. Az egri káptalan átírja 1337-ben kelt saját oklevelét, mely szerint Szkárosi Miklós és fiai, Runya nevü birtokuk felét Gömör vármegyében, Hamva nevü birtokukhoz közel, s a szent Györgyről nevezett hamvai monostor felől, Hamvai Elek fiának Lőrincznek átadják.

.. capitulum ecclesie Agriensis .. ad universorum noticiam .. volumus pervenire, quod Johannes filius Jacobi filii Elek et nobilis puella filia Laurencii filii eiusdem Elek de Hanua pro se et pro Alberto fratre ipsorum ad nostram .. accedendo presenciam, exhibuerunt nobis quasdam literas nostras patentes .. petentes nos .. ut .. totam formam earumdem nostris literis privilegialibus inseri, nostro sigillo autentico consignari faceremus, quorum quidem literarum .. tenor talis est: Nos capitulum ecclesie Agriensis significamus .. quod comite Nicolao filio Nicolai de Scarus pro se et .. pro Johanne et Ladislao filiis suis, item pro Deseu Petro et Stephano similiter filiis suis .. ex una, et Laurencio filio Elek de Hanua similiter pro se et Jacobo fratre suo parte ab altera coram nobis .. constitutis, per eundem comitem Nicolaum suo et dictorum filiorum suorum nomine .. propositum extitit .. quod quia dicti filii Elek ipsis in linea attinerent proximitatis, et ipsi eosdem semper opportunis atque beneplacitis operibus pertractare studuissent, necnon eisdem suum consi-

lium auxilium et favorem loco et tempore ad id opportunis impendere procurassent, ideo ipsi in recompensacionem predictarum bonitatum, rectam dimidietatem cuiusdam possessionis Runya vocate, in comitatu Gumuriensi prope villam Hanua existentis, a parte monasterii sancti Georgii martiris in eadem Hanua fundati adiacentem, videlicet porcionem ipsorum, salva porcione aliorum in eadem habita, quam antea Johannes dictus Bok et Petrus fratres sui iam defuncti tempore vite ipsorum eisdem filiis Elek contulissent, cum omnibus .. pertinenciis .. et sub metis .. sub quibus eandem ipsi .. possedissent, sic sicut dicti fratres ipsorum dedissent .. coram nobis dictus comes Nicolaus .. contulit prescriptis filiis Elek et ipsorum heredibus iure perpetuo .. possidendam .. Datum in octavis beati Georgii martiris, anno domini M^mo CCC^mo tricesimo septimo. Nos igitur .. dictas literas nostras in nulla sui parte viciatas .. transscribi .. fecimus .. In cuius rei testimonium .. presentes contulimus sigilli nostri .. pendentis munimine roboratas ac alphabeto intercisas; presentibus tamen Alexandro cantore, Johanne custode dominis, item Johanne de Borsod, Petro de Hvngh, Dominico de Borsua, Nicolao de Zabolch et altero Nicolao de Tharcha archidiaconis .. Datum feria secunda proxima post dominicam Palmarum, anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo secundo; regnante Lodovico .. rege .. Nicolao Strigoniensi, Dionisio Colochensi archiepiscopis, et .. N(icolao) .. episcopo .. et prelato nostro existentibus.

Függő pecsét nyomaival, alúl chyrographhummal; eredetije a N. Muzeumban a Hamvay cs. ltárában.

353.

1352. Hidvég, apr. 4. Hont vármegye alispánja és szolgabirái I. Lajos királynak jelentik, hogy ama hatalmaskodást, melyet Bakabánya és Báth városok bírái Dersenyei Lipót birtokán elkövettek, megvizsgáltatták.

.. Lodovico .. regi .. magister Demetrius vicecomes et iudices nobilium Hontensis comitatus .. Noveritis nos literas celsitudinis vestre .. recepisse in hec verba: Lodovicus ..

rex .. comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium Hontensis comitatus .. Dicitur nobis in personis Lypoldi de Dersenye, Michaelis et Ladislai filiorum eiusdem, quod universi cives et hospites nostri de Bakabanya et de Baath ac specialiter Nicolaus et Fridricus iudices de eis, feria secunda proxima post dominicam Letare proxime preteritam ad predictam possessionem ipsorum Dersenye potencialiter venientes, domos eorum proprias et iobagionum eorumdem confrangendo, quamplurima damna eisdem intulissent, talibus illicitis verbis eos pertractando, ut ipsi in domibus ipsorum fures, latrones et alios malefactores conservassent, sed in omnibus premissis innocentes essent penitus et immunes; super quo .. mandamus, quatenus unum vel duos ex vobis .. transmittatis, qui .. investigando sciant et inquirant omnimodam veritatem, et post hec .. nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, feria quinta proxima ante dominicam Judica, anno domini M^mo CCC^mo L^mo secundo. Nos itaque vestris preceptis et mandatis volentes satisfacere ut tenemur, duos ex nobis ad premissa prosequenda transmisimus, tandem iidem .. retulerunt, quod a nobilibus et eciam a iudicibus nobilium, item a sacerdotibus et aliis communibus hominibus comitatus Huntensis, et specialiter a vicinis et commetaneis, supradictam possessionem Dersenye vocatam circumiacentibus diligenter investigando, de premissa inquisicione hanc rescivissent veritatem, quod cives et hospites de Bakabanya et de Baath, specialiter Nicolaus et Fridricus iudices de eisdem, feria secunda proxima post dominicam Letare proxime preteritam, ad prenotatam possessionem Dersenye venientes, in domibus ipsius Lypoldi, filiorum et iobagionum suorum fures et alios malefactores quesivissent, ipsos illicitis verbis pertractantes et ex hoc maguam verecundiam eisdem in grande preiudicium ipsorum inferendo, cum tamen ipsi cives et hospites cum iudicibus eorum superius nominatis nullum furem et malefactorem apud sepedictum Lypoldum et filios suos et iobagiones eorumdem invenire potuissent. Datum in Hydweg, feria quarta proxima post dominicam Ramispalmarum, anno supradicto.

Zárlatán három gyűrűs pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. ltárban, dipl. oszt. 24,423. Közli: Kovács N.

354.

1352. apr. 4. A nyitrai káptalan bizonyságlevele a Barakchai Jakab fiainak Nagy-Ugrócz és Pasyth nevü Bars vármegyei birtokain teljesített határjárásról.

Capitulum ecclesie Nitriensis .. ad universorum .. noticiam volumus pervenire, quod nos literas .. Lodovici .. regis .. super possessionibus Nogvgrouch et Pasyth, in comitatu Borsiensi existentibus reambulatorias, pro magistris Nicolao et Stephano filiis Jacobi de Barakcha .. recepimus .. et secundum continenciam earumdem cum Nicolao de Peel homine eiusdem domini regis .. magistrum Johannem custodem socium et concanonicum nostrum ad premissam reambulacionem faciendam pro testimonio duximus transmittendum, qui demum .. retulerunt, quod idem homo vester sabbato proximo ante dominicam Ramispalmarum de novo preteritam, ad faciem dictarum possessionum Nogvgrouch et Pasyth vocatarum, cum eodem homine nostro, et in eisdem quatuor diebus continuis exspectans, vicinis et commetaneis universis, scilicet Paulo et Leukes de Simoni, Petro Thoma Stephano et Johanne de Oslan, Nicolao filio Salomonis de Baragian, Nicolao dicto Arwa et Benedicto de eadem, Johanne abbate de Colos, magistro Johanne filio Gyleti castellano de Boymoch et de Keseleukeu, Nicolao de Peren castellano de Hrusow, de mandato regio literatorio legitime convocatis et presentibus, predictas possessiones Nogvgrouch et Pasyth per suas veras metas et antiquas reambulasset .. reambulatasque .. reliquisset ipsis magistris Nicolao et Stephano filiis Jacobi eo iure quo ad ipsos dignoscitur pertinere perpetue possidendas, nullo penitus contradictore apparente. Cursus quidem metarum dictarum possessionum is est: quod sub monte Mochk nuncupato in parte orientali sub arbore quercina esset meta terrea, deinde procedendo versus partem aquilonarem, in quadam valle sub arbore quercina esset meta terrea, ab inde autem procedendo in cuiusdam ascensum montis, sub arbore quercina esset meta terrea, et hec tres mete separarent illam villam predictorum filiorum Jacobi Nogvgrouch dictam a villa

domini regis Felfalu nominata; item ab ipsa tercia meta liniatim procedendo, a parte eiusdem ville Felfalu in vertice montis pro alia villa eorumdem filiorum Jacobi Pasyth vocata esset meta terrea, deinde per eandem lineam de monte in quandam vallem descendendo, sub arbore quercina esset meta terrea, abinde vero per eandem vallem versus aquilonem procedendo, sub arbore tylie esset meta terrea, ab ipsa vero meta per eandem vallem versus ortum solis procedendo sub arbore piri esset meta terrea, item eadem linea versus rivulum Kysmeholnicha dictum procedendo sub arbore rakatia vulgariter dicta esset meta terrea; abinde autem iuxta decursum eiusdem rivuli procedendo sub arbore cini *(igy)* que penes eundem rivulum staret esset meta terrea, abinde vero secundum quod idem rivulus Kysmoholnicha in maiorem rivulum, qui similiter Moholnicha vocatur decurrit, esset meta terrea, et ibi terminarentur mete, que dividunt sepedictam villam Pasyth a villa domini regis Felfalu superius nominata; deinde ab ipso coniunctu rivulorum per decursum maioris rivuli Moholnicha procedendo, usque ad locum ubi ipse rivulus in duas partes divideretur, ipsa divisio rivuli esset pro meta, que dividit villam Pasyth a villa Petri filii Nicolai Hoslen vocata, ita videlicet, quod superior pars rivuli, que per terram predicti Petri filii Nicolai de Oslen decurrebat, quam partem rivuli superiorem prefati filii Jacobi causa pacis et amicicie in suo priori et antiquo decursu per terram suam usque ad flumen Nitra pro meta decurrere fecissent sua spontanea voluntate, postea vero a loco illo, ubi ipsa superior pars rivuli Moholnicha in flumen Nitra intraret, ab ipso introitu ipsius rivuli ipse fluvius Nitra prout per terram Kereschenen ac per terram Pasith decurreret, media pars eiusdem fluvii cederet pro meta filiis Jacobi prenotatis, ac possessione eorum Pasith prelibata usque ad metam ville Kysugrouch scilicet domini regis per decursum fluvii descendendo, circa ipsam autem metam Kysugrouch iterato extra flumen Nitra saliendo, sub quadam arbore piri prope ipsum flumen Nitra inter villam Kysugrouch domini regis ac possessiones seu villas Nogugrouch et Pasit memoratorum filiorum Jacobi esset meta terrea, item ab ipsa arbore piri versus quendam montem contra partem meridianam pro-

cedendo, sub arbore sylfa vulgariter dicta esset meta terrea, abinde vero per quendam rubum transeundo, iuxta eundem rubum sub arbore egerfa dicta esset meta terrea, deinde vero ad viam publicam que versus Privigiam et Turoch duceret procedendo, iuxta ipsam viam esset meta terrea, deinde ipsam viam super quandam terram arabilem transeundo in medio ipsius terre arabilis esset meta terrea, ab ipsa vero meta transeundo versus viam que de magna Wgrouch in minorem Vgrouch duceret, iuxta ipsam viam esset meta terrea, deinde ipsam viam transeundo, versus quendam montem vulgariter Sypkheg dictum procedendo, in eodem monte esset meta terrea, abinde vero procedendo, ad album lapidem venissent, et ab ipso lapide ad dorsum montis Hosechno, et abhinc ad montem Drenova ad metam Keukapu dictam, deinde ad tres metas terreas Cerok vulgariter dictas, quarum una separaret possessioni Baragian, altera ipsi possessioni Vgrouch, tercia vero possessioni abbatis de Kolos, posthec curreret in quodam monticulo berch vulgariter dicto ad meridiem, et incideret in quandam viam, per quam hospites de Kolos ligna ducere solent, et ipsa via incideret in viam publicam que duceret ad Hrusou, et per ipsam viam pergeret usque ad Remetekuth, que ad partem dexteram separaret possessionibus abbatis de Kolos, ad partem vero sinistram filiis Jacobi sepenominatis, abhinc ad montem Razdel, que ad partem orientalem separaret ipsi possessioni Vgrouch, ad partem vero occidentalem castro Hrusou antedicto, posthec ad pratum Chaslou, et incideret in viam que transiret ad Velikapole, ad orientem ad quendam locum Scallou vulgariter dictum, deinde ad Myslakutha, tandem ad montem Tyssaberch dictum, inde ad rivulum Konopenyche, exinde ad Turkpotuka, et pertransiens ipsum rivulum, intraret viam quandam et per ipsam viam curreret ad silvam ad fontem Palaz, hinc pergeret in dorso monticuli berch dicti usque ad terminos metales possessionis Felfalu, que ad partem dextram separaret possessioni Radoniche nobilium de Symoni, ad partem vero sinistram ipsi possessioni Vgroch, usque ad priorem metam, et ibi terminarentur .. Datum feria quarta proxima ante festum Resurreccionis domini, anno eiusdem Millesimo trecentesimo

quinquagesimo secundo, magistro Johanne lectore ecclesie nostre existente.

A pecsét zöld és szederjes színű selyem sodraton függ, alul chyrographum rajta. Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 110. 8. dipl. oszt. 4272. I. Lajos király a határjárásra a garam-szentbenedeki conventet is kiküldötte, s ennek Hechard nevű szerzetese Peéli Miklós kir. emberrel együtt a Ramispalmarum vasárnap előtti szombaton 1352-ben, a föntebbi oklevélben leírt módon teljesítették a határjárást egész e szavakig: »ad album lapidem venissent et ab ipso lapide«, azután így folytatják: »ad viam que in valle Baragyan transit descendissent, iuxta quam viam novam terream metam erexissent, et inde procedentes ad fontem, qui vulgo Javornik vocitatur, venissent, sed ibi nullam metam erexissent, quod ipse fons esset meta, qui villas seu possessiones Nogwgroch et Pasyt supradictorum Nicolai et Stephani magistrorum filiorum Jacobi de Barakcha a villa domini regis Kysugroch vocata separaret; et ab eadem meta propter absenciam aliquorum commetaneorum ulterius non hac vice processissent.« A garam-szentbenedeki convent erről kiadott levele kelt »feria quarta proxima ante festum Resurreccionis domini«, melyet ugyancsak a garam-szentbenedeki convent 1366-ban remete szent Pál napján Barachkai Jakab fia István kérésére, 1403. nov. 23-án pedig »Johannes filius Bodok de Nyvegh« kérésére »magistro Gregorio lectori ecclesie Boznensis et Johanni filiis condam Petri de Kystapulchan ad cautelam« átírt; az utóbb kelt oklevél eredetije meg van az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 108. 25. dipl. oszt. 8860. Közli: Kovács N.

355.

1352. apr. 5. A garam-szentbenedeki convent I. Lajos királynak jelenti, hogy Vrach fia Bálint curiáját Deser nevü birtokán Trencsén vármegyében, Serench néven ismeretes több gonosztevők megrohanták, a kik közül az említett Bálint egyet megölt.

.. Lodovico .. regi .. conventus monasterii sancti Benedicti de iuxta Goron .. Literas vestre excellencie inquisitorias pro Valentino filio Vrach de Deser recepimus .. in hec verba: Lodovicus .. rex .. conventui sancti Benedicti de iuxta Goron .. Dicitur nobis in persona Valentini filii Vrach de Deser, quod in dominica Judica proxime preterita, noctis in silencio quidam malefactores seu nocivi homines vulgariter serench

dicti, ad domum suam in eadem Deser habitam armatis manibus venientes, confractis portis curie sue, eandem domum suam concremare ipsumque interficere voluissent, ubi unum ex eisdem malefactoribus Petrum nomine, officialem Petri dicti Waguc de Hornyan, idem Valentinus in sua defensione interemisset; quare .. mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio .. quo presente Nicolaus vel Johannes filius Baykos de Moytih aut Stephanus de Chuklaz aliis absentibus homo noster, ab omnibus quibus decet et licet .. de premissis investigando .. inquirat omnimodam veritatem; et post hec .. nobis .. rescribatis. Datum Bude, feria sexta proxima ante dominicam Palmarum, anno domini Millesimo CCC^{mo} L^{mo} secundo. Nos igitur .. una cum eodem Stephano de Chuklaz .. fratrem Petrum sacerdotem unum ex nobis ad exequendum premissa .. duximus transmittendum, qui demum .. retulerunt, quod prout ipsi a nobilibus et ignobilibus ac aliis communibus hominibus comitatus Trenchiniensis, a quibus expediens fuisset, et specialiter a nobilibus dicte ville Deser, ac vicinis nec non commetaneis eiusdem scire et inquirere veraciter potuissent, hanc de premissis scivissent .. veritatem, quod cum in dominica predicta quidam malefactores vulgo serench dicti, noctis in silencio ad domum supradicti Valentini de Deser armatis manibus veniendo, confractis portis curie, eandem domum suam concremare ipsumque interficere voluissent, idem Valentinus unum ex eisdem, scilicet Petrum antedictum officialem Petri dicti Vaguc de Hornyan, in sua et domus sue defensione interfecisset; eundem eciam malefactorem homo vester ac noster in prefata domo Valentini iacere interfectum occulata fide retulerunt se vidisse. Datum feria quinta in Cena domini, anno eiusdem prenotato.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. S. R. A. 1598. 12. dipl. oszt. 4269. Közli: Kovács N.

356.

1352. apr. 18. A nyitrai káptalan előtt Borsai Egyed fia László előadja, hogy rokonát Kozma fiát Egyedet, Olivér fia András és társai megölték, kik ellen a törvény útján fog föllépni.

Nos capitulum ecclesie Nitriensis damus pro memoria, quod Ladislaus filius Egidii de Borsa coram nobis personaliter comparendo, exstitit protestatus, quod Andreas filius Oliverii et Dominicus filius Blasii ac Paulus filius eiusdem Dominici in die Pasche proxime iam preterita, potencialiter venientes in curiam ipsius Egidii, Egidium filium Cosme proximum suum sine suis excessibus et culpis interemissent, et dum tempus ad hoc habuerit, super morte predicta iusticialiter contra homicidas predictos se dixit processurum. Datum feria quarta post octavas Pasche domini, anno M^mo CCC^mo L^mo secuundo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1698. 68. dipl. oszt. 4274. Közli: Kovács N.

357.

1352. Eger, apr. 20. Az egri püspök vicariusai előtt Péteri László fia János nővérétől született Fejér János fia János és ennek nővérei elismerik, hogy az anyjuk és nagyanyjuk után járó hitbér- hozomány- és leánynegyedi illetőségüket a Péteri családbeliek Péteri és Korchy nevü Sajó melléki birtokokból kiadták.

Nos Petrus archidiaconus de Vngh et Gothardus magistri canonici ecclesie Agriensis ac in officio vicariatus per .. Nicolaum .. episcopum dicte ecclesie Agriensis .. iudices pro tempore constituti, memorie commendamus, quod Johanne filio Johannis dicti Feyer ex nobili domina sorore Johannis filii Ladislai condam de Peturi, ut dicitur, progenito, pro se et pro tribus sororibus suis Elena Annus et Margith .. ex una, et Paulo filio Georgii ac Johanne filio Nicolai nobilibus de eadem Peturi similiter pro se et pro Martino filio dicti Georgii, Paulo et Petro filiis ipsius Nicolai, Johanne filio

Abram, item Johanne filio Petri et filiis Dionisii filii pretacti Petri Rudai dicti, fratribus et proximis suis parte ab altera coram nobis personaliter constitutis, per eundem Johannem filium Johannis dicti Feyer sua et prenominatarum nobilium dominarum sororum suarum in personis .. propositum exstitit .. quod quia memorati nobiles de Peturi cognati sui nuperrime iuxta amicabilem composicionem proborum virorum et ob favorem proximitatis, pro totali expedicione dotis et rerum parafernalium ac quarte filialis condam nobilium dominarum avie et matris suarum, que scilicet debita ipsis de universis porcionibus possessionariis eiusdem Johannis filii Ladislai absque heredum solacio ut refertur decedentis, iure nature et de huius regni consvetudine provenire debuissent, quandam particulam terre in possessione ipsorum communi Korthy vocata in comitatu Borsodiensi et iuxta fluvium Sayo ut dicitur adiacente, cum universis .. pertinenciis, ac undique metis distinctam, quarum quidem metarum cursus in aliis literis nostris pro parte ipsorum confectis inserte haberentur, sibi et dictis dominabus sororibus suis ac ipsorum heredibus perpetue possidendam statuissent, ob hoc ipsi super eadem particula terre quoad ipsas possessiones Peturi et Korhy solummodo sufficienter contenti, memoratos nobiles de Peturi et eorumdem posteritates super eisdem dote et rebus parafernalibus ac quarta filiali reddidissent .. expeditos .. Literas eciam .. capituli dicte ecclesie Agriensis super prememorata porcione sua quam hactenus in eadem possessione Peturi .. possedisset, et quam predicta nova composicione prelibatis nobilibus de Peturi resignasset, cassatas reliquisset .. Preterea ordinatum exstitit per partes supradictas, quod super debito dotis et rerum parafernalium in porcionem nobilium puellarum eiusdem Johannis filii Ladislai ex eadem provenienti, sepedictus Johannes filius Johannis et domine sorores sue ab eisdem filiabus Johannis filii Ladislai expedire tenerentur nobiles de Peturi supradictos .. Datum Agrie, sexto die octavarum festi Resurreccionis domini, anno eiusdem M^{mo} CCC^{mo} quinquagesimo secundo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst oszt. Eccles. 8. 2. dipl. oszt. 4275. Közli: Kovács N.

358.

1352. Buda, apr. 24. István szepesi és sárosi herczeg a herczegsége alá tartozó összes hatóságoknak meghagyja, hogy Lamnochai Jakab fiait, addig míg kiskoruságuk tart, maguk elé meg ne idézzék, s ügyeikben ne ítéljenek.

Stephanus dux dei gracia terre Scepusiensis et de Sarus .. universis prelatis baronibus comitibus castellanis nobilibus officialibus, nec non civitatibus et liberis villis eorumque rectoribus iudicibus et villicis, generaliterque omnibus iudicibus et iusticiariis ac eorum vices gerentibus sub suo dominio seu ducatu .. existentibus .. Cum nos Paulum et Johannem filios Jacobi filii Johannis de Lamnocha pueros in tenera etate constitutos, de benignitate ducali, medio tempore donec legitimam pervenirent ad etatem, ut pro se ipsis in causis eorum valeant respondere, a iudicatu et iurisdiccione vestra exemerimus, fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus dictos Paulum et Johannem filios Jacobi filii Johannis pueros in tenera etate constitutos, medio tempore donec legitimam pervenirent ad etatem, ut pro se ipsis in causis eorum valeant respondere, super aliquibus causis et causarum articulis, tam scilicet causis motis quam movendis, exceptis causis tempore patris ipsorum iniciatis et novis possessionum occupacionibus, iudicare vel vestro astare compellere iudicatui non audeatis et non presummatis, sicut nostram graciam graviter offendere pertimescitis. Datum Bude, in festo sancti Georgii martiris, anno domini Millesimo CCC^{mo} quinquagesimo secundo.

Hátlapján gyűrűs pecsét nyomaival, a pecsét alatt e szavak olvashatók: »commissio domini ducis propria et relacio Nicolai de Kubly«. Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1537. 52. dipl. oszt. 4276. Közli: Kovács N.

359.

1352. Buda, apr. 26. I. Lajos király tekintetbe véve a két Nagymartoni Miklós érdemeit: hogy István herczeg arját Passauból Magyarországba kisérték, hogy a litván hadjáratban részt vettek, s hogy István bosniai herczeg leányát Máriát a király rokonát s Helseneer nevü úr menyasszonyát Passauba elkisérték, tekintetbe véve azt is, hogy az elmúlt három év alatt a közszolgálat miatt saját dolgaikat elhanyagolni kényteleníttettek, elrendeli, hogy mindazon birtokok, melyeket a Nagymartoniak ellenfelei három év óta elfoglaltak, nekik visszaadassanak, és e végett a nádort és az országbírót utasítja.

Nos Lodovicus .. rex .. significamus, quod cum magistri Nyklynus magistri Laurencii, et alter Nyklynus Nyklyni filii, comitis Pauli condam iudicis curie nostre nepotes dilecti et fideles nostri, ipso comite Paulo volente domino viam universe carnis ingresso, in omnibus nostris negociis placidis et opportunis ac summe arduis, omni fidelitatis et conaminis studio se complacere et utique reddere graciosos et acceptos studuissent nostre maiestati, et specialiter in iis, ut dum quosdam fideles barones nostros et ipsos magistros Nyklynum magistri Laurencii, et alterum Nyklynum Nyklyni filios ad traduccionem excellentissime principisse domine Anne nuris nostre, filie incliti principis domini Lodovici condam imperatoris romanorum in consortem domini Stephani ducis fratris nostri carissimi matrimoniali federe iure et legitime copulate transmisissemus, iidem uterque Nyklynus suis propriis copiosis sumtibus et expensis in nostri honoris incrementum cum eisdem baronibus nostris socialiter Pazzoviam accedentes, nobis fideles et devotos non parcentes suis rebus et personis exhibuerunt famulatus; et cum iis temporibus non prolongatis Christi nomine invocato ad conterendam duriciem et seviciam cordis paganice gentis Lythvanorum a Christi fide scissorum, in valido exercitu propria in persona accessissemus, idem magister Nyklynus filius magistri Laurencii similiter in propriis sumtibus et expensis, honesta hungarice gentis na-

strum Johannem filium Petri de Chahul vel eius heredes . . non possent . . extunc de aliis possessionariis porcionibus ipsorum hereditariis in eadem possessione Zarazberek existenti bus, tantam porcionem possessionariam, quanta predicta medietas totalis medietatis prefate possessionis Zarazberek vocate ipsi magistro Johanni devoluta existeret . . nec aliquali pecuniaria solucione absque possessionaria dacione ullo unquam tempore se valerent expedire; ad quod se predicti Michael filius Deseu et Johannes filius Ladislai nobiles de Zarazberek personaliter sponte obligarunt coram nobis, petentes nos partes predicte . . ut premissam composicionem eorum nobis parivoto et unanimi voluntate recitatam . . confirmare dignaremur. Nos igitur . . legitimis peticionibus ipsorum inclinati, predictam concordialem et composicionariam confessionem eorum in facto predictarum possessionariarum porcionum et aliarum causarum ut premittitur coram nobis factam et habitam, acceptamus ratificamus approbamus et presencium literarum nostrarum privilegialium patrocinio ad perpetuam durabilitatem valere nostri palatinatus auctoritate confirmamus. In cuius rei memoriam . . presentes utrisque partibus concessimus literas nostras privilegiales pendentis sigilli nostri autentici munimine roboratas. Datum Bude, sabbato proximo ante dominicam Ramispalmarum, anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo secundo. Nos igitur iustis peticionibus earumdem parcium gratum prebentes assensum, easdem literas de verbo ad verbum perlegentes, omni suspicione carentes reperiendo, transscribi fecimus, et eandem reformacionem pacis testimonio presencium approbamus; et quia in eisdem literis domini palatini metalis distinccio possessionariarum porcionum predictarum non continebatur, ideo eedem partes pari voluntate presentibus hominibus eiusdem domini palatini, videlicet magistro Chaak filio Michaelis de Darah et nostro, scilicet . . Thoma sacerdote chori ecclesie nostre et rectore altaris beati Gregorii pape, cum literis eiusdem domini palatini universis vicinis et commetaneis earumdem convocatis, presente eciam Ladislao filio Michaelis de Mycola fratre patruele eiusdem Michaelis filii Deseu et consenciente, easdem quantum ad loca sessionalia hoc modo distinxissent: nam vicus simplicis ordinis in predicta posses-

sione Zarazberuk a parte orientali adiacens in porcionem eiusdem Michaelis filii Deseu devenisset, sicut antea exstiterat perpetuo possidendus, alter vero vicus oppositus a parte occidentali adiacens, duabus metis in medio eiusdem vici erectis, in duas partes distinctus exstitisset, cuius medietas protensa ab eisdem metis versus plagam meridionalem ad quendam rivulum Eger dictum, ubi essent due mete terree, in porcionem eiusdem Johannis filii Ladislai devenisset, alia vero medietas eiusdem vici protensa ab eisdem duabus metis versus septemtrionem, usque duas metas terreas, in ius et proprietatem prefati magistri Johannis filii Petri de Chahul pervenisset similiter perpetuo possidenda, hoc eciam expresso, quod idem Michael in utroque fine vici in proprietatem suam devoluti duplicato ordine poterit iobagiones collocare; e converso autem tam idem magister Johannes filius Petri, quam prefatus Johannes filius Ladislai, in extremitatibus suarum porcionum reflectendo versus occidentem, poterunt quantoscunque voluerint iobagiones collocare ordine duplicato; terras vero usuales communi usui deputassent sicut hactenus eisdem usi exstitissent, et si in aliquo loco alio eiusdem possessionis ullo unquam tempore iobagiones locaverint, extunc medietas eorumdem locorum sessionalium erit Michaelis supradicti, alia vero medietas divisa in duas, partim erit magistri Johannis filii Petri prenotati, partim vero Johannis filii Ladislai memorati; hoc eciam expresso, quod quandocuque terras usuales quicunque ex ipsis dividere voluerit, nullus ex eis eandem divisionem possit impedire, sed simul easdem dividere tenebuntur, quarum medietatem Michael supradictus possidebit, quartam vero partem Johannes filius Ladislai, aliam quartam partem magister Johannes filius Petri memoratus; adiecerunt eciam iidem homines domini palatini et noster, quod dum eedem possessionarie porciones in literis predicti domini palatini expresse, supradictis partibus vigore literarum ipsius domini palatini statute exstitissent, Thomas filius Pauli filii Ropheyn personaliter ibi exstitisset, et in nullo eisdem contradixisset, sed plenum consensum statucioni predicte possessionarie porcionis in eadem Syma habite prebuisset . . Datum in festo apostolorum Philippi et Jacobi beatorum, anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo

Thoma iudice curie regie contra ipsum magistrum Johannem filium Petri de Chahul convictus exstitisset . . ac aliis iniuriis hinc et inde usque diem datarum presencium inter ipsos exortis et ventilatis, nec non possessionariis porcionibus Ladislai filii Stephani in possessionibus Syma et Zarazberek vocatis habitis, in comitatu Zathmariensi existentibus, quas prememoratus comes Thomas iudex curie regie tempore sui voyvodatus partis Transsilvane ab excellentissimo . . domino Karulo pridem . . rege . . nomine possessionis dicti Ladislai filii Stephani condam de Syma, qui racione false fabricacionis monetarum regalium, tamquam cusor falsarum monetarum per comites camararum eiusdem domini Karuli regis incendio exstiterat concrematus, pro fidelibus suis serviciis in literis predicti domini Karoli regis lucidius expressis . . obtinuisset, et demum tempore procedente, dicto domino Karolo rege ab hac luce migrato et in sui regiminis gubernaculum . . Lodovico filio suo . . sublimato et coronato, dictas possessionarias porciones predicti Ladislai filii Stephani in dictis possessionibus Zarazberek et Syma vocatis habitas, idem Thomas condam voivoda nunc vero iudex curie domini regis, prefato magistro Johanni filio Petri de Chahul mediantibus literis patentibus predicti domini Lodovici regis domini nostri, coram nobis per eundem magistrum Johannem filium Petri de Chahul demonstratis, similiter pro fidelibus suis serviciis in eisdem literis patentibus dicti domini Lodovici regis . . plenius contentis . . perpetuo . . possidendas . . contulisset, propter ipsius pacis pulchritudinem et concordie unionem taliter concordassent et concordarunt coram nobis, eo modo, ut prelibatus magister Johannes filius Petri de Chahul predictam possessionariam porcionem dicti Ladislai filii Stephani in dicta possessione Syma vocata habitam, eisdem Michaeli filio Deseu et Johanni filio Ladislai cum omnibus suis . . pertinenciis iure perpetuo possidendam . . resignasset pleno iure, nec non super omnibus causis et causarum quibuslibet articulis, iudiciorum gravaminibus, facto calumnie, in quo idem Johannes filius Ladislai, ut premittitur, coram dicto comite Thoma iudice curie regie contra ipsum fuisset aggravatus, et aliis iniuriis eosdem Michaelem filium Deseu et Johannem filium Ladislai ex sui

parte reddidisset . . expeditos, imo reddidit . . coram nobis; universas eciam suas literas super dictis iudiciorum gravaminibus, facto calumnie et aliarum causarum articulis, contra ipsos Michaelem filium Deseu et Johannem filium Ladislai usque modo seu usque diem datarum presencium quoquomodo emanatas . . vanas . . ac exhibitoribus nocituras . . commisit coram nobis; e converso vero predicti Michael filius Deseu et Johannes filius Ladislai nobiles de Zarazberek in recompensacionem relaxacionis omnium premissorum gravaminum et perpetualem resignacionem dicte possessionarie porcionis eiusdem Ladislai filii Stephani in Syma habite, primo per pretactum dominum Karolum regem a predicto Ladislao filio Stephani pro suis meritoriis excessibus ignis supplicio consumto ablate, et in perpetualem proprietatem ipsius dicti Thome quondam voivode . . redacte, et demum tempore succedente per ipsum dictum Thomam quondam voivodam similiter pro suis fidelibus serviciis eidem magistro Johanni de Chahul vigore literarum patencium prememorati domini Lodovici regis . . donate, medietatem totalis medietatis dicte possessionis ipsorum hereditarie Zarazberek vocate, a parte occidentali existentis, simul cum porcione possessionaria eiusdem magistri Johannis in eadem possessione Zarazberek vocata habita, in uno loco et ordine a parte septemtrionali, cum omnibus suis utilitatibus . . videlicet iuris patronatus capelle beate virginis in eadem possessione fabricate . . ac aliis quibuslibet suis . . pertinenciis . . contulissent ipsi magistro Johanni filio Petri de Chahul et per eum suis heredibus . . iure perpetuo . . possidendam . . imo dederunt . . coram nobis, nullum ius . . in dicta medietate totalis medietatis prefate possessionis Zarazberek vocate a parte septemtrionali habita, sibi et suis heredibus . . reservando, sed totum ius . . in ipsum magistrum Johannem et suos heredes . . transferendo; assummentes nihilominus iidem Michael filius Deseu et Johannes filius Ladislai . . eundem magistrum Johannem filium Petri de Chahul ac suos heredes . . super dicta medietate totalis medietatis predicte possessionis Zarazberek vocate a prefata plaga septemtrionali adiacenti . . a proximis et cognatis suarum generacionum et specialiter super quartis puellaribus sororum ipsorum expedire . . qui si ipsum magi-

360.

1352. apr. 26. Az egri káptalan előtt Bulchy Dénes unokája Zudar István, ki Köbölkuti Marhard fia Lőrincz unokahugát Rhédei Jakab leányát Annát házastársúl eljegyezte, magát arra kötelezi, hogy a nejével adott Szinyér nevü Zemplén vármegyei birtokot az esetre, ha neje mag nélkül halna el, visszaadni tartozik.

Nos capitulum ecclesie Agriensis significamus . . quod magistro Stephano dicto Zudar filio Dominici filii Dionisii de Bulchy et comite Damiano filio Michaelis de Seny famulo et procuratore magistri Laurencii filii Marhardi de Kubulkuth cum literis procuratoriis prepositi et conventus de Jazou pro eodem domino suo parte ab altera coram nobis personaliter constitutis, per eundem magistrum Stephanum propositum exstitit . . quod quia prenominatus magister Laurencius et nobilis domina consors sua ipsum divina gracia sic annuente in suum cognatum assummentes et ipsorum heredem constituentes, quandam virginem et nobilem puellam neptem eorum, filiam scilicet Jacobi filii Desew de Reede Annam vocatam, simul cum possessione sua Zynier nuncupata in comitatu Zemliniensi et iuxta fluvium Harnad ut dicitur existenti, cum universis . . pertinenciis ac particulis terrarum ad eandem spectantibus, specialiterque cum literis privilegialibus condam . . Karoli regis . . super ipsa possessione confectis, nec non quarta parte equaciarum suarum adhuc simplici fide mediante, prout in talibus antenupcialibus inter parentes coniugancium contractus fieri consvevissent, sibi per coniugem tradidissent, et pretactus comes Damianus auctoritate procuratoria exnunc coram nobis in persona dicti domini sui premissa . . contulit easdem possessionem et equacias perpetuo possidendas, ideo ipse hoc assumsisset . . e converso, quod si ipsum vel dictam domicellam coniugem suam ante carnalem copulacionem vel post dictam carnalem copulacionem absque heredum solacio, quod deus avertat, decedere contingeret extunc ipse preallegatas possessionem et literas privilegiales, memoratis Laurencio socero et domini socrui suis aut fratribus vel consanguineis dicti Laurencii reddere . . teneretur, qualibet occasione rele-

gata; si vero ipse tunc secus in his facere attentaret . . extunc ipse pretaxatas possessiones et literas cum pena quinquaginta marcarum sine porcione iudicis et ante litis ingressum deponendarum, illis quibus tunc magis congrueret, resignare teneretur . . Datum feria quinta proxima post festum sancti Georgii martiris, anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo secundo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1537. 53. dipl. oszt. 4278. Közli: Kovács N.

361.

1352. máj. 1. A váradi káptalan Miklós nádornak 1352. mart. 31-kén kelt levelét, mely szerint Csaholi János, úgy Simai László és Dezső fiai, Sima és Szárazberek nevű Szatmár vármegyei birtokokban illetőségeiket a nádor előtt meghatározták, átírván, egyszersmind arról, hogy köztük az osztály tényleg miként történt meg, bizonyságlevelet ad.

Capitulum ecclesie Waradiensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod accedentes ad nostram presenciam vir nobilis magister Johannes filius Petri de Chahul ab una parte, ex altera vero Michael filius Deseu et Johannes filius Ladislai fratris eiusdem patruelis nobiles de Syma . . exhibuerunt coram nobis literas privilegiales . . Nicolai . . palatini . . formam pacis et concordie inter eos facte continentes, petentes nos . . ut easdem transscribi . . faceremus . . quarum tenor . . talis est: Nos Nicolaus . . palatinus . . significamus . . quod magister Johannes filius Petri nobilis de Chahul ab una, item Michael filius Deseu et Johannes filius Ladislai nobiles de Zarazberuk, parte ex altera coram nobis personaliter constituti proposuerunt . . quod ipsi per composicionem et ordinacionem plurimorum proborum et nobilium virorum pacis amatorum, ut omnis litis, rancoris et invidie fomes de medio ipsorum radicitus evelleretur et ipsi eterno pacis favore valerent gratulari, super omnibus causis et causarum quibuslibet articulis, iudiciorum gravaminibus, facto calumnie, in quo idem Johannes filius Ladislai ordine iudiciario coram . . comite

cione secum ducta nostro lateri adherendo, ibi nobis laudabiles et intrepidos exhibuit famulatus; et demum cum vice tercia dominam Mariam sororem domini Stephani ducis Boznensis proximam nostram carissimam domino Helsenneerio federe matrimoniali copulatam, ad civitatem Pazzowye prenotatam honestis baronibus regni nostri eidem proxime nostre comitantibus suo nuptui sociandam transmisissemus, iidem magistri Nyklynus magistri Laurencii, et Nyklynus Nyklyni filii, volentes virtutem virtutibus et fidelitatem fidelitatibus superaddere et pro nostri nominis incremento expendere sua bona, cum eisdem baronibus nostris ex sua propria facultate illic letanter accesserunt et nostre excellencie non modicos imo multum laude dignos exhibuerunt famulatus. Sed quia ardores fidelitatum predictorum utrorumque magistrorum Nyklyni nostre maiestati impendendarum cordium eorum secretario insigniti eorum propria negocia tamquam non sua postponendo postergarunt, ut nobis pretacto modo patescunt evidenter, ideo quamplures eorum adversarii et emuli diversis litium processibus in predictorum trium serviciorum eorumdem intermedio, diversorum iudiciorum gravaminibus et oneribus ipsos aggravarunt, et eorum quamplures possessiones ac possessionarias porciones minus iuste, et verius ut ipsi dicunt de eorum dominio omni prorsus exclusa iusticia indebite occuparunt. Unde cum eosdem magistros Nyklynum Laurencii, et alterum Nyklynum Nyklyni filios talium gravaminum oneribus in nostris serviciis temporibus supradictis constitutos, ab eo tempore, scilicet a feria quinta proxima post festum nativitatis beate virginis, cuius nunc tercia adveniet revolucio annualis, quo ipsam dominam filiam domini Lodovici imperatoris romanorum, domino Stephano duci fratri nostro carissimo duxerunt in consortem, in quibus usque ad hec tempora forent aggravati, aggravari et eorum possessiones occupari et per quospiam occupatas posse detineri nolumus, sed eosdem ac ipsorum possessiones universas intra terminos regni nostri in quibuslibet comitatibus existentes eisdem remitti, restitui, et sine aliquo gravamine resignari velimus, sicut per viam iusticie eorum premissis meritoriis serviciis exigentibus ad hoc astringamus, vobis palatino, iudici curie nostre et aliis quibuslibet

prelatis baronibus et nobilibus regni nostri quovis titulo honoris prefulgentibus, quibus presentes ostenduntur, damus firmiter in mandatis, quatenus eosdem magistros Nyklynum Laurencii, et alterum Nyklynum Nyklyni filios super talibus causis et iudiciorum oneribus ac possessionum occupacionibus, que ab ipsius domine Anne consortis predicti Stephani ducis traduccione, videlicet a predicta feria quinta proxima post festum Nativitatis beate virginis, ut premittitur, cuius nunc tercia adveniret revolucio annualis, usque ad hec tempora scilicet datam presencium in ipsos et eorum possessiones ac possessionarias porciones accreverunt, iudicare, nec racione iudicialium gravaminum in vestras iudiciarias et parcium adversarum porciones cedencium aggravare, nec in aliquo molestare presummatis, imo si aliquas possessiones aut possessionarias porciones ipsorum vestris aut parcium adversarum manibus, vigore literarum vestrarum a predicto temporis spacio usque ad datam presencium literarum nostrarum applicare fecissetis, eisdem remittatis et per partes adversas remitti faciatis, ac eosdem in dominium possessionum eorumdem, per vos et alios quospiam occupatarum introduci faciatis. Si qui autem aliquid accionis contra ipsos habent vel habuerint, amodo et deinceps primordialiter incipiendo coram vobis, videlicet palatino vel iudice curie nostre exsequantur iusticia mediante, et omnibus contra eosdem querelantibus consvetudine regni nostri observata iusticie faciatis complementum, et aliud in premissis sicut mandati nostri transgressores fieri pertimescitis, nullo modo facere audeatis. Datum Bude, feria quarta proxima post festum beati Georgii martiris, anno domini Millesimo CCC^{mo} L^{mo} secundo.

Zárlatán pecsét nyomaival, melynek közepén e szavak olvashatók: »pro magistris Nykul ambobus«; belől az oklevél alsó szélén pedig ez áll: »Deliberacio baronum et relacio Stephani bani, Nicolai archiepiscopi Strigoniensis et Olyverii.« Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. fl. A. 603. 3. dipl. oszt. 4277. Közli: Kovács N

nes regia benignitate admittentes, predictas particulas terrarum cum omnibus earum utilitatibus et pertinenciis .. donavimus .. eidem Nicolao Zarka perpetuo possidendas (fide....) quatenus cum homine nostro Dominico filio Warda de Bozey vel Jacobo filio(.....) de Celeste ipsorum transmitterent hominem pro testimonio fidedignum, ad statuendum predictas particulas terrarum ipsi Nicolao, si ad nostram pertinere dinoscitur collacionem, et possessionem Purpach reambularent regni consvetudine observata. Cuius quidem capituli literas demum idem Nicolaus presentavit, humili petens cum instancia, ut ipsas in privilegium redigi facere dignaremur, quarum tenor talis est: .. Karulo .. regi .. capitulum ecclesie sancti Michaelis de Castroferreo .. Literas excellencie vestre nos noveritis .. recepisse sub hac forma .. Karulus .. rex .. capitulo Castriferrei .. Noveritis, quod nos ad instanciam .. Nicolai dicti Treutul comitis Posoniensis et aliorum .. baronum nostrorum .. quasdam particulas terre Walth et Sarmad in comitatu Castriferrei existentes, possessioni Nicolai Zarka vicinas et contiguas dedisse et donasse perpetuo possidendas, super quo .. precipimus .. quatenus vestrum (mittatis) hominem pro testimonio fidedignum, coram quo Dominicus filius de Buzey vel Nicolaus *(igy)* filius Ivan de Celeste homo noster altero absente accedant ad faciem predictarum particularum terre Walth et Sarmad, et statuant eidem Nicolao perpetuo possidendas; possessionem eciam Purpach .. reambulent et statuant ipsi Nicolao Zarka perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum; contradictores vero ad nostram citent presenciam, ad terminum competentem, et post hec .. tocius facti seriem nobis .. rescribatis. Datum in Alto-Castro, sabbato proximo post festum Epiphanie domini, anno eiusdem M^mo CCC^mo vicesimo nono. Nos igitur .. cum homine vestro Jacobo filio Ivan de Celeste Jospeh *(igy)* decanum ecclesie nostre transmisimus ad predicta exequenda, qui demum ad nos reversi .. retulerunt, quod ipsi in festo Purificacionis beate virginis, prescriptas particulas terrarum Walth et Sarmasd statuissent ipso Nicolao Zarka nullo contradictore existente; possessionem insuper Purpach, convocatis vicinis et commetaneis omnibus reambulassent et statuissent sepedicto

Nicolao Zarka nullo contradictore comparente perpetuo possidendam, sub metis infrascriptis: incipientes videlicet in parte meridionali a tribus metis, quarum una ecclesie sancti Mikaelis, alia Gyarmanus, tercia Purpach, inde ascendit circa Rapchapataka et tendit ad terram Raduzlo ad duas metas circa aquam existentes, que aqua est meta utriusque partis, abinde versus occasum tendit ad Rapchapataka ad duas metas quarum una est filiorum Raduzlo alia Purpach, inde procedit per Nadaspataka, que est meta filiorum Raduzlo et Purpach, ascendit per eundem versus occasum ad Purpach filiorum Mathey, et per ipsum fluvium pervenit ad villam Purpach et exit ipsum fluvium circa duas metas versus meridiem, et circuit quandam silvam retro ipsam villam, que silva pertinet ad Purpach consensu et voluntate filiorum Radizlou; abinde versus aquilonem procedendo, pervenit ad duas metas sub arbore piri existentes, et ibi intrat iterum fluvium Nadaspatak, et per eundem fluvium ascendit ad magnam viam regni, que Vtteuim vocatur, ad tres metas, quarum una est filiorum Raduzlo alia Purpach, tercia populorum castri de Walth; deinde per eandem viam procedendo pervenit circa Fueniespatak, pervenit ad tres metas, quarum est *(igy)* de Walth, alia ecclesie de Tyak, tercia Pupach *(igy)* (.....) cum terra ecclesie predicte circa ipsum rivulum pervenit ad duas metas (.....) unam ecclesie beati Egidii, aliam Purpach; inde per quandam viam qua itur de Sar pervenit ad quasdam rubetas Sydharasta dictas versus orientem; inde tendit ad foveam cervorum, ubi fluvius piscine abbatis fluit, ad duas metas, una ecclesie beati Egidii alia Purpach, et in eadem parte circa eundem rivulum procedendo pervenit ad duas *(igy)*, unam ecclesie predicte alia Purpach, per eundem fluvium descendendo pervenit ad quandam silvam, que a parte aquilonis est ecclesie beati Egidii a meridie Purpach; hinc per eundem rivulum descendendo pervenit ad tres metas, quarum una est ecclesie prefate, alia filiorum Gyarmanus, tercia Purpach; inde versus meridiem descendit ad Popkerequi *(igy)* ad magnam arborem tremule *(igy)* que est (.....) abbatis; inde circa Popkerequi procedendo pervenit

noster homines nobis recitarunt. inter partes fuisse et per dictos (. . . .) suos observare debere nobis consequenter affirmavit. Datum in crastino festi Ascensionis domini, anno eiusdem M^mo CCC^mo quinquagesimo secundo.

Hátlapján pecsét töredékeivel; a már amúgy is szétmálló oklevél ügyetlen felragasztás által sok helyen olvashatatlanná vált, innét a hiányok. Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1537. 54. dipl. oszt. 4284. Közli: Kovács N.

366.

1352. Buda, máj. 22. Tamás országbíró Mihály fiainak Berkei János ellen Ragály birtok iránt folyt perükben az okiratok felmutatására újabb határnapot tüz ki.

Nos comes Thomas iudex curie . . damus pro memoria, quod instrumentalem exhibicionem quam Simon et Nicolaus filii Michaelis personaliter astantes, contra Johannem filium Stephani de Berkke similiter personaliter comparentem, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum modum et formam iudicii nostri significancium, vigesimo secundo die festi beati Georgii martiris in facto possessionis Ragal vocate facere tenebantur coram nobis, partibus volentibus ad octavas festi Epiphaniarum domini nunc proxime venturas statu sub priori duximus . . prorogandam. Datum Bude, octavo die termini prenotati, anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo secundo.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban a Hamvay cs. ltárában.

367.

1352. jun. 15. I. Lajos király átírja és megerősíti I. Károly királynak és a vasvári káptalannak 1329-ben kelt okleveleit, melyek szerint Váth és Sarmasd nevü Vas vármegyei birtokok I. Károly király által az osztrákok ellen Stilfrid váránál vívott ütközet, valamint Köszeg vára ostromlása alkalmával tanusított vitézség megjutalmazásáért Zarka Miklósnak adományoztatván, ennek Peczöl nevü birtoka szomszédságában a

beiktatást a nevezett káptalan teljesítette, és egyszersmind ugyancsak Zarka Miklós Porpácz nevü birtokában határt is járatott.

Lodovicus .. rex .. Excellencia debet regia subditorum peticiones pio admittere animo, cum id quod petitur iustum sit et honestum et a via veritatis non discordet; hinc est igitur, quod accedens ad nostre maiestatis presenciam Nicolaus dictus Zarka dilectus et fidelis noster, exhibuit nobis literas privilegiales patris nostri .. petens nos .. ut ipsas confirmare dignaremur; quarum quidem tenor talis est: Karulus .. rex .. Decet regie maiestati manus subditis porrigere munificas hys locis *(így)* temporibus regie maeistati fidelia exhibuerunt obsequia, non formidantes diversis fortunarum casibus et mortis periculis se subicere; hinc est igitur quod dilecti et fideles nostri Nicolaus dictus Treutul comes Posoniensis, comes Paulus iudex curie nostre, Stephanus et Thomas filii Dionisii et Deseu rufus ad nostre maiestatis accedentes presenciam, proposuerunt nobis servicia et fidelitates Nicolai dicti Zarka filii Petri et fratrum suorum nobis semper et ubique et specialiter sub castro Stilfrid in Austria, cum nobis rex Bohemie contra regem Romanorum et ducis Austrie in subsidium venisset, ubi idem Nicolaus unum ex iis qui nobis de predicto castro insultaverunt, de equo suo lancea eictum captum nobis presentavit; sicut eciam ex veridica relacione predictorum baronum nostrorum fidelium percepimus; dum comes Alexander cum ceteris nostris baronibus castrum Kuzeg expugnaverat, idem Nicolaus Zarka cum suis proximis letalia vulnera plurima pertulerunt se octavo, et Demetrius patruus suus filius (icti)bus lapidum fractis manibus et pedibus extitit interemtus. Hec et alia servicia ipsorum memorie nostre reducentes, quandam particulam terre Walth vocatam ad tria aratra sufficientem in vicinitate possessionis sue Pecul a parte orientali existentem, item quandam particulam terre Sar(.....simi)liter possessioni Pecul vicinam circa Wtthevin, predicti barones nostri humiliter supplicantes, eidem Nicolao per nostram maiestatem dari et conferri postularunt; quandam insuper possessionem suam Purpach nomine reambulare facere dig(.....)nis innovando. Nos vero predictorum nostrorum fidelium peticio-

eum suis heredibus perpetuo . . possidendam . . assummentes ipsum Hannus et suos heredes racione premissorum ab omnibus suis fratribus consobrinis sororibus et proximis suis, propriis laboribus et expensis libere expedire et defensare. Datum in festo Ascensionis domini, anno eiusdem M^mo^ CCC^mo^ quinquagesimo secundo.

Hátlapján pecsét nyomaival ; eredetije a Görgey cs. ltárában.

365.

1352. máj. 18. Az egri káptalan előtt a Csetneki és Bebek családbeliek egy részről, más részről pedig Gömöri Bathyz és Szentmihályi Marius utódai, Krasznahorka vára és az ahhoz tartozó hat falu iránt már körülbelől ötven év óta folyt perben kiegyeznek.

Nos capitulum ecclesie Agriensis . . (significamus) . . quod dominus Nicolaus sacerdos magni altaris sancte Anne matris (....) ecclesie nostram, qui per nos nuperrime (.....) cum Nicolao filio Nicolai de Kezy homine magnifici viri domini Nicolai regni Hungarie palatini et iudicis comanorum et mediantibus literis dicti domini palatini ad videndum reambulaciones et statuciones nec non divisiones castrorum Berzethe et Craznahorka vocatorum ac possessionum ad eadem pertinencium, quorum nomina in predictis literis ipsius domini palatini sunt (contenta), et que eciam reambulaciones, statuciones et divisiones inter magistrum Nicolaum dictum Kuwn filium Benedicti de Chythnyk ac inter Georgium magistrum Dominicum prepositum ecclesie sancti Thome de Strigonio ac Nicolaum filios Dominici dicti Bebek ab una, nec non Johannem filium Nicolai ac filios Jacobi filii eiusdem Nicolai filii Bathyz de Gumur nec non filios Marius filii Stephani de Zenthmihal ex altera parte facte sunt et celebrate, pro testimonio destinatus fuerat, unacum eodem Michaele ipsius domini palatini homine et magistro Nicolao dicto Fargach proximo et procuratore annotatorum filiorum Dominici dicti Bebek ad nos reversus, et ipse et dicti domini palatini homo, nobis concorditer re-

tulerunt isto modo, quod dum ipsi pridie perfectis premissis negociis ad nos redire voluissent, tandem prenotati Stephanus et Georgius magistri filii Dominici similiter ex una, Nicolaus et Ladislaus filii Ladislai filii predicti Benedicti de eadem Chythnyk coram ipsis comparentes, super facto porcionum ex dicto castro Craznahorka et sex possessionibus ad idem castrum quo supra pertinentibus, eisdem filiis Ladislai provenire debencium, absque strepitu cuiuslibet iudicii, ob dileccionem fraternalem taliter inter se concordassent, quod quia arbitrio cause et tocius litigii pretextu dictorum castrorum possessionum primo per eosdem Dominicum dictum Bebek et Nicolaum dictum Kuun, demumque per annotatos magistrum Nicolaum et filios Dominici contra dictos Bathyz de Gumur ordine iudiciario moti et fortassis per quinquaginta annorum spacia hucusque inter partes ventilati non (. . . . . .) prelibati filii Ladislai filii Benedicti . . ipsorum, sed . . et Nicolaus filii Benedicti per consequensque iidem filii Dominici dicti Bebek (. . . .) in requisicione eorumdem castrorum (. . .) mum fatigati fuissent et expensas fecissent, ideo quandocunque annotati filii Ladislai tantum de expensis quantum pretacti magister Nicolaus filius Benedicti cum eodem Stephano filio Dominici vel Georgius frater eiusdem, qui tunc interesse posset, mediantibus suis iuramentis hic coram nobis rehabita prius super hoc cons (. . . .) deliberacione pro ipsis fatigiis et expensis ipsorum et dicti Dominici patris eorum iam defunct pro eisdem fatigiis et expensis (. . . . .) in sacro altari recipere presummeret, hoc totum preallegati filii Ladislai in termino vel terminis per nos tunc ad id assignando aut assignandis solvere deberent magistris Nicolao et filiis Dominici supradictis; qua solucione facta sepedicti magister Nicolaus et filii Dominici de predictis castris Craznahorka et sex possessionibus ad ipsum castrum ut prefertur spectantibus, rursus coram nobis et mediantibus literis nostris tunc exinde conficiendis porciones congruentes restituere tenerentur filiis Ladislai supradictis. Qui quidem magister Nicolaus dictus Fargach similiter coram nobis nomine procuratorio pro eisdem dominis suis comparendo, premissa sic quemadmodum dicti domini palatini et

secundo . . Philippo preposito, Benedicto lectore, Ladislao cantore, Gregorio custode, canonicis ac magistris ecclesie nostre salubriter existentibus.

A pecsét zöld és vörös selyem sodraton függ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 914. 4. dipl. oszt. 4280. Megvan ugyanez »Petrus de Peren alias comes siculorum et inter ceteros honores comes Marmarusiensis« 1406. jun. 14-én kelt átiratában is, melynek eredetijét ugyanott őrzik, N. R. A. 914. 4. dipl. oszt. 4271. Közli: Kovács N.

362.

1352. máj. 2. A szepesi káptalan előtt Roskoványi Chank fia Dobó, Komlósi Pós fia András leányának Agatának leánynegyedi illetőségét Komlós és Kükömező nevü birtokokból kiadja.

Nos capitulum ecclesie beati Martini de Scepus . . significamus . . quod Dobow filius Chank de Rozkovan in nostri personaliter constitutus presencia, exstitit confessus . . quod quia nobilis domina Agatha vocata filia Andree filii Pous de Komlous, predictum Chank patrem suum ac ipsum Dobow consequenter et fratres suos perpetuo et in filios filiorum racione quarte filialis ipsam iure regni contingentis in possessionibus eorumdem, vigore literarum nostrarum dimisisset absolutos et expeditos, eapropter universas possessiones Petri filii eiusdem Andree in Komlous alio nomine Pousfalva et Kukewmezej habitas, per eundem Petrum eidem Dobow vigore aliarum literarum nostrarum pro viginti duabus marcis venditas, cum omnibus . . pertinenciis . . domine Agathe donasset . . ac donavit . . coram nobis perpetuo . . possidendas . . Datum in crastino festi beatorum Philippi et Jacobi apostolorum, anno domini Millesimo CCC^{mo} quinquagesimo secundo.

A családja ltárában őrzött eredetiről közli: Melczer István.

363.

1352. Buda, máj. 16. I. Lajos király meghagyja Tamás országbírónak, hogy a király Olaszi nevü birtokát Kapi nevü birtokért Feuldrik fiával Lászlóval és társaival elcserélvén, az ezek ellen Lukai Pál által Olaszi nevü birtok iránt indított pert halaszsza el.

Lodovicus . . rex . . comiti Thome iudici curie nostre et vices vestras gerenti . . Noveritis, quod quia nos possessionem Olazy vocatam Ladislao filio Feuldrici et Feuldrico Clementi et Blasio filiis Beke, Petro filio Johannis, Paulo filio Blasii et Stephano filio Nicolai in concambium possessionis Kapy vocate contulimus, ideo . . mandamus, quatenus causam quam Paulus filius Johannis de Luka super facto memorate possessionis Olazy in presentibus octavis festi beati Georgii martiris vestri in presencia contra ipsos habere dinoscitur, absque aliquo gravamine ad octavas festi Michaelis archangeli proxime nunc affuturas statu in eodem prorogare debeatis . . Datum Bude, in vigilia festi Ascensionis domini, anno eiusdem M^mo^ CCC^mo^ L^mo^ secundo.

Papíron, hátlapján vörös viaszba nyomott gyürüs pecséttel; eredetije az orsz. ltárban a Csicsery cs. letéte ményében. Közli: Deák Farkas.

364.

1352. máj. 17. A szepesi káptalan előtt Mátyásfalvi Miklós fiai József és Jordán, Görgő nevü birtokban egy curia felé részét Görgei Henczmann fiának Hannusnak eladják.

Nos capitulum ecclesie beati Martini de Scepus . . significamus . . quod Joseph et Jordanus filii Nicolai de Mathiasfalva in nostri personaliter constituti presenciam, sunt confessi . . quod mediam curiam ipsorum penes curiam Petri Cyzar in possessione Gargow sitam, cum quinque iugeribus terre ad ipsam pertinentibus ac omnibus . . pertinenciis . . Hannus filio Henczmanni de eadem Gargow pro quinta dimidia marca grossorum denariorum . . vendiderunt coram nobis, sibi et per

ad duas metas unam Gyarmanus aliam Purpach et sic per Popkerequi prodendo *(így)* in parte orientali revertitur (.... ....) primas et sic terminatur. Nos igitur predicti Nicolai peticionibus et instancii *(így)* inclinati, predictum privilegium non abrasum non cancellatum nec in aliquo viciatum, de verbo ad verbum rescribi fecimus duplicis sigilli munimine roborando et confirmando. Datum per manus venerabilis in Christo (patris) domini Nicolai eadem et apostolica gracia episcopi Zagrabiensis aule nostre vicecancellarii .. anno domini M^mo^ CCC^mo^ LII° quindecimo kalendas Julii, regni autem nostri anno decimo; Nicolao Strigoniensi, Dominico Spalatensi archiepiscopis, fratre Dionisio archielecto Cholocensi, Nicolao Agriensi, Demetrio Waradiensi, Colomanno Jauriensi, Nicolao Quinqueecclesiensi, Mykaele Vaciensi, Johanne Vesprimiensi, Thoma Chanadiensi, dominis fratribus Thoma Sirmiensi, Peregrino Boznensi, Stephano Nitriensi, Blasio Tyniensi ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis baronibus Nicolao palatino et iudice comanorum, Nicolao voivoda Transsilvano, Oliverio magistro tavarnicorum nostrorum et iudice reginalis, Thoma iudice curie nostre, Stephano tocius Sclavonie et Croacie, Dominico de Machou, Nicolao de Zeurino banis, Paulo magistro tavarnicorum reginalium, Bartholomeo pincernarum, Leukus dapiferorum, Tutheus ianitorum, Johanne dapiferorum reginalium magistris, Simone comite Posoniensi, ceterisque quampluribus comitatus regni nostri tenentes *(így)* et honores.

Függő pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban. Fejér is közli i. m. VIII. 3. 349. l. VIII. 4. 631. IX. 2. 140.

368.

1352. jun. 27. A csanádi káptalan előtt István fia Mihály ó-szöllősi nemes, Ó-Szöllős nevü birtokát Csanád vármegyében, melyet László a székelyek volt ispánja, hatalmasúl elfoglalt, s mely Achton és Seryen nevü birtokokból lett kiszakítva, Zewee fiának Petőnek fel-szöllősi nemesnek elzálogosítja.

Nos capitulum ecclesie Chanadiensis significamus .. quod accedens ad nostram presenciam Michael filius Stephani

nobilis de Ozewlevs una cum filio suo Bartholomeo ab una parte vero ab altera Petew filius Zewee nobilis de Felzeleus confessum exstitit per eundem Michaelem .. quod ipsum quadam urgente necessitate, quandam possessionem suam Ozelews vocatam in comitatu Chanadiensi existentem, per manus magistri Ladislai quondam comitis siculorum pro nunc potencialiter detentam, que de pertinenciis possessionum Achton et Seryen vocatarum extracta pro quarta filiali cesserat nobili domine Lucie uxori eiusdem Michaelis, pro quadraginta florenis eidem Petew et filio suo Jacobo, ac post ipsos universis heredibus eorumdem, titulo impignoracionis, cum omnibus fructibus .. dedisset et assignasset .. habendam, tali condicione interveniente, quod .. prefatus Michael vel filius eiusdem .. liberam habeant redimendi facultatem; si vero sepedictus Petew predictam possessionem Ozevleus vocatam de manibus alienis potencialibus et specialiter de manibus magistri Ladislai antedicti quocunque modo liberare posset, eo facto idem Michael sepedictus in proprietatem, ius seu dominium prefate possessionis libere valeat introire, ac de utilitatibus sepedicte possessionis de quadraginta florenis supradictis ipsi Petev antedicto tenebitur impendere plenariam satisfaccionem; hoc eciam addicere voluerunt, quod si prefatus Michael vel filius suus predictus sepedictam possessionem Ozewlevs vocatam vendere .. vellent, nulli alteri quam ipsi Petev prefato vel suis posteritatibus .. vendere valeant vel possint .. Datum in festo beati Ladislai regis et confessoris, anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo secundo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 556. 1. dipl. oszt. 4289. Közli: Kovács N.

369.

1352. Tard, jul. 3. Ostfi Domokos macsói bán s több vármegyék főispánja előtt, Tamás fia Pál, Pargar nevű birtokát, melyet a bírói zálog alól kiváltott, Pargari Márton fiának Jánosnak visszabocsátja.

Nos Dominicus banus de Machow, comes Sirmiensis Bachiensis Vesprimiensis de Walko et de Baranya, memorie com-

mendamus, quod Paulus filius Thome personaliter ab una, item Johannes filius Martini de Pargar similiter personaliter parte ab altera coram nobis comparendo, idem Paulus est confessus .. quod ipse possessionariam porcionem ipsius Johannis in dicta possessione Pargar habitam, quam ipse a nostris manibus iudiciariis redemisset, eo quod dictus Johannes coram nobis convictus extitisset, et ex eo dicta sua porcio possessionaria in dicta possessione habita rite et legitime ad nostras manus iudiciarias exstitisset devoluta, propter dilecionem fraternitatis ac mutue dileccionis, eidem Johanni penitus et per omnia .. remisit perpetuo possidendam in filios filiorum .. tali modo, quod idem Johannes dictam possessionariam porcionem aliquocunque tempore alicui vendere vel impignorare possit atque valeat; hoc non pretermisso, quod si idem Johannes volente domino absque heredum solacio decesserit, tunc dicta porcio possessionaria nemini alteri, nisi similiter ad manus ipsius Pauli filii Thome devolvi possit atque valeat. Datum in villa Tord, tercio die octavarum festi beati Johannis Baptiste, anno domini M^mo^ CCC^mo^ quinquagesimo secundo.

A bácsi káptalannak 1353. jul. 1-én »Johannes filius Martini de Pargar ex comitatu de Walkou« kérelmére kiadott átiratából, melyet ugyanazon káptalan »Demetrius filius Johannis de Palgar« folyamodására 1388. aug. 28-án írt át; ennek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 556. 15. dipl. oszt. 4290. Közli: Kovács N.

370.

1352. Buda, jul. 4. I. Lajos király Hrussó vár várnagyainak meghagyja, hogy a garam-szentbenedeki conventnek a Zsitva folyón levő malmáról a vizet el ne vezessék, és a convent Kenesech nevü birtokán sikvai jobbágyaikkal ne hatalmaskodjanak.

Lodovicus .. rex .. magistro Nicolao filio Nicolai de Peren aule nostre militi, castellano de Hurusou, et Michaeli vicecastellano eiusdem .. Ex concitiva .. abbatis et conventus monasterii ecclesie sancti Benedicti de iuxta Groon, gravi querimonia intelligi datur nostre maiestati, quod vos pridem

clausuram cuiusdem molendini ipsorum in fluvio Sythua habiti potencialiter destruentes, aquam eiusdem per alium meatum fluere permisissetis, iobagionibusque ipsorum de Kenesech plurimas iniurias et perturbaciones continue inferri faciendo, usus et utilitates possessionum dicte ecclesie sancti Benedicti per iobagiones dicti castri Hwrusou de Sykua in eiusdem ecclesie iuris grande preiudicium uti faceretis incessanter, nec de frugibus eorumdem populorum de dicta Sykua in terris possessionum prefate ecclesie sancti Benedicti seminatis, ius domini terrestris eisdem abbati et conventui dari faceretis, de quibus omnibus eisdem ob literatorium nostrum mandatum literas nostras et mandata parvipendendo, ut in literis capituli ecclesie Nitriensis nostre rescriptis maiestati apparebat, nullam impendere satisfaccionem curassetis; unde miramur de vestra temeraria presumcione, cur mandata nostra et literas acceptare non curastis; quare adhuc vice iterata fidelitati vestre firmissimis regiis sub preceptis damus in mandatis, quatenus omnia premissa illicita vestra facta iuxta prioris mandati nostri seriem coram testimonio conventus Zoboriensis, quod per ipsum conventum illic serie presencium transmitti iubemus per omnia meliorantes et sine ulteriori dissimulacione eisdem de premissis utique satisfacientes, nequaquam eisdem similia illicita et potenciaria facta quovismodo inferri facere presummatis, alioquin tu Michael in octavis festi beati Jacobi apostoli sine crastinacione coram nobis compareas, racionem super premissis redditurus. Aliud sicut nos graviter offendere formidatis, nullatenus facere audeatis; presentes autem reddi iubemus presentanti, seriem siquidem premissorum in literis memorati conventus Zoboriensis nobis volumus remandari. Datum Bude, feria quarta proxima post festum beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini M^mo^ CCC^mo^ L^mo^ secundo.

Papíron, hátlapján gyűrűs pecséttel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Eccles. 24. 30. dipl. oszt. 4292. E királyi meghagyásnak megfelelőleg a convent ugyanazon évi jul. 14-én kelt jelentése szerint a királyi parancslevelet »Michaeli vicecastellano fecimus exhiberi« a kiküldött »Emericus sacerdos retulit eo modo, quod predictus Michael vicecastellanus literas vestre maiestatis reverenter suscepisset, et auditis tenoribus earumdem, de omnibus iniuriis . . abbati et conventui monasterii

sancti Benedicti illatis, secundum seriem mandati vestri superius in literis vestris expressi, verbis se satisfacturum promisisset, et posthec continuis tribus diebus in ipsorum monasterio exspectatis, nullam satisfaccionem factis impendere curavisset«. Ez átirat eredetije megvan orsz. lt. kincst. oszt. Eccles. 24. 30. dipl. oszt. 4293. Ugyanott megvan az előbbi parancslevél is, 1352. jun. 12-ről, dipl. oszt. 4287. Közli: Kovács N.

371.

1352. Buda, jul. 5. László csazmai prépost és kir. titkos kanczellár előtt Banai Sydou János és Ponya fiai, Nagymartoni Miklóssal megállapodnak abban, hogy Kiskeszi nevü Komárom vármegyei birtokra vonatkozólag a tulajdonjog eldöntése végett okleveleiket a győri káptalan előtt a kitüzött határnapon felmutatni fogják.

Nos Ladislaus prepositus ecclesie Chasmensis, comes capelle et secretarius cancellarius .. Lodovici .. regis .. memorie commendamus, quod magister Johannes dictus Sydou de Bana pro se personaliter et pro Emerico Andrea ac aliis filiis Ponya .. ab una, item Beder de Nadasd pro magistro Nykkul filio Laurencii de Nogmortun .. parte ab altera coram nobis constituti, confessi exstiterunt .. quod ipsi magistri Nykkul et Johannes ac filii Ponya super facto possessionis Kyskezeu vocate in comitatu de Komaron existentis, taliter .. concordarunt coram nobis, quod prefati Johannes dictus Sydou ac filii Ponya, prescriptam possessionem Kyskezeu, feria quarta proxima instanti, eidem magistro Nykul usque octavas festi beati Michaelis archangeli affuturas ad tenendum .. resignarent cum suis utilitatibus universis, in prenotatis autem octavis festi beati Michaelis archangeli affuturis partes predicte octo probos viros ad capitulum ecclesie Jauriensis communiter adducere tenerentur, coram quibus idem magister Johannes dictus Sydou universa sua instrumenta, si que in facto possessionis predicte haberet confecta, omnino deberet exhibere, si vero aliqua ex eisdem literalibus instrumentis illic non exhiberet, extunc ipsa non exhibita instrumenta cassa fierent .. In quorum quidem instrumentorum contrarium, si

idem magister Nykul simili modo literalia non posset exhibere instrumenta, tunc dicta possessio Kyskezeu coram testimonio eiusdem capituli termino in eodem eidem magistro Johanni reddi deberet et restitui pleno iure, prout eadem iuxta seriem literalium suorum instrumentorum inibi exhibendorum sibi dinosceretur pertinere, si autem prelibatus magister Nykkul in contrarium instrumentorum ipsius magistri Johannis similiter instrumenta exhiberet literalia, que adversus eundem magistrum Johannem in facto possessionis predicte efficaciter viderentur fore emanata, extunc idem magister Johannes ipsam possessionem pro pecunia ab eodem magistro Nykul si vellet, redimendi haberet facultatem, iuxta continenciam instrumentorum magistri Nykkul prenotati, penam deponendi iudicii decem marcarum idem magister Johannes sine iudicis porcione incursurus, si arbitrium non acceptaret supradictum; assummens insuper idem magister Johannes, quod si prefati filii Ponya usque octavas festi beati Martini confessoris proxime venturas aliquam iniuriam vel gravamen aliquod inferre, aut accionem movere aliqualem contra ipsum magistrum Nykkul niterentur, tunc ipse eundem magistrum Nykkul super his expediret laboribus suis propriis et expensis .. Datum Bude, feria quinta proxima post octavas festi Nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini M^mo^ CCC^mo^ quinquagesimo secundo.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 21. 13. dipl. oszt. 4294. Ugyanott megvan a győri káptalan bizonyságlevele 1352. oct. 8-ról, dipl. oszt. 4309., mely szerint Nagymartoni Miklós, Sydo Jánost és Banai Pónya fiait, Felkeszö nevü birtok használatától tiltja. Közli: Kovács N.

372.

1352. Újvár, jul. 11. János újvári lelkész és abaújvári alesperes, Kokszói László ügyét Zsebesi Csirke Miklós ellen elhalasztja.

Nos Johannes sacerdos rector ecclesie de Vyuar vicecamerarius ac vicearchidiaconus de toto districtu Abawyuar da-

mus pro memoria, quod causam quam Ladislaus filius Nicolai de Koxo, qui personaliter astitit, contra magistrum Nicolaum dictum Chyrke de Zebes pro quo termini assumtor comparuit, feria tercia proxima ante festum beate Margarete virginis iam preterita habebat coram nobis, ob termini prioritatem, ad quindenas eiusdem termini, partibus iterato ad nostram presenciam duximus prorogandam. Datum in dicta villa Wyuar, secundo die termini prenotati, anno domini M^mo^ CCC^mo^ quinquagesimo secundo.

Papíron, zárlatán monorú pecséttel; eredetije a Bárczay cs. ltárában.

373.

1352. jul. 20. Miklós nádor előtt Abolmai Péter és Pál fiai, Garai Andrásnak Ebrys faluban és Salamon szigetén a Dráván gyakorlandó révjogát elismerik.

Nos Nicolaus .. palatinus .. memorie commendamus, quod magister Thomas filius Petri de Abolma pro se personaliter, pro Johanne vero filio Pauli de eadem cum procuratoriis literis, pro Bartholomeo autem fratre suo sine literis procuratoriis .. ab una, item Emericus filius Petri de Zenthyuan pro magistris Nicolao et Paulo filiis Andree de Gara .. parte ab altera coram nobis constituti, proposuerunt .. quod ipsi super omnibus causis ipsorum usque modo inter se habitis et ventillatis .. per reformatoriam composicionem plurimorum proborum et nobilium virorum concordassent .. eo modo, quod iidem Nicolaus et Paulus filii Andree de Gara, in villa Ebrys super fluvio Drave et in insula Salamonzygethe ac piscina Salamonneteche nuncupatis, vadum seu transitum velut in eorum proprietatibus in filios filiorum suorum .. racione propinquioris vicinitatis et commetaneitatis perpetuo pacifice conservarent; super quibus iidem Thomas et Bartholomeus filii Petri ac Johannes filius Pauli sibi ipsis et eorum successoribus perpetuum silencium conservare assumsissent et assumserunt coram nobis, ita videlicet, quod recta dimidietas ipsius fluvii Drave simul cum terra a parte superiori a fine

videlicet ipsius piscine Salamonneteche supra meatum seu cursum eiusdem fluvii usque metas Feyerthou in porcione eorumdem Thome et Bartholomei filiorum Petri et Johannis filii Pauli, alia vero medietas similiter cum terra in porcione Nicolai et Pauli filiorum Andree predictorum remanerent, tali modo, quod quandocunque iidem Nicolaus et Paulus filii Andree ubicunque super terra in ipso fluvio Draue vel in ipsa piscina Abolmayneteche vadum seu transitum facere niterentur, extunc absque omni impedimento semper liberam habebunt faciendi vel conservandi facultatem; preterea iidem Thomas et Bartholomeus filii Petri ac Johannes filius Pauli et eorum heredes, super piscinis, videlicet Mendenesfoka, Pentukfoka, Darocha, et Abolmaynetechefoka vocatis, semper et in omni tempore pontes conservare tenerentur, tali vinculo mediante, quod si idem Thomas et Bartholomeus filii Petri ac Johannes filius Pauli omnia premissa et singula premissorum in toto vel in parte non observarent, extunc in viginti marcis absque iudicis porcione ante litis ingressum persolvendis, contra memoratos Nicolaum et Paulum filios Andree convincerentur eo facto; e converso autem iidem Nicolaus et Paulus filii Andree in aliqualem recompensacionem facti premissi, a data presencium singulis annis singulas novem marcas, quamlibet marcam cum sex pensis latorum viennensium ad racionem de Baranya computando, in duobus terminis infrascriptis, videlicet medietatem predictarum novem marcarum in octavis Epiphanie domini, aliam vero medietatem in octavis diei medii Quadragesime post se se subsequentibus coram .. capitulo ecclesie Quinqueecclesiensis eisdem Thome et Bartholomeo filiis Petri ac Johanni filio Pauli et eorum heredibus dare et solvere assumsissent et assumserunt coram nobis, penam dupli incursuri, si aliquem ipsorum terminorum in aliquo anno preterirent insolutum; universas eciam literas eorum inquisicionales et prohibicionales, exceptis aliis literis super possessionibus ipsorum confectis, specialiter quibusdam literis nostris patentibus affirmatoriis ac literis privilegialibus domini Dionisii condam palatini, ipse partes a die datarum presencium usque modo emanatas inter se commiserunt mortuas et viribus prorsus carituras .. Datum Bude, feria sexta proxima ante festum

beate Marie Magdalene, anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo secundo.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. 1509. 15. dipl. oszt. 4297. Közli: Kovács N.

374.

1352. aug. 3. A vasvári káptalan előtt Hetyei János fia Lőrincz, Köcski Mihály fiai és társaik ellen a neki megítélt esküt leteszi.

Nos capitulum ecclesie Castriferrei damus pro memoria, quod cum Laurencius filius Johannis de Hegthye contra Johannem Michaelem et Nicolaum filios Michaelis, Andream filium Dominici, Dionisium et Benedictum filios Michaelis de Kuchk, iuxta continenciam literarum .. Thome iudicis curie regie modum et formam iudicii eiusdem exprimencium, duodecimo se nobilibus sibi similibus in octavis festi beati Jacobi apostoli proxime nunc elapsi, in eo, quod predictus Laurencius filius Johannis duos equos et arma Gyeke filii Dionisii qui contra eosdem Johannem Michaelem et Nicolaum, Andream filium Dominici, Dionisium et Benedictum filios Martini in facto potencie convictus extitisset, non occultaverit, in premissa totali accione et acquisicione eorumdem innocens sit et immunis, coram nobis iuramentum deponere debuisset, ipso termino adveniente, idem Laurencius filius Johannis cum suis coniuratoribus coram nobis personaliter comparendo, iuxta continenciam predictarum literarum comitis Thome iudicis curie suum deposuit iuramentum, sicut debebat. Datum tercio die diei deposicionis iuramenti, anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo secundo.

Eredetije rongált állapotban a N. Muzeumban. Közli: Schönherr Gyula.

375.

1352. aug. 6. Az egri káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy Domokos fiát Zudar Istvánt, Szinyér és Csalános nevü Zemplén vármegyei birtokokba beiktatta.

.. Lodovico .. regi .. capitulum ecclesie Agriensis .. Literas vestre serenitatis .. recepimus in hec verba: Lodovicus .. rex .. capitulo ecclesie Agriensis .. Dicitur nobis in persona Stephani dicti Zwdar filii Dominici, quod ipse in dominium possessionum Zynier et Chalanus vocatarum, in comitatu Zempliniensi existencium, quondam per Laurencium filium Marhardi ipso vivente cum nobili puella Annus vocata nepte sua sibi traditarum, quarum donacioni eidem aliis literis nostris patentibus mediantibus consensum nostrum regium prebuisse dignoscimur, legitime vellet introire; quare .. mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Dominicus filius Marcus de Hoporth vel Dominicus filius Nicolai de Geztel, aut Nicolaus de Haruad aliis absentibus homo noster .. ad facies earumdem accedendo, predictum Stephanum dictum Zwdar in dominium earumdem legitime introducat, et ipsas eidem statuat premisso titulo perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, citet ipsos contra eundem ad nostram presenciam ad terminum competentem, et seriem ipsius statucionis vel nomina contradictorum et terminum assignatum nobis fideliter rescribatis. Datum Strigonii, feria sexta proxima post festum beati Jacobi apostoli, anno domini M^mo^ CCC^mo^ L^mo^ secundo. Nos igitur .. unacum prefato Nicolao filio Stephani de Hernadnempti homine vestro, nostrum hominem .. magistrum Lucam clericum chori nostri transmisimus pro testimonio ad premissa mandata vestra exsequenda, qui quidem homo vester .. nobis retulit isto modo, quod ipse unacum eodem testimonio nostro feria quinta proxima post octavas festi sancti Jacobi apostoli iam preteritas, accessissent ad faciem possessionis Zynier et Chalanus supradictarum, et ibi ipsi vicinis et commetaneis earumdem, quos domi reperire potuissent, legitime convocatis et

eisdem presentibus, specialiterque coram Dominico filio Markus de Hoporth et Johanne filio Andree de Zaka, Cosma filio Blasii et Matia de eadem, item nobili domina relicta Johannis dicti Zeuke et Dominico filio Nicolai de Geztel, Georgium filium Dominici filii Dionisii de Bulch aule vestre parvulum in persona prescripti magistri Stephani dicti Zwdar fratris sui, in dominium porcionum possessionariarum pretacti magistri Stephani in dictis duabus possessionibus habitarum introduxissent, easdemque porciones sibi statuissent, ut iura memorati Stephani fratris sui, nemine tunc contradictore apparente .. Datum feria secunda proxima ante festum beati Laurencii martiris, anno domini supradicto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 611. 9. dipl. oszt. 4298. Közli: Kovács N.

376.

1352. Szentimre, aug. 22. István erdélyi alvajda kiküldi az erdélyi káptalant, hogy a Kecskés várához tartozó oláhokat a gyóghi és gáldi nemeseknek és a tüskés-mindszenti népeknek a Tibor hegyén lévő szőlleik elfoglalásától tiltsa.

.. capitulo ecclesie Transsilvane Stephanus vicevoivoda Transsilvanus .. Conqueruntur nobis nobiles viri magistri videlicet Nicolaus filius Nicolai, Stephanus Lucasius Andreas et Ladislaus de Gyogh superiori, item Herbordus Adrianus nobiles de Gald ac ceteri universi populi de villa Spinarum de Mendscenth et de Gald in districtu montis Tybur vocati, qui vineas in eodem monte habere dignoscuntur, quod per gentes scismaticas, videlicet per olacos ad castrum Keechkes pertinentes, in maxima confusione et in necessitate magna essent perpessi, quia noctu dieque vineas ipsorum regere et defensare per eosdem non possent, et in preiudicium et gravamen eorumdem nobilium et aliorum predictorum pauperum, tamquam lupi rapaces dictas vineas indebite uterentur, imo custodes et pastores earum vinearum cum potencia expulissent, et sic devastarent; unde cum nos ex audito audivimus, ut eciam vestra dominacio damnum in hoc non modicum haberetis, quia

decime earum vinearum ad vos de iure pertinerent, super quo petimus vestre discrecionis amiciciam .. quatenus vestrum mittatis hominem vice vestra pro testimonio fidedignum, quo presente Petrus filius Adriani nobilis de Gald homo noster sciat et inquirat de premissis omnimodam veritatem, et dictum montem Tybur vocatum per metas antiquas .. de usu omnium utilitatum ipsius montis possessionis ipsius magistri Nicolai, dictos o(lacos et) ceteros nocivos homines prohibeat, ne de cetero contra voluntatem dicti magistri Nicolai et aliorum predictorum hominum indebite uti debeant vel presummant, et qualitercunque ipsa inhibicio et series tocius facti inibi fieri contigerit, per hominem nostrum et vestrum scita veritate nobis in vestris literis vestri gracia rescribatis. Datum in Sancto Emerico, in octavis festi Assumcionis virginis gloriose, anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo secundo.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. dipl. oszt. 29,148. Közli: Kovács N.

377.

1352. Székesfehérvár, aug. 24. Miklós nádor a többi egyház- és országnagyokkal együtt, Zoardfi Domokost az ennek unokabátyjai ellen emelt hamis pénzverés vádja alól fölmentik, s egyszersmind kimondják, hogy a mondott vád alapján Zoardfi Domokos birtokaitól jogtalanúl fosztatott meg.

Nos Nicolaus .. palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod nobis in festo beatissimi Stephani primi regis Hungarorum, regni libertate a serenissimo principe domino Endre olim rege Hungarorum illustri vigore sui privilegii aurea bulla vallati data et concessa, ac tandem tempore procedente per dominum .. Lodovicum eadem gracia ipsius regni Hungarici gubernaculo feliciter presidentem et corone similiter sui regalis privilegii munimine confirmata requirente, in congregacione eiusdem regni sui circa ipsum festum fieri debenda, iuxta debitum officii nostri palatinatus unacum .. Nicolao .. archiepiscopo Strigoniensi locique eiusdem comite perpetuo, Johanne Vesprimiensis et Nicolao Zagrabiensis eccle-

siarum .. episcopis, necnon .. comite Thoma iudice curie regie ac Nicolao voivoda Transsilvano et comite de Zounuk, per regiam benignitatem pro faciendo quibuslibet querelantibus recto iudicio, necnon pro quibusdam suis et regni sui negociis restaurandis et reformandis in socios nobis deputatis, ceterisque ecclesiarum prelatis et baronibus regnique nobilibus ad ipsam congregacionem congregatis, in Alba Regali existentibus, magister Dominicus filius Zoard ad nostram et dictorum baronum accedens presenciam proposuit eo modo, quod cum pridem .. Karulo rege .. regimen dicti regni gubernante et coronam, Nicolaus et Petrus filii Nicolai fratres sui patrueles pro fabricatura falsarum monetarum notam infidelitatis, regni consvetudine ab antiquo approbata requirente incurrissent, possessionesque ipsorum pro ipsa falsarum monetarum fabricacione et incusione in suas regias manus fuissent rite et legitime applicate, ipse dominus Karulus rex possessiones suas olim in divisione sibi devolutas et alias possessiones emcionis titulo sibi provenire debentes, Bayna et Sarkan vocatas, in comitatu Strigoniensi existentes, non exigentibus suis culpis simul cum possessionibus dictorum Nicolai et Petri fratrum suorum patruelium, prefata infidelitatis nota racione false fabricacionis monete decoloratorum, suis regiis manibus applicasset, cum tamen ipse in premissa falsa monetaria fabricacione innocens fuisset et immunis, et ut adhuc inter patres eorum perennalis divisio dudum facta extitisset, ad cerciorem iamdicte perennalis possessionarie divisionis declaracionem quasdam literas privilegiales conventus cruciferorum sancti regis Stephani de Strigonio, in anno domini M^mo^ CC^mo^ octuagesimo tercio, in octavis festi beati Jacobi apostoli emanatas presentavit inter cetera continentes, quod nobiles viri magister Nicolaus et Petrus filii magistri Nicolai de genere Zoard de Keroua ab una parte, Zoard et Chak fratres eorumdem ab altera personaliter in ipsius conventus astantes presencia, concorditer retulissent, quod ipsi de communi et consona voluntate talem divisionem fecissent inter se, quod duas villas eorum Bodwan et Labothlan vocatas, assignassent magistro Nicolao et Petro predictis perpetuo et irrevocabiliter possidendas; et e converso alias duas villas ipsorum Wyfalu et Bykul vocatas et

terram unius aratri de possessione eorum nomine Keroua exceptam, assignassent Zoard et Chak similiter perpetuo possidendas, prefatam vero possessionem Keroua in quatuor partes inter se equaliter divisissent; servos eciam et ancillas eorum quocunque titulo possessos, eodem modo inter se quatuor equaliter divisissent; adiecissent eciam Petrus Zoard et Chak prefati, quod villam ipsorum Monyorous vocatam emtam et aquisitam specialiter per Nicolaum, reliquissent eidem pacifice et quiete possidendam, dando sibi sicut vero possessori in vita sua et in morte liberam donandi vendendi, et quicquid sibi visum fuerit faciendi facultatem; item aliam possessionem eorum nomine Bela inventam et acquisitam per Petrum, reliquissent eidem Petro similiter perpetuo possidendam modo prenotato, hoc non pretermisso, quod terram quam in predicta possessione eorum nomine Bykul habent pignori obligatam indivisam, a tunc reliquissent inter se quatuor habendam in communi. Ut autem in premissa falsa monetaria incusione et fabricatura innocens extiterit et immunis, cunctis regni nobilibus ipsi congregacioni adherentibus constaret evidenter, quos ibidem per nos requiri equitate svadente instanter postulavit. Cum itaque eorumdem prelatorum et baronum regni moderato inducti consilio, universos nobiles dicte congregacioni nostre adherentes in eo, utrum prefatus magister Dominicus premisse false monetarie fabricacionis vicio respersus et obfuscatus extiterit, requisitos habuissemus, ipsi nobiles in partem se retrahentes, demum ad nostram et dictorum baronum ingressi presenciam, eundem Dominicum in premissa falsa monetaria fabricacione innocentem penitus et immunem extitisse, ex eoque premissis suis possessionibus innocenter defraudatum fuisse unanimiter et concorditer attestarunt. In quorum quidem nobilium testificacionis testimonium, presentes nostras patentes literas prefato Dominico instanter postulanti duximus concedendas, communi iure exposcente. Datum quinto die congregacionis predicte, in loco annotato, anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo secundo.

Külső pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1537. 59. dipl. oszt. 4301. Közölve: néhai Vincze G. másolatából.

378.

1352. sept. 7. A váradi káptalan előtt Pál és Péter bánki nemesek Szabolcs vármegyéből, nem nemes apától született mostoha testvéreiket, a közös édes anya hitbére és hozománya fejében Erdőd nevű Szabolcs vármegyei birtokból kielégítik.

Capitulum ecclesie Waradiensis .. constituti in nostri presencia Paulus et Petrus nobiles de Bank de comitatu de Zoboch .. coram nobis .. sunt confessi, quod cum post obitum patris ipsorum domina mater eorum ad alia vota convolando, et secundis nupciis Marko filio Pauli homini ignobili nupsisset et sacra lege connubii eidem extitisset copulata, a quo filium nomine Georgium et filiam Elena vocatam procreasset, coram nobis personaliter astantes. Ne igitur iidem pueri ex matre eorum procreati ab homine impossessionato ignobiles censeantur, domina matre ipsorum coram nobis personaliter astante, et propter infrascripta dote et rebus paraphernalibus suis eisdem relaxante, receptisque tredecim equis equacialibus ab eisdem pueris fratre et sorore suis, terciam partem cuiusdam possessionis eorum Erdeod vocate, in eodem comitatu de Zoboch existentis, cum omnibus .. pertinenciis eiusdem universis .. et quibuslibet aliis, que fieri possunt arte vel ingenio nunc et in futurum, loca tamen sessionalia a parte possessionis Petri existencia .. coram nobis dederunt .. pro predictis dote et rebus paraphernalibus domine matris ipsorum ac pro tredecim equis equacialibus prenotatis iure perpetuo in filios filiorum possidendam .. nullo iure proprietario .. reservato. Hoc tamen expresso, quod si ex eadem domina matre eorum plures proles procrearentur, extunc masculi tribus partibus, puelle vero quotcunque fuerint quarta parte supra dicta tercia parte possessionis gaudere valeant, prout regni exigit consvetudo; nec eciam nunc eadem puella Elena vocata plus preterquam quartam partem habere possit tercie partis possessionarie prelibate. Hoc eciam non obmisso, quod si eandem dominam matrem eorum decedere contingat ab hac luce, et idem Marcus vitricus ipsorum ex secundis nupciis ab alia muliere filios vel filias procreaverit, extunc iidem pueri ab alia

femina procreati, nullum ius nullamque proprietatem habere possint in tercia parte possessionis supradicte, sed precise et separatim ut premissium est, eadem tercia pars possessionaria pertineat ad eosdem pueros duntaxat ex matre eorum procreatos. Et si eosdem pueros ex matre eorum genitos sine liberis migrare contingeret ab hac luce, extunc eadem tercia pars possessionis ad ipsos et ad eorum heredes revertatur ipso facto, nec eadem gaudere possint extranei possessores . . Datum in vigilia nativitatis beate Marie virginis gloriose, anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo secundo.

Függő pecséttel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1537. 60. dipl. oszt. 4303. Közölve: néhai Vincze Gábor másolatából.

379.

1352. sept. 11. I. Lajos király a kun Scybes fiait: Balázst Jánost és Miklóst, Kér birtokukban nemesi rangra emeli.

Alterius vero scilicet ipsius domini Lodovici regis, in dicto anno domini Millesimo CCC^mo quinquagesimo secundo, tercio idus Septembris, regni autem sui anno undecimo emanati, sigillo suo in partibus Vzure deperdito consignati in serie comperiebatur inter alia, quod prefatus dominus Lodovicus rex pro fidelitatibus et serviciis Blasii Johannis et Nicolai filiorum Scybes comanorum, necnon ad intercessionem magistri Nicolai filii Dominici castellani de Vythan, eosdem filios Scybes a numero et cetu comanorum eximendo, in cetum numerum et catenam verorum nobilium regni sui cum possessione eorum Keer vocata, emcionis titulo ad ipsos devoluta, sicut emcio eiusdem provide et racionabiliter facta existeret et in alterius preiudicium non redundaretur, de gracia aggregasset speciali et ex regie nobilitatis virtute nobilitasset, volens a tunc omni ex sincera et mera nobilitatis prerogativa, qua ceteri et veri nobiles regni sui gratularentur, ipsi et eorum filii ac successores universi perpetuis temporibus potirentur cum possessione eorum prenotata.

Garai Miklós nádornak 1405. jun. 9-én kelt ítéletéből, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 258. 40. dipl. oszt. 4253. Közli: Kovács N.

380.

1352. sept. 15. A szepesi káptalan előtt Poh áros Péter, Pongrácz fia Bertalan özvegyének Erzsébetnek utóbb Ruszkai Izsép nejének, első férje után járó hitbérét és hozományát kiadja.

Nos capitulum ecclesie beati Martini de Scepus . . significamus . . quod magister Isyph de Ruzka ab una, pro nobili domina Elizabeth vocata relicta Bartholomei filii Pangracii nunc consorte ipsius magistri Isyph . . ac Nicolaus de Mochala pro magistro Petro dicto Poharos . . parte ab altera, coram nobis personaliter constituti, idem magister Isyph . . exstitit confessus . . quod quia predictus magister Petrus dictus Poharos annotate nobili domine relicte Bartholomei prius nominati, nunc consorti ipsius magistri Isyph, pro dote et rebus eiusdem parafernalibus ipsi domine de possessionibus predicti Bartholomei provenientibus, iuxta continencias literarum patencium . . Thome iudicis curie regie coram eodem iudice curie regie satisfecisset, ideo eadem nobilis domina ipsum magistrum Petrum dictum Paharos et suos heredes, super facto ipsius dotis et rerum parafernalium, ipsi domine ut premittitur de possessionibus prescripti Bartholomei proveniencium demisisset expeditum, et ipse magister Isyph nomine et in persona eiusdem domine consortis sue . . dimisit et reddidit expeditos magistrum Petrum et heredes suos prenominatos coram nobis . . in octavis festi Nativitatis virginis gloriose, anno domini M^{mo} CCC^{mo} quinquagesimo secundo.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 31. 22. dipl. oszt. 4304. Közli: Kovács N.

381.

1352. sept. 16. Az egri káptalan bizonyítja, hogy Varbói Pál comes neje Szkárosi Miklós leánya, a végett hogy az egyezségileg megállapított összeget Rechkei Mátyás fia István özvegyének és fiának kifizesse, a kitüzött határnapon a káptalan előtt nem jelent meg.

Nos capitulum ecclesie Agriensis damus pro memoria, quod domina relicta Stephani filii Mathyas de Rechke cum Ladislao et Barthaleus filiis suis ex eodem Stephano progenitis, in octavis festi nativitatis sancte Marie virginis nostram personaliter adeundo presenciam, per modum protestacionis nobis curavit significare, ex una, et nobilis domina uxor comitis Pauli de Worbo filia scilicet Nicolai filii Nicolai de Scarus ut actrix parte ab altera, nuperime in curia regia ad dictas octavas dicti festi huc super facto possessionario ad arbitrium faciendum sub pena trium marcarum se submisissent, et licet ipsa cum dictis pueris suis pretactum arbitrium facere et assummere presto essent et parati, tamen quia adversa pars nec venisset nec misisset, ideo ipsos fatigatos, expensis eciam ipsorum in vanum consumtis, a facie nostra recedere oporteret, nos eciam ob favorem rei veritatis profitemur, quod preallegata nobilis domina relicta Stephani cum eisdem pueris et arbitris suis in dictis octavis a mane usque ad vesperum alteram partem expectando, quo supra comparuit coram nobis, sed dicta alia pars neque venit neque misit. Datum in crastino earumdem octavarum, anno domini M^mo^ CCC^mo^ quinquagesimo secundo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban, dipl. oszt. 26,560. Közli: Kovács N.

382.

1352. sept. 17. A zobori convent I. Lajos királynak jelenti, hogy Nemchuni Györgyöt a garam-szentbenedeki monostor Kovácsi nevü birtokának elfoglalásától tiltotta.

. . Lodovico . . regi . . conventus monasterii beati Hipoliti martiris de Zubur . . Literas vestre excellencie generales pro domino fratre Syffrido abbate monasterii sancti Benedicti de iuxta Goron et suo conventu a vestra benignitate regia graciose concessas, inter cetera prohibiciones exprimentes . . recepimus . . et secundum continenciam earumdem cum Andrea filio Sebastiani de Saary homine vestre serenitatis, fratrem Johannem (claustri nostri) subpriorem unum ex nobis ad prohibicionem (infra)scriptam faciendam pro testimonio nostrum hominem duximus transmittendum. Qui . . retulerunt, quod idem homo vester presente eodem nostro testimonio, sabbato proximo post festum (Exaltacionis sancte crucis) proxime nunc preteritum, Georgium filium Petri fratris Bors de Nemchun famulos et iobagiones suos universos ab usu . . nec non a cultura cuiusdam particule terre ad possessionem ipsius monasterii sancti Benedicti Koachy vocatam pertinentis, prohibuisset regni consvetudine requirente. Datum feria secunda proxima post festum Exaltacionis sancte crucis prenotatum, anno domini Millesimo CCC^{mo} L^{mo} secundo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1698. 61. dipl. oszt. 4305. Közli: Kovács N.

383.

1352. Buda, sept. 22. Tamás országbíró előtt több Ják nemzetségbeliek azon perük eldöntését, mely a Jákmonostorhoz tartozó birtokok iránt folyt, választott bírákra bízzák.

Nos comes Thomas iudex curie . . comitatusque de Turuch tenens honorem, damus pro memoria, quod causam quam Petrus filius Jacobi, Paulus (filius Juuan), Johannes filius Jacobi, Michael et Martinus filii Tyak et Nicolaus filius Juuan, ex

quibus iidem Petrus filius Jacobi et Johannes filius alterius Jacobi, Michael et Martinus filii Tyak ac Nicolaus filius Juuan pro se personaliter, pro ipso vero Paulo filio Juuan idem Petrus filius Jacobi cum procuratoriis literis conventus de Demenk astiterunt, contra Johannem filium Johannis de Zenthyuan, Petrum filium Johannis de Terestyenfolva, Nicolaum filium Andree et alterum Nicolaum filium Kemen de Egurzegh, ex quibus idem Nicolaus filius Andree pro se personaliter, pro aliis vero predictis cum procuratoriis literis capituli Castriferrei comparuit, iuxta continenciam literarum dicti capituli ecclesie Castriferrei evocatoriarum, in octavis festi Nativitatis virginis gloriose in factis possessionum ad monasterium Tyakmonustra spectancium movere habebant coram nobis, volentibus partibus et petentibus, ad octavas festi sancti Martini confessoris proxime venturas eo modo duximus prorogandam, ut quelibet parcium duos probos viros pro sua parte in villam Wyfalu dominico die proximo ante festum beati Martini confessoris prenotatum adducere teneretur, et quicquid iidem quatuor probi viri per partes communiter adducendi, presente testimonio ipsius capituli ecclesie Castriferrei, quod per ipsum capitulum inibi transmitti presentibus postulamus, visis instrumentis eorumdem Johannis filii Johannis, Petri filii Johannis, Nicolai filii Andree et alterius Nicolai filii Kemen, super factis predictarum possessionum ad monasterium Tyakmonustura pertinencium confectis, per eosdemque inibi exhibendis, inter ipsas partes arbitrarentur, hoc ambe partes acceptare tenerentur; tali obligacione mediante, quod si prelibati Johannes filius Johannis, Petrus filius Johannis, Nicolaus filius Andree et alter Nicolaus filius Kemen ipsos duos probos homines pro sua parte inibi adducere, arbitriumque eorumdem acceptare ac ipsa instrumenta exhibere non curarent, extunc in quatuor marcis absque iudicis porcione, ante litis ingressum deponendis, contra prescriptos Petrum filium Jacobi, Paulum filium Juuan, Johannem filium Jacobi Michaelem et Martinum filios Tyak ac Nicolaum filium Juuan convincerentur eo facto; hoc expresso, quod iidem arbitri de loco prenotato absque impensione arbitrii non abirent, prout predicte partes voluerunt et

sponte assumserunt. Datum Bude, octavo die termini prenotati, anno domini M^mo CCC^mo L^mo secundo.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

384.

1352. oct. 6. A budai káptalan bizonyságlevele Vernely comes budavári bíró leányának Klárának végrendelkezéséről.

Capitulum Budensis ecclesie . . ad universorum . . noticiam . . volumus pervenire, quod cum nos ad . . peticiones nobilis domine Clara vocate filie scilicet condam comitis Wernely iudicis castri Budensis in infirmitate existentis . . magistros Petrum et Johannem socios et concanonicos, ad audiendas testamentarias disposiciones eiusdem domine pro testimoniis more solito destinassemus, iidem demum unacum religiosis viris fratribus Paulo lectore dicto de Sceps et Emerico dicto de Albaregali, ordinis sancti Francisci, ad nos reversi, nobis concorditer retulerunt eo modo, quod predicta domina Clara, licet in lecto egritudinis graviter decumbens exstitisset, compos tamen sue mentis per omnia sana, salubri confessione ad predictum fratrem Paulum lectorem, acceptoque sacro sancto corpore Christi in eorum presencia, inter ceteras suas salubres testamentarias disposiciones, quinque vineas suas, que olim perfidi et infidelissimi Peturmanni tunc civis Budensis fuissent, et per . . Karulum regem . . sibi collate exstitissent perpetuo possidende, Nicolao et Stephano filiis magistri Gregorii, nepotibus suis et non aliis, in territorio civitatis Budensis existentes, in filios filiorum eorumdem, item Pulkrezta ubicunque ipsam contingencia, preter Pulkrezto quod nepti sue Magych nomine legasset, et omnes terras arabiles ac prata sua, omnibus nepotibus suis et eciam domine Elisabeth sorori eorumdem equaliter dividenda seu dividendas, item pallacium suum quod prope ecclesiam sancti Johannis evangeliste, predictis Nicolao et Stephano filiis Gregorii, ita videlicet, quod medietatem eiusdem a parte danobiali seu orientali Stephano, aliam dimidietatem a parte occidentali equaliter dividendo Nicolao, item

terciam partem cuiusdam sessionis circa dictum pallacium existentis, nunc edificiis carentis, domine Elisabeth nepti sue perpetuo et irrevocabiliter legasset . . possidendas . . Datum per manus magistri Dionisii lectoris ecclesie nostre, in octavis festi beati Michaelis archangeli, anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo secundo ; presentibus . . magistris Petro cantore Johanne custode, Ladislao, Emerico, Petro, Michaele, Cosm Johanne et aliis canonicis in eadem ecclesia nostra deo devo famulantibus.

A pecsét zöld selyemsodraton függ ; eredetije az orsz. lt. kin st. oszt. N. R. A. 604. 1. dipl. oszt. 4307. Ugyanott átiratban is meg van, dipl. oszt. 9375. Közli : Kovács N.

385.

1352. oct. 6. Az egri káptalan előtt Martonos fia János leánya Margit, Pelehte és Nagyazar nevü birtokait, fivéreivel, ezek Helmeche nevü Zemplén vármegyei birtokáért elcseréli.

Nos capitulum ecclesie Agriensis significamus . . quod Ladislaus filius Johannis filii Martonos de Pelehte pro se et pro Andrea dicto Zachud ac Nicolao fratribus suis uterinis, quorum negocium ipse in causa subscripta ad suum onus assumsit ex una, et Martunus filius Ladislai de Zentalberth maritus et procurator nobilis domine filie eiusdem Johannis filii Martonos Margareta vocate . . pro eadem domina parte ab altera, coram nobis personaliter constituti, in quibusdam porcionibus ipsorum possessionariis infra declarandis . . iidem filii Johannis et domina soror ipsorum tale concambium perpetuo duraturum fecisse nobis asseruerunt, quod prenominati filii Johannis filii Martonos totalem porcionem ipsorum in locis sessionalibus in possessione Helmeche nuncupata, in comitatu Zempliniensi ut dicitur existenti habitam, titulo iuris hereditarii ipsos contingentem . . in tanta quantitate, quanta terre arabiles, prata, silve et nemora porcionis prenominate domine in ipsa possessione Pelethe haberentur, in quantum se extenderent, dedissent et contulissent et pretactus Ladislaus sua et dictorum fratrum suorum in personis dedit et contulit annotate no-

bili domine et per eam dicto Martino ac eorum heredibus iure perpetuo . . possidendas . . In quorum quidem locorum sessionalium et terrarum campestrium concambium sen permutacionem, annotata nobilis domina similiter totalem porcionem suam possessionariam in ipsa possessione Pelehte habitam, nuperrime per dictos fratres suos in expedicionem quarte sue filialis datam et condonatam, simili modo cum omnibus . . pertinenciis suis, locis scilicet sessionibus et terris campestribus, dedisset et contulisset, et preallegatus Martinus maritus suus auctoritate procuratoria extunc nostri in presencia contulit in ius et proprietatem memoratorum filiorum Johannis fratrum suorum perennaliter possidendam in filios filiorum suorum . . adiecit eciam dictus Martinus in persona domine supradicte, quod quia pretaxati filii Johannis filii Mortonos sibi et eidem domine sorori ipsorum a pluribus temporibus retroactis, ope opere consilio et favore complacere, negociaque ipsorum tempore et loco ad id opportunis cum summe fidelitatis cultu supportare studuissent et nunc studerent indesinenter, obhoc preallegata domina in tot et tantorum beneficiorum recompensacionem ac ob fraternalem dileccionem, totale ius suum quod in locis sessionalibus in porcione possessionaria prelibatorum filiorum Johannis in possessione Noghozor vocata pro simili debito quarte filialis iure nature et de huius regni consvetudine habere dinosceretur, et quod eciam de locis sessionalibus magistri Johannis filii Michaelis dicti Fyzeri in prefata possessione Noghozor habitis, ab eodem magistro Johanne per formam iuris requirere posset et rehabere, exceptis terris arabilibus et aliis extrinsecis utilitatibus dicti iuris sui, remisisset et relaxasset, et pretaxatus Martinus similiter in persona eiusdem domine coram nobis relaxavit filiis Johannis supradictis. E contrario autem memoratus Ladislaus filius Johannis hoc assumsit coram nobis, quod predictis terris arabilibus in ipsa possessione Noghozor pro iure eiusdem domine ipsis remanenti bus, equales arabiles et campestres terras de porcione sua in eadem possessione Helmeche ipsis remanenti, cum funiculo mensurando, dare et assignare teneretur nobili domine et heredibus suis supradictis. Insuper obligavit se annotatus Ladislaus filius Johannis et heredes suos, prenominatos Martinum et do-

minam uxorem ac posteritates eorumdem, ab omnibus . . racione dictorum locorum sessionalium et terrarum arabilium . . inquietare nitentibus, semper et ubique defendere . . Datum in octavis festi sancti Michaelis archangeli, anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo secundo.

Az egri káptalannak 1357. jun. 8-kán »Martinus filius Ladislai dicti Tarnok de Zentalberth pro nobili domina consorte sua filia scilicet Johannis filii Mortonos de Pelethe Margareta vocata« kérelmére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 575. 29. dipl. oszt. 4308. Közli: Kovács N.

386.

1352. Buda, oct. 14. László csazmai prépost és kir. titkos cancellár előtt Togh fia Miklós özvegye, Sándor fia Imre leánya Anith asszony és fiai, Wech nevü Veröcze vármegyei birtokukat Decul fiának Jánosnak száz márkáért eladják.

. . Ladislaus prepositus ecclesie Chazmensis, comes capelle et secretarius cancellarius domini Lodovici . . regis . . ad universorum noticiam harum serie perducimus literarum, quod nobilis domina Anitha vocata, relicta Nicolai filii Togh de Weeh, filia Emerici filii Sandur de eadem Weeh et Ladislaus iuvenis ac Petrus puer filii eiusdem domine ab ipso Nicolao procreati, quorum noticiam Michael filius Blasii de Gnoynicha de comitatu de Pasaga personaliter astando nobis expressit, propriis eorum in personis coram nobis constituti, predicti Petri pueri onus, si de presenti contractu temporis in processu resiliret, dicta domina et Ladislaus filius suus super se assummentes, exstiterunt confessi . . quod ipsi magna necessitate et rerum penuria coacti, dictam possessionem ipsorum Weeh vocatam, in comitatu de Vereuche inter possessiones magistri Johannis filii Decul dispensatoris domini regis et Mako filii Dionisii ac Dominici filii Cosme habitam, cum . . utilitatibus . . omnibus, sub veris et antiquis metis suis, quibus eadem ipsis attinuisset, eidem magistro Johanni dispensatori domini regis et suis heredibus . . pro centum marcis bonorum denariorum . . vendiderunt coram nobis, perpetue . . possidendam.

ipsum magistrum Johannem suosque successores ab omnibus impetitoribus in facto dicte possessionis Weeh . . expedire assummentes, ipsorum laboribus propriis et expensis. Ipsique domina et Ladislaus filius eius, predicto onere dicti Petri pueri racione sue puericie super se ut prescribitur assumto, priorem tradicionem et vendicionem ipsius possessionis Weeh pro centum marcis iuxta seriem privilegii . . capituli dicte ecclesie Chazmensis per predictam dominam et Paulum filium eiusdem ab ipso Nicolao genitum, olim vendite, primitus ut in eodem privilegio dicti capituli nobis exhibito vidimus contineri, eidem magistro Johanni tradite et perpetuate factam . . confirmarunt coram nobis. In cuius rei . . memoriam presentes . . concessimus sigillo dicti honorabilis nostri comitatus capelle regie consignatas. Datum Bude, dominico die proximo ante festum beati Galli confessoris, anno domini M^{mo} CCC^{mo} quinquagesimo secundo.

Az ép pecsét piros selyemsodraton függ; eredetije orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 465. 18. dipl. oszt. 4312. Közli: Kovács N.

387.

1352. oct. 15. A budai káptalan bizonyítja, hogy Léli Villiám fia János, bizonyos pénzösszeget Nagymartoni Lőrincz és Miklós fiainak a kitüzött határnapon nem fizetett meg.

Nos capitulum Budensis ecclesie damus pro memoria, quod cum iuxta continenciam priorum literarum nostrarum composicionalium Johannes filius Wyllyam de Leel in octavis festi beati Michaelis archangeli proxime preteritis Nykulino filio Laurencii de Nogmortun et altero Nykulyno filio Nykulini de eadem, quinque marcas racione in eisdem literis nostris expressa coram nobis sub penis in ipsis literis nostris insertis, si terminum preteriisset in solvendo, solvere debuisset, ipsis autem octavis occurrentibus, magister Johannes socius et concanonicus noster in personis predictorum Nykulini et alterius Nykulini ex commissione eorumdem coram nobis comparendo, predicte pecunie solucionem ab eisdem octavis sex diebus contiguis et legitime exspectavit, sed predictus Johannes filius Wyl-

lyam neque venit neque misit pro se aliquem expeditorem. Datum decimo die octavarum prenotatarum, anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo secundo.

Papíron, zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1698. 60. dipl. oszt. 4313. Közli: Kovács N.

388.

1352. Szentiván, nov. 5. István slavon és horvát bán a Dráva és Száva közti nemesekkel tartott közgyülésen, Gorbonoki Péter fiának Istvánnak Beke és fia István elleni ügyét elhalasztja.

Nos Stephanus tocius Sclavonie et Croacie banus damus pro memoria, quod causam quam Stephanus filius Petri de Gorbonok personaliter astans, contra magistros Beke filium Stephani et Stephanum filium eiusdem Beke, ex quibus idem Stephanus filius Beke pro se personaliter comparuit, et ipsum Beke patrem suum viam universe carnis ingressum fuisse asseruit, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum in nostra congregacione generali universis nobilibus et cuiusvis condicionis preeminencie et status hominibus inter Dravam et Zauam existentibus, publica proclamacione facta, feria secunda proxima post festum beatorum Simonis et Jude apostolorum in villa Scenthivan celebrata, in factis potenciario et rerum movere habebat coram nobis, volentibus partibus ad octavas festi nativitatis beati Johannis Baptiste proxime venturas, sub statu priori peremtorie duximus prorogandam, si partes medio tempore non poterunt concordare, que si concordare poterunt, nos iuxta quodditatem gravaminis cause ipsorum placare teneantur. Datum in predicta villa Scenthiuan, sexto die congregacionis nostre prenotate, anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo secundo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1697. 3. dipl. oszt. 4315. Közli: Kovács N.

389.

1352. nov. 6. A váradi káptalan előtt Diószegi Miklós fia Corard, Bygech nevü Szabolcs vármegyei birtok fele részeért, melyet Dózsa nádor fiainak adott át, Doby Lőrincz fiát Istvánt csereképen Chehi nevü birtok fele részével elégíti ki..

Capitulum ecclesie Waradiensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod accedentibus ad nostram presenciam Corardo filio Nicolai de Gyozeg pro se personaliter et pro Ladislao filio suo ab une parte, ex altera vero magistro Stephano filio Laurencii de Doby, confessum exstitit per eundem Corardum filium Nicolai . . quod cum ipse medietatem cuiusdam terre Bygech vocate in comitatu de Zabouch existentis, in porcionem eiusdem magistri Stephani dudum provenientis, cuius alia medietas apud eundem magistrum Stephanum remaneret et remansisset, ex parte sui ipsius de consensu et beneplacito eiusdem magistri Stephani filii Laurencii sub forma composicionis et amicabilis ordinacionis, nobilibus viris magistris Jacobo et Paulo filiis condam Dause palatini . . contulisset iure perpetuo . . possidendam . . ob hoc ipse in recompensacionem eiusdem medietatis terre modo iam pretacto ipsis filiis Dause per ipsum date, medietatem terre Chehy vocate in eodem comitatu de Zabouch existentis, in porcionem suam cedentem, cum omnibus . . suis . . pertinenciis . . preter tributum, quod in eadem olim exigebatur, per modum permutacionis . . contulisset . . eidem magistro Stephano filio Laurencii et per eum suis heredibus . . iure perpetuo . . possidendam . . Datum tercia feria proxima post festum sancti Emirici ducis et confessoris, anno domini M^{mo} CCC^{mo} quinquagesimo secundo . . Philippo preposito, Benedicto lectore, Ladislao cantore, Gregorio custode canonicis ac magistris ecclesie nostre salubriter existentibus.

A pecsét zöld- és rózsa-színü selyemsodraton függ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1716. 7. dipl. oszt. 4316. Közli: Kovács N

390.

1352. nov. 21. Az egri káptalan előtt Bely Balázs elismeri, hogy anyját Kunge asszonyt Szentkirályi Moys leányát Gömör vármegyéből, leány negyedi illetőségére nézve Szentkirályi László fiai kielégítették.

Nos capitulum ecclesie Agriensis significamus . . quod Blasio filio comitis Lipoldi filii Phyle de Bely pro se et pro nobili domina matre sua filia Moysi quondam de Zenkiral de comitatu Gumuriensi Kunge vocata, cuius negocium in causa subscripta idem Blasius ad suum onus assumsit, ex una, et Paulo filio Ladislai de eadem Zenkiral similiter pro se et pro Johanne fratre suo uterino parte ab altera coram nobis personaliter constitutis, per eundem Blasium sua et dicte domine matris sue in persona . . propositum exstitit . . quod super omnibus causis et articulis earumdem, quas ipsi racione quarte filialis pretaxate nobilis domine, de universis possessionibus et porcionibus possessionariis eiusdem Moysi, que nunc sub dominio dictorum filiorum Ladislai haberentur et que in posterum racione linee generacionis ad ipsos devolverentur, quoquomodo iure nature et de huius regni consvetudine eidem domine in suam porcionem cedere deberet et provenire, contra annotatos filios Ladislai in presencia iudicis ipsorum ordinarii, iuris de vigore movere potuissent in posterum, iidem Paulus et Johannes filii Ladislai absque omni lite et processu iudiciario iuxta ordinacionem et composicionem proborum virorum factam, congruenti pecuniaria solucione quoad porcionem eorum solummodo ipsis omnimodam . . condignam . . impendissent satisfaccionem ; et ipsi super dicta pecuniaria solucione sufficienter contenti, memoratos filios Ladislai et ipsorum heredes super dicta quarta filiali . . reliquissent, et idem Blasius tam pro se quam pro eadem domina matre sua extunc nostri in presencia reddidit et reliquit prorsus et per omnia expeditos, pariter et convictos . . Insuper obligavit se idem Blasius et heredes suos pretaxatos, filios Ladislai et ipsorum posteritates ab omnibus . . inquietare nitentibus . . defendere et expedire debere laboribus suis propriis et expensis ; quod si . . expedire non posset . .

extunc universe porciones sue possessionarie ubilibet existentes . . contra eosdem filios Ladislai et non alios aggravarentur eo facto . . Datum feria quarta proxima post festum sancte Elizabet, anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo secundo.

Hátlapján pecsét nyomaival ; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 707. 38. dipl. oszt. 4318. Közli : Kovács N.

391.

1352. Buda, nov. 23. I. Lajos király Zöldvár és Wlseu nevü Nyitra vármegyei királyi birtokokat Kont Miklós erdélyi vajdának s testvérének Lökösnek adományozza.

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod nos recensitis et recordatis fidelitatibus et fidelium serviciorum laudedignis meritis magnifici viri Nicolai filii Laurencii voivode Transsilvani et Leukus magistri dapiferorum nostrorum comitis siculorum fratris eiusdem uterini dilectorum et fidelium nostrorum, quibus ipsi continue et sine omni intermissione in cunctis nostris et regni nostri negociis ac expedicionibus prosperis pariter et adversis cum summa diligencia et votiva sollicitudine nostre maiestati studuerunt complacere et se reddere erga nostram maiestatem graciosos utique et acceptos, pro quibus quidem suis fidelitatibus et fidelium serviciorum preclaris meritis, licet ipsi multo plura et ampliora a nobis merentur, ut tamen eorum serviciis et fidelitatibus ad presens aliquatenus respondere videamur, quasdam possessiones nostras regales, videlicet Zeuldwar et Wlseu vocatas in comitatu Nitriensi existentes, cum earum . . pertinenciis universis . . in superficie earumdem existentibus, sub eisdem veris metis et antiquis, quibus easdem ab antiquo usque ad hec tempora nomine nostro regio tenuerunt et possederunt . . donavimus . . eisdem magnifico viro Nicolao filio Laurencii voivode Transsilvano ac Leukus magistro dapiferorum nostrorum et comiti siculorum fratri eiusdem uterino et per eos eorum heredibus . . iure perpetuo . . possidendas . . imo . . donamus . . presencium serie mediante, salvis tamen iuribus alienis . . Datum Bude, in

festo Clementis pape, anno domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo.

I. Lajos királynak 1353. nov. 8-kán »Nicolaus voivoda Transsilvanus et comes de Zonuk et Leukus magister dapiferorum et pincernarum nostrorum, filii quondam magistri Laurencii sclavi« kérelmére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 504. 49. dipl. oszt. 4319. Közli: Kovács N.

392.

1352. Buda, nov. 29. Tamás országbíró ítéletileg megerősíti azon egyességet, mely Poháros Péter és Pongrácz fia Bertalan leánya Margit között, ennek a kijelelt határok között Zalouk nevű Szepes vármegyei birtokból kiadandó leánynegyedi, anyai hitbéri és hozományi követelése felett köttetett.

Nos comes Thomas iudex curie .. comitatusque de Turuch tenens honorem .. significamus .. quod magistro Petro dicto Paharus comite de Abawyuar personaliter ab una, ac Petro filio Mykocha pro nobili puella Margyth vocata filia quondam Bartholomei filii Pangracii .. parte ab altera, feria secunda proxima post festum beati Bartholomei apostoli proxime preteritum coram nobis constitutis, propositum exstiterat per eosdem .. quod ipsi videlicet predictus magister Petrus et nobilis puella Margyth vocata, super causa quam predicta nobilis puella in facto requisicionis quarumdam possessionum prescripti Bartholomei filii Pangracii patris sui in comitatu Scepsiensi existencium nostri in presencia movisset, petita prius et obtenta a nobis nostra iudiciaria licencia, per composicionem et ordinacionem proborum et nobilium virorum, ut omnis fomes invidie, rixe et odii de medio ipsorum radicitus evelleretur, et se amodo et deinceps plenitudine pacis quirent amplexari, taliter concordassent et concordarant coram nobis, quod predictus magister Petrus dictus Paharus possessionem Zalouk vocatam in comitatu Scepsyensi existentem, que quondam predicti Bartholomei filii Pangracii et demum volente domino, mortuo eodem Bartholomeo filio Pangracii, Johannis filii eiusdem Bartholomei hominis sine herede decessi extitisset,

et ipsi magistro Petro dicto Poharus per regiam collacionem nomine possessionis hominis sine herede decedentis data exstitisset et collata, cum omnibus .. pertinenciis eiusdem .. sub veris .. et antiquis metis predicte possessionis, quibus per ipsum magistrum Petrum dictum Poharus ac priores possessores eiusdem servata extitisset .. prescripte nobili puelle Margyt vocate et per eam suis heredibus pro quarta puellari eiusdem ac dote et rebus parorphanalibus domine matris sue, similiter eidem domine matri sue de possessionibus sepenominati Bartholomei filii Pangracii eisdem nobilibus dominabus provenire debentibus, dedisset .. imo dederat .. coram nobis iure perpetuo .. possidendam .. quam quidem possessionem Zalouk nuncupatam idem magister Petrus dictus Poharus in octavis festi Nativitatis beate virginis tunc proxime venturis, presentibus Jacobo filio Isaac de Zeuled vel Demetrio filio Mogh de Ruzka sive Stanizlao filio Johannis dicti Kassan pro parte ipsarum nobilium dominarum, item Thoma filio Mathius de Roskuan vel Nicolao de Mochala aut Laurencio dicto Dyak pro parte predicti magistri Petri dicti Poharus aliis absentibus hominibus regiis et testimonio capituli Scepsyensis, quod per ipsum capitulum ecclesie Scepsyensis ad id amicabiliter transmitti petiveramus, sub veris .. metis eiusdem prescripte nobili puelle Margyth vocate et per eam suis heredibus, pro quarta sua puellari ac domine matris sue pro dote et rebus suis parorphanalibus ut premissum est, iure perpetuo .. possidendam statuere .. assumserat coram nobis; e converso vero pedictus Petrus filius Mykocha procurator eiusdem nobilis puelle Margyt vocate, memoratum magistrum Petrum dictum Poharus et suos heredes super premissa quarta puellari, ut premissum est, eidem nobili puelle Margyt vocate de possessionibus memorati Bartholomei filii Pangracii patris eiusdem provenienti .. reddidisset expeditum .. seriem autem premisse possessionarie statucionis cum cursibus metarum, partes ad octavas festi beati Martini confessoris in literis dicti capituli Scepsyensis nobis reportare tenerentur. Tandem ipsis octavis festi beati Martini confessoris occurrentibus, prefatus Petrus filius Mykocha pro annotata nobili puella ab una, item prenominatus magister Petrus dictus Poharus persona-

liter parte ab altera, ad nostrum iudiciarium accedentes con-
spectum, literas patentes memorati capituli Scepsyensis nobi-
presentarunt, in quibus habebatur manifeste, quod ipsum cap-
tulum ecclesie Scepsyensis nostris peticionibus satisfacere c-
pientes, ipsorum misissent hominem pro testimonio fide dignu-
videlicet magistrum Paulum fratrem et concanonicum eor-
unacum Stanyzlao filio Johannis homine regio pro parte p-r-
cium utrarumque ad premissa exsequenda, qui demum ad ipsum
capitulum reversi, eidem concorditer retulissent, quod Nicolaus
de Machala pro annotato magistro Petro dicto Poharus ..
eandem possessionem Zalouk nuncupatam, in dictis octavis festi
Nativitatis beate virginis, presentibus hominibus regiis et testi-
monio capituli ecclesie Scepsyensis antedictis, sub veris ..
metis eiusdem infrascriptis, prescripte nobili puelle Margyt
vocate et per eam suis heredibus pro quarta sua puellari ac
domine matris sue predicte pro dote et rebus suis parorphana-
libus, iure perpetuo .. secundum seriem literarum nostrarum
possidendam statuissent; cursus vero metarum ipsius posses-
sionis Zalouk dinosceretur esse talis: prima meta inciperetur
in quodam alto monte adiacente inter dictam possessionem
Zalouk et Polyank alio nomine Babarety vocatas a parte me-
ridionali cuiusdam magne et alte albe petre in una terrea
meta, et abinde descenderet versus occidentem ad planiciem
montis eiusdem ad viam magnam, que de villa Omnium San-
torum duceret in Zalouk antedictam, in ipsaque via perveniret
versus occidentem, currens ad locum, ubi a latere ipsius vie
septemtrionali intraret eandem una via antiqua per quam
quondam et nunc in dorso seu acie cuiusdam longi montis de
Tarcha transivissent et transirent in dictam villam Omnium
Sanctorum, et in eadem antiqua via in acie seu dorso ipsius
montis se protendente per metas terreas sitas penes eandem
currens perveniret usque dum versus fluvium Zalouk ad par-
tem septemtrionis descenderetur, ubi esset una terrea meta,
sita circa viam eandem, de qua in ipsa via descenderet ad
antiquum vadum fluvii eiusdem, circa quod esset tercia meta
ab ipsoque vado in eodem fluvio versus meridiem ascenderet
ad fines prati de Zalouk antedicti et oppositum cuiusdam mon-
ticuli in quo quondam heremite resedissent, ubi esset una

terrea meta, hinc versus orientem exiens de fluvio Zalouk antedicto, transiret ad ipsum monticulum directe et de eodem ascenderet versus orientem per unum sulcum intermedium ad cacumen montis Rosumbergh dicti ad unam terream metam, hincque descenderet versus orientem ad contiguum berch, et in medio dorsi eiusdem transiret ad locum ubi dorsum et acies ipsius berch flecteret se directe ad plagam meridionalem, ubi in ipsa flexione esset una terrea meta; inde in medio eiusdem berch versus meridiem perveniret ad pendulum ipsius ubi esset terrea meta, unde versus meridiem descenderet ad quendam rivulum, quem directe pertransiens retro partem orientis cuiusdam magni montis Warhegh nuncupati semper versus meridiem transiens, perveniret ad ortum seu caput fluvii Kysswyne, hincque reflecteretur ad occidentem et currens per montes, colles et valles versus eandem plagam, perveniret ad primam metam: quarum quidem metarum cursum nullus vicinorum contradixisset et sic terminarentur mete possessionis Zalouk antedicte. Verum quia prefata possessio Zalouk vocata sub veris certis et antiquis suis metis superius in presentibus insertis, predicte nobili puelle Margyt vocate et per eam suis heredibus pro quarta sua puellari ac domine matri sue predicte pro dote et rebus suis parorphanalibus iure perpetuo .. per prescriptum magistrum Petrum dictum Poharus, ut est prehabitum, nullo vicinorum contradicente, ex serie premissarum literarum prenotati capituli ecclesie Scepsyensis statuta fore reperiebatur, pro eo eandem possessionem Zalouk vocatam sub inclusionibus predictarum metarum ipsi nobili puelle Margyt appellate pro pretacta quarta sua puellari ac prescripte domine matri sue pro dote et rebus suis parorphanalibus commisimus et reliquimus perpetuo .. possidere .. sine preiudicio iuris alieni .. Datum Bude, duodecimo die octavarum festi beati Martini confessoris predictarum, anno domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo.

A pecsét töredéke sárga és zöld selyemszálakon függ. Eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. N. R. A. 571. 32. dipl. oszt. 4321. Közli: Kovács N.

393.

1352. dec. 1. Toldy Miklós Pozsony vármegye alispánja és a négy szolgabíró I. Lajos királynak jelentik, hogy Földfalu és Pereszlén nevü birtokok nem Nagyszombat város Razna nevü birtokának, hanem Elefánti Dezsö fia Mihály Cziffer nevü birtokának kiegészitö részét képezik.

.. Lodovico .. regi .. magister Nicolaus de Toldy vicecomes Posoniensis, item comes Matheus de Capulna, Johannes dictus Pop de Bachun, Egidius de Enid et Johannes filius Mark de Karcha iudices nobilium eiusdem comitatus .. Literas vestre maiestatis nobis directas recepimus .. in hec verba: Lodovicus .. rex .. comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus Posoniensis .. Dicitur nobis in persona magistri Michaelis filii Desew de Elephant, quod universi cives seu hospites de Tirnavia quasdam terras suas Foldfolua et Perezlen vocatas, ad possessionem ipsius magistri Michaelis Cifer vocatam omni iuris tramite pertinentes, ad eorum possessionem Razna vocatam pertinere asserentes, pro se ipsis niterentur occupare, in ipsius preiudicium et gravamen, cum tamen prout in persona ipsius magistri Michaelis asseritur, predicte terre Foldfolua et Perezlen vocate nunquam ad predictam possessionem iamdictorum civium et hospitum Razna vocatam pertinuissent nec deberent pertinere, sed a multis temporibus retroactis terre essent ad possessionem suam Cifer predictam pertinentes. Super quo .. mandamus, quatenus unum vel duos ex vobis transmittatis, qui ab omnibus, quibus decet et licet, sciant et inquirant super premissis omnimodam veritatem. Et post hec prout exinde vobis veritas constiterit, nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, in octavis festi Omnium Sanctorum, anno domini M^mo^ CCC^mo^ L^mo^ secundo. Juxta quarum tenoris continenciam vestre rescribimus maiestati, quod dum in quindenis sancti Martini confessoris proxime preteritis universi nobiles comitatuum Posoniensis et Nitriensis ad faciem cuiusdam litigiose possessionis inter ipsum Michaelem et cives Tirnavienses ventillate accessissent, duo viri nobiles ex nobis, videlicet magister Nicolaus de Toldy noster

vicecomes parochialis, et comes Matheus de Capulna unus iudicum quatuor per literatorium mandatum dictis quindenis illic accedentes, qui demum ad nos reversi nobis retulerunt in hunc modum, quod ab universis nobilibus dictorum duorum comitatuum, palam et occulte investigando quesivissent, utrum predicte terre Perezlen et Foldfalu vocate pertinuerint ad possessionem dicti magistri Michaelis Cifer vocatam, aut ad possessionem civium de Tierna Razna vocatam dinoscantur pertinere, qui uno ore et ad eorum conscienciam fassi exstitissent, quod ab eo tempore quo ipsi recordari possent, semper ad dictam villam Cyfer predictas duas terras pertinere audientes scivissent, et nunquam ad possessionem dictorum civium pertinere audivissent. Datum secundo die esti beati Andree apostoli, anno domini M^mo^ CCC^mo^ L^mo^ secundo ut supra.

Zárlatán több pecsét nyomaival: eredetije az ors. lt. kincst. oszt. N. R. A. 1671. 73. dipl. oszt. 4317. Közli: Kovács N.

394.

1352. Eger, dec. 11. László egri prépost és püspöki vicarius, Felbárczai Mojus unokája Klára Sóvári János neje részére Felbárcza nevü birtok harmad részét a nevezett Felbárczai Mojus fia Tamás fiai ellenében visszaitéli s Miklós kassai plébánost és Péter lapispataki szerzetest a végrehajtásra kiküldi.

Ladislaus prepositus ecclesie Agriensis et . . Nicolai . . Agriensis ecclesie episcopi in spiritualibus vicarius generalis . . Nicolao plebano de Cassa et Petro de Lapuspatak sacerdoti . . Noveritis quod in quindenis festi Purificacionis virginis gloriose proxime preteritis Johannes filius Herrici de Sovar maritus et procurator nobilis domine filie Kemen filii Simonis neptis quondam Moius de Felbarcha Clara vocate . . in persona eiusdem domine in figura iudicii magistrorum Petri archidiaconi de Wugh et Gothardi quondam officio vicariatus ipsius domini episcopi fungencium comparendo, contra Sebastianum et Georgium filios Thome filii eiusdem Moius in causam legitime attractos, quasdam literas privilegiales capi-

tuli prefate ecclesie Agriensis pendenti sigillo confectas exhibendo, proposuit tali modo, quod memorati filii Thome filii Moius prefatam dominam consortem suam de tercia parte prefate possessionis Felbarcha in comitatu Abauyuar existentis, quam olim predictus Thomas pater dictorum Sebastiani et Georgii ac Georgius frater ipsius Thome coram ipso capitulo Agriensi comparendo, pretextu expedicionis dotis et rerum parafernalium quondam nobilis domine matris ipsius domine Clare iuxta ipsorum spontaneam voluntatem eidem domine et suis heredibus iure perpetuo . . possidendam . . contulissent, potencialiter exclusissent, ipsamque terciam partem prefate possessionis per spacium duodecim annorum usque ad ipsum diem proposicionis premisse occupatam detinuissent, in ipsius domine Clare preiudicium . . quo percepto Ladislaus filius Pauli de Fay . . pro ipsis filiis Thome . . exsurgendo, respondisset ex adverso, quod iidem filii Thome prefatam dominam Claram consortem ipsius Johannis de dicta tercia parte prefate possessionis Felbarcha non exclusissent nec ipsam potenciali-ter detinerent . . sed illam terciam partem ipsius possessionis, quam eadem domina in eadem porcionem suam fore sciret et agnosceret, accepto homine ipsius domini episcopi, ordine iuris recaptivaret, talem enim partem recaptivare posset (így), in qua contradicerent, talem vero recaptivare posset, in qua nullo contradiccionis velamine obviarent eidem. Quibus sic peractis, iidem magistri Petrus archidiaconus et Gothardus, Ladislao preposito de Mysle, vobis et Johanni sacerdoti de Sovar . . scripsisset eo modo, ut ipsi simul vel duo ex ipsis, in octavis festi dominice Resurreccionis proxime iam preteritis, partibus vel earumdem procuratoribus presentibus, accederent ad faciem prefate possessionis Felbarcha, et ipsam universis vicinis et commetaneis legitime convocatis per suas veras et antiquas metas reambularent, ipsamque terciam partem prefate possessionis iuxta continenciam . . prefati privilegii capituli iamdicti cum omnibus suis . . pertinenciis . . eidem domine Clare filie Kemen statuerent, perpetuo possidendam, si non fuisset contradictum, contradictores vero si qui fuissent, contra ipsam dominam filiam Kemen, ad ipsius domini episcopi presenciam . . ad octavas festi Pentecostes proxime preteritas evocari, et post-

hec seriem ipsius possessionarie reambulacionis et statucionis . . iidem prepositus Myslensis, vos, aut prefatus Johannes sacerdos de Sovar . . eidem domino episcopo rescribere debuissent; ipsisque octavis festi Pentecostes adherentibus, litere vestre super premissis eidem domino episcopo rescripcionales, eisdem magistris Petro archidiacono et Gothardo fuissent presentate, in quarum tenoribus ipsi hoc . . comperissent contineri, quod cum Paulus et Johannes ecclesiarum rectores de Sovar, in predictis octavis festi dominice Resurreccionis cum prefato Johanne filio Herrici . . procuratore predicte nobilis domine, ad faciem possessionis Felbarcha vocate accessissent, vicinisque et commetaneis eiusdem . . convocatis, terciam partem eiusdem ipsi domine Clare statuere voluissent . . Myko et Johannes filii Nicolai, Georgius et Sebastianus filii Thome et alii vicini, ipsam dominam Claram ab occupacione ipsius tercie partis non prohibuissent, sed Donch filius Enok de Barcha prohibuisset, et ipsum Donch ad prefatas octavas Pentecostes ad ipsius domini presenciam . . contra ipsam dominam evocassent. A quibus quidem octavis Pentecostes ipsa causa de parcium consentanea voluntate, ad octavas festi beati Jacobi apostoli iam preteritas protelata extitisset; ipsisque octavis sancti Jacobi apostoli adherentibus, idem Donch personaliter exsurgendo, super ipsa sua prohibicione . . talem assignasset racionem, dicens, quod prefatus Moius et per consequens Thomas ac Georgius filii Moius sibi in proxima linea generacionis attinerent, et ipse cum eisdem in una possessionaria divisione existeret, ipsaque domina, fratres et soror ipsius sibi in nullo attinerent; ob hoc ipse iuxta huius regni consvetudinem eandem dominam in dominio dicte tercie partis possessionis permanere non permitteret, et se cum pecuniaria solucione expedire vellet a domina Clara antedicta; quo dicto idem Johannes maritus et procurator ipsius domine . . pro eadem domina exsurgendo, literas privilegiales dicti capituli ecclesie Agriensis ipsis presentasset . . continentes, quod predicti Georgius et Thomas . . terciam partem cuiusdam possessionis ipsorum hereditarie in comitatu de Vyuar existentis, Felbarcha vocate, cum omnibus utilitatibus suis et specialiter cum tercia parte omnium pratorum silvarum nemorum pomeriorum molendino-

rum . . ac tercia parte sessionum eiusdem possessionis Felbarcha, a parte occidentali iuxta magnam viam qua itur versus Cassam iacentem, ab eadem parte superiori ad partem inferiorem mensurando . . eidem domine matri ipsorum, filie Benedicti filii Corrardi tunc uxori Kemen, pro sua dote et rebus parafernalibus, et per ipsam eidem Kemen ac eorum heredibus iure perpetuo . . possidendas . . dedisset . . obligantes se et eorum heredes predictos dominam et vitricum ipsorum ac heredes eorumdem . . ab omnibus racione tercie partis ipsius possessionis Felbarcha et sessionum eiusdem impetere nitentibus defendere et expedire propriis laboribus ipsorum et expensis. Quibus visis et tenoribus ipsarum literarum privilegialium partibus perlectis, quia ambarum parcium relacione, prefati magistri Petrus et Gothardus super eo edocti fuissent, quod idem Thomas duos filios Sebastianum videlicet et Georgium tunc vivos habuisset, et ob hoc ipsi iudicantes admisissent, quod ipsa domina Clara eosdem Sebastianum et Georgium, iuxta ipsius privilegii tenorem pro suis expeditoribus ad octavas festi beati Michaelis archangeli proxime preteritas contra se ad ipsius domini episcopi presenciam evocari faceret; ipse eciam Danch qui propinquior proximus et tutor eorumdem filiorum Thome fore dictis tunc (igy) cum (. . . . . .) filiis Thome similiter personaliter vel per suum legitimum procuratorem comparere deberet, finem debitum in premissa causa recepturi: ad quas quidem octavas festi beati Michaelis archangeli prefatos filios Thome ac Donch ex tenore literarum iudicialium eorumdem magistrorum Petri archidiaconi et Gothardi per procuratorem iamdicte domine Clare legitime expectatos non venisse nec misisse reperimus. Ipsoque vicariatus officio in nostram personam conscendente, in octavis festi beati Andree apostoli, presentibus Matheus filio Emerici de Delne cum sufficientibus literis procuratoriis et per ipsam dominam Claram actricem ex una, item prefati Sebastianus et Georgius filii Thome ac Donch filius Enok personaliter ac mediantibus literis Petri sacerdotis de Lapuspatak amoniti parte ab altera, ad nostram accedentes presenciam, dum nos ut ex predicto nostri vicariatus officio incumbit, ipsos Sebastianum et Georgium filios Thome trinario numero in eo requisitos habuissemus, utrum

ipsi prefatam dominam Claram, iuxta prefati privilegii tenorem super ipsa tercia parte prefate possessionis Felbarcha ab ipso Donch expedirent nec ne, iidem filii Thome ut est dictum per nos requisiti, eandem dominam Claram super ipsa tercia parte prefate possessionis, ab eodem Donch filio Enok liberare et expedire sponte assumserunt. Verum quia prefati . . filii Thome per nos legitime requisiti, iuxta prefati privilegii capituli Agriensis tenorem sepedictam dominam Claram a prefato Donch super memorata tercia parte iamdicte possessionis Felbarcha expedire . . assumserunt coram nobis, et in statucione ipsius tercie partis . . nullus alter nisi prefatus Donch contradictor fuisse reperiebatur; ideo cum nostris assessoribus iudicantes decrevimus, ut homines nostri in octavis diei Strennarum proxime venturis . . accedant ad faciem ipsius possessionis Felbarcha et ipsam . . per suas veras . . metas reambulent, et ipsam terciam partem . . cum omnibus suis . . pertinenciis, non obstantibus contradiccionibus dictorum filiorum Thome et Donch filii Enok, Myko ac Johannis filiorum Nicolai nigri et Thome filii Johannis, statuant eidem domine Clare perpetuo possidendam, si per alios non fuerit contradictum, contradictores vero si qui alii fuerint, contra ipsam dominam ad nostram evocet presenciam, ad octavum diem octavarum diei Strennarum predictarum. Unde cum omnia premissa per vos fieri velimus, igitur vestre sinceritatis devocioni in virtute sancte obediencie auctoritate ordinaria qua fungimur precipientes mandamus, quatenus vos in octavis prenotatis diei Strennarum omnia premissa . . cum partibus premissis fideliter et conscienciose exsequi studeatis, et posthec omnium premissorum seriem . . rescribatis. Datum Agrie, quinto die octavarum festi beati Andree apostoli predictarum, anno domini Millesimo CCC^{mo} quinquagesimo secundo.

Papíron, zárlatán monorú pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban, a Máriássy cs. letéteményében.

395.

1352. Várad, dec. 12. I. Lajos király meghagyja a Veszprém vármegyei Somló várához tartozó falvak bíráinak és a jobbágyoknak, hogy miután az említett várat Csenik Jánostól elvette és Heym fiának Benedeknek adományozta, midőn tehát nevezett Benedek vagy ennek emberei Zudar Miklós királyi apróddal körükbe érkeznek, azoknak engedelmeskedjenek.

Lodovicus . . rex . . fidelibus suis universis villicis et iobagionibus ad castrum Somlo pertinentibus, salutem et graciam. Noveritis quod nos dictum castrum Somlo vocatum et in comitatu Vesprimiensi situm, a manibus Johannis filii Chenek auferentes, ipsum fideli nostro militi magistro Benedicto filio Heym cum omnibus suis iuribus et pertinenciis contulimus pro honore possidendum, mandantes universitatis vestre fidelitati firmiter per presentes, quatenus dictum Benedictum, filium Heym vel homines suos pro ipso, cum in medium vestri pervenerint, honorifice coram Nicolao dicto Zudar aule nostre iuveni ad hoc specialiter directo suscipiatis, sibi de singulis iuribus et proventibus vel hominibus suis pro ipso, fideliter providendo, et eidem in omnibus prout nobis obedienter famulando, secus in his sub obtentu nostre dileccionis et gracie non facturi. Datum Waradini, sub secreto nostro minori (így) quarta feria proxima post festum sancti Nicolai confessoris, anno domini M^mo^ CCC^mo^ L^mo^ secundo.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival: eredetije a N. Muzeum könyvtárában.

396.

1352. dec. 21. A budai káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy midőn Ladán Keszi és Arkulch nevü Fehér vármegyei, valamint a Duna mentén fekvő Ewren és Ech nevü birtokokba a király anyját beiktatni akarták, annak többen ellent mondottak.

. . Lodovico . . regi . . capitulum Budensis ecclesie . . Literas vestre celsitudinis . . recepimus in hec verba: Lodovi-

cus . . rex . . capitulo ecclesie Budensis . . cum nos universa iura reginalia temporibus impacatis in usus profanos indebite alienata, iuxta regni nostri consvetudinem legitima recaptivacione mediante manibus reginalibus de iure annectere velimus, . . fidelitati vestre . . mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem fide dignum, quo presente Laurencius filius Emirici vel Stephanus filius Jacobi de Tetun altero absente homo noster, ad facies possessionum ut fertur reginalium, Ladan Kezu et Arkulch in comitatu Albensi, nec non Ewren et Ech vocatarum iuxta fluvium Danubii existencium, que a reginali maiestate per earum nunc importune conservatores non de iure alienate fuisse referuntur . . accedendo, easdem nomine iurium reginalium . . reambulando recapiat, recaptivatasque . . eidem reginali maiestati nomine iuris eiusdem statuat perpetuo possidendas . . contradictores . . contra dominam reginam genitricem nostram carissimam in nostram citet presenciam . . post hec seriem premisse possessionarie recaptivacionis . . nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, in festo Concepcionis virginis gloriose, anno domini M^mo^ CCC^mo^ quinquagesimo secundo. Nos igitur . . cum predicto Laurencio de Thetun homine vestro, nostrum hominem . . Petrum socium et concanonicum nostrum . . pro testimonio duximus . . destinandum, qui demum . . retulerunt, quod ipsi quinta feria proxima post festum Concepcionis virginis gloriose preteritum, ad facies possessionum Egh et Arkulch vocatarum, in sexta feria sequenti ad facies possessionum Ladan et Kezu vocatarum, item sabbato similiter sequenti ad faciem possessionis Ewren vocate, vicinis et commetaneis earumdem legitime convocatis et presentibus accessissent, et ipsas per earum veras metas et antiquas reambulando et recaptivando, ac ab aliorum iuribus metali distinccione separando, cum eidem reginali maiestati nomine iuris eiusdem statuere voluissent easdem perpetuo possidendas, super possessionibus Egh et Arkulch vocatis Johannes sartor, item super possessione Ladan vocata Gabriel villicus in persona Johannis filii Herreh de Bala et Johannes filius Nicolai famulus magnifici viri Stephani bani in persona eiusdem domini sui, item super possessione Kezu Johannes filius Veytyh et Johannes filius Benete, item super possessione Ewren vocata magi-

ster Blasius socius et concanonicus noster in persona nost. et Albreht, non a reambulacione sed a statucione eidem dom regine facienda prohibuissent, et ipsi eisdem diebus et te minis predictos Johannem sartorem, filium Herreh de Bala. e Stephanum banum, item Johannem filium Veytyh, et Johan nem filium Benete, item Albreht, et nos capitulum, contra prenotatam dominam reginam ad presenciam vestre celsitudinis ad octavas Epiphaniarum domini proxime venturas citavissent, racionem contradiccionis eorum reddituros. Datum octavo die citacionis premisse, anno domini supradicto.

Papíron, zárlatán két pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. lt. kincst. oszt. Mon. Pos. 50. 9. dipl. oszt. 4322. Közli: Kovács N.

Név- és tárgymutató.

alisp. = alispán.
b. = birtok.
cnt = convent.
cs. = család.
f. = falu.
fly. = folyó.
főesp. = főesperes.
főisp. = főispán.
hn. = helynév.
kápt. = káptalan.
kly = király.
mv. = mezőváros.
nemz. = nemzetség.
o. sz. cs. = onnét származó család.
p. = puszta.
püsp. = püspök.
tn. = tulajdonnév.
vm. = vármegye.
vr = vár.
vs = város.

Aba nemz. 295. 340. 510. 548.
Aba tn. 207. 295. 323. 340. 446. 505.
Abád f. Heves vm. 240.
Abauj vm. fő- és alisp. 112. 132. 173. 310. 441. 598. 622.
Abbly tn. 503.
Abel tn. 136.
Abych tn. 361.
Abolmai cs. 599.
Abraam tn. 105. 106.
Abram b. Bihar vm. 16.
Abrani cs. 207.
Achel, Acyl tn. 95. 97. 428.
Achyntus tn. 97.
Achton b. 594.
Acsa f. Nógrád vm. 125.
Adrián tn. 180.
Adumprich tn. 489.
Agarchi cs. 154.
Agaserdő 413.
Agostyán (Abustian) f. Komárom vm. 290.
Agouchi cs. 512.
Ajka f. Veszprém vm. 101. 508.
Aynard, Eynard tn. 188. 189. 275. 383.
Ajtónállók klyiak 35. 217. 563. 593.
Akos, Akus tn. 135. 384.
Aladár tn. 44.
Albreht tn. 634.
Alistál f. Pozsony vm. 99.
Almakereki cs. 329.
Almás fly. Erdélyorsz. 403.
Almás-Szentgyörgy f. Bács vármegye 359.
Alpári cs. 165.
Anchw tn. 460.
Andich, Andych tn. 152. 317. 416. 418.
Anglis tn. 505.
Anitha tn. 616.
Annus tn. 405. 573. 602.
Apulia 169.
Anthus tn. 222.
Apácza-Vásárhely, l. Somló-Vásárhely.
Apagy f. Szabolcs vm. 47.
Apaj b. Pozsony vm. 376.
Apátfája b. Bihar vm. 49.
Apáthi f. Szatmár vm. 151.
Apáthi p. Gömör vm. 441. 453.
Apáthtó Szabolcs vm. 48.
Apor tn. 144. 326. 499.
Arach b. Zemplén vm. 401.
Aranhasow b. Temes vm. 276.
Aranyas tn. 517.
Aranyas vr. 338.
Aranybulla 604.

Aranykut erdő 413.
Arkulch b. Fehér vm. 633.
Arnolch b. 327.
Arnold tn. 286. 313. 324.
Arokközi cs. 435. 486.
Aroktelek b. Bihar vm. 50.
Aronszentmiklós 137. 139.
Arrus tn. 539.
Arwa tn. 568.
Aszó b. Gömör vm. 246. 252.
Atád f. Somogy vm. 368.
Atagyarmata b. Hont vm. 300.
Athan b. Heves vm. 63.
Athaveleze, Athavereze b. Borsod vm. 246. 252.
Athochycha, Othochycho fly. Vas vm. 110. 111. 212.
Atya b. Bereg vm. 151.
Avignon vs. 164.
Azar f. Zemplén vm. 615.
Azaryas b. Baranya vm. 220.
Azlar, Ozlar b. 266. 267.
Azzyagh, Ozyvogh b. Somogy vm. 263. 328.

Baasi cs. 98.
Bába p. Heves vm. 305.
Babai cs. 122.
Babarety b. Szepes vm. 624.
Babócsai apát 240.
Babus, Bobos tn. 127. 289.
Bachanad b. Heves vm. 98. 151. 154. 242.
Bachy tn. 47.
Bachuni cs. 626.
Bács vs. 517.
Bács vm. főisp. 594.
Bácsi főesp. 166.
Bácsi kápt. 41. 67. 90. 116. 164.
Baduki cs. 183.
Bagos f. Bihar vm. 108. 109.
Bagos f. Szatmár vm. 264.
Bagos tn. 252.
Báhony f. Pozsony vm. 39.
Bajka f. Bars vm. 350.
Bajmócz vr. 568.
Baykos tn. 572.
Bajna f. Esztergom vm. 605.
Bajom f. és o. sz. cs. Bihar vm. 515.
Bak tn. 555.
Bakabánya vs. 567.
Bakonyi fő- és alisp. 2. 532.
Bakou, Bakov tn. 502. 561.
Baksa f. Abauj vm. 558.
Balai cs. 633.
Balakor tn. 260.
Balase, Balasey tn. 67. 87. 106.
Balásfalva, Erdély, Fehér vm. 426.
Balásfalva Gömör vm. 542.
Balassa-Gyarmat mv. 300. 499. 501.
Balchyd b. Erdélyorsz. 329.
Balkány f. és o. sz. cs. Szabolcs vm. 3.
Balogd b. Somogy vm. 292.
Balogh, Bolugh tn. 26. 29. 45.
Balozsaj f. Vas vm. 415.
Bálványos vr. 137.
Bana tn. 280.
Banai cs. 597.
Band tn. 285.
Bank p. Bihar vm. 552.
Banka tn. 403.
Banki nemesek Szabolcs vm. 607.
Banoch, Banuch tn. 104. 478.
Bánócz f. Zemplén vm. 278.
Baracska f. és o. sz. cs. Bars vm. 568.
Baransag hegy 260.
Baranya vm. fő- és alisp. 62. 87. 509. 594.
Baranyai főesp. 68.
Barathkazelo hn. 527.
Barca, Barcha tn. 349. 469. 478.
Bárcza f. és o. sz. cs. Abauj vm. 349. 627. 628. 629.
Barlagi cs. 2.
Barlius tn. 505.
Barnolch tn. 247.
Barrabasi cs. 113.
Bars mv. 103. 207. 503.
Bars vm. fő- és alisp. 204. 274. 339.
Bartha tn. 519.
Barthaleus tn. 610.
Baruch tn. 85.
Báth mv. Hont vm. 567.
Bathnycha mocsár Szepes vm. 325.
Báthor f. Szatmár vm. 19.
Báthori cs. 273. 394. 495. 501. 532.
Bathou, Bathow, Bothou tn. 33. 374.
Bathyani cs. 46.
Batiz tn. 437. 587.
Batur tn. 298.
Baxa tn. 314.
Bazin vs. 40.
Bebeg, Bebek, Bubek tn. 4. 63. 384. 448. 468. 478. 493. 587.
Bechen b. Baranya vm. 289.
Becsei cs. 409.
Becskei cs. 221.
Bede, Bedey tn. 112. 150. 216. 219. 331. 368. 464. 489. 527.
Beder, Bedur tn. 10. 488. 597.
Bednya fly. 326.
Beel hn. 394.

éli cs. 122. 620.
. 257.
p. Bihar vm. 424.
n. 350.
. 547.
.n. 355.
egyer f. Pilis vm. 151. 410.
Pozsony vm. 106. 418.
. 4. 24. 35. 74. 85. 93. 113.
172. 173. 181. 214. 280. 379.
403. 404. 412. 416. 471. 496.
586. 618.
Buky b. Sáros vm. 510.
606.
y. 4. 65. 67. 93. 165. 228.
468.
egy 139.
n. 346.
mesek Pozsony vm. 115.
ő b. Bihar vm. 151.
a b. 110.
k b. Zemplén vm. 279.
b. 127.
nch tn. 434.
. Heves vm. 365.
. 146. 351.
gh tn. 366.
tn. 633. 634.
n. 210. 267.
a hn. 247.
m. fő- és alisp. 275. 293.
zász mv. 294.
nesi cs. 412.
ó b. Temes vm. 276.
n, Beremus b. Baranya vm.
80.
b. Békés vm. 127.
ei cs. 190.
h vr. 44.
tn. 124.
cs. 41. 74. 219. 220.
lmi cs. 427.
f. Zemplén vm. 278.
tn. 257.
i cs. 457.
i cs. 589.
tn. 368.
di szerzetesek. 386.
b. Zemplén vm. 278.
ntelek b. Zemplén vm. 278.
ti cs. 553.
e vr. 587.
tn. 256.
ő b. Küküllő vm. 297.
ői cs. 490.
ők 87. 214. 294. 538.
Besenyőtelek b. Heves vm. 154.241.
Bethlen tn. 282. 296.
Bethlenfalva 35.
Betlentekeye b. Szolnok vm. 127.
Bend tn. 1.
Bendmonostor Szabolcs vm. 19.
Bezedi cs. 122.
Bezermen b. 289. 411.
Bezterch b. Somogy vm. 263.
Bezthur b. Baranya vm. 280.
Bicske f. Pest vm. 127.
Bygech b. Szabolcs vm. 619.
Bihar vr. 290.
Bykul b. 605.
Bykus b. Zemplén vm. 279.
Biri f. és o. sz. cs. Szabolcs vm. 263.
Biste f. Abauj vm. 421.
Bistre, Biztre fly. Sáros vm. 30. 55.
Bisztrekezi b. Sáros vm. 54.
Bytva fly. Veszprém vm. 101.
Blinai kerület 409.
Bochi nemesek 214.
Bochk tn. 153.
Bod tn. 105.
Bodog, Bodug tn. 366. 571.
Bodoló b. Abauj vm. 265.
Bodolya f. Baranya vm. 87. 89.
Bodolófölde b. Komárom vm. 290.
Bodolou tn. 301.
Bodow tn. 150.
Bodrog fly. 30.
Bodroghi cs. 418.
Bodun tn. 295. 478.
Boduni cs. 146.
Bodwan b. 605.
Bogdan tn. 435.
Bogdáni nemes 41.
Bogdány f. Abauj vm. 520.
Bogdány f. és o. sz. cs. Szabolcs vm. 46. 48.
Bogdányi cs. 71. 74.
Bogus tn. 245.
Boya tn. 275.
Bok tn. 566.
Bolk b. Borsod vm. 304.
Bolta tn. 180.
Bologdi cs. 110. 212.
Boly f. és o. sz. cs. Baranya vm. 74. 280.
Bolyan tn. 122.
Bolyar tn. 182.
Bonch tn. 27. 457.
Boog b. Szabolcs vm. 151.
Boos b. Zemplén vm. 279. 541.
Booth, Both tn. 137. 150. 178. 503. 561.
Bord tn. 427.

Borjád f. és o. sz. cs. Baranya vm. 167.
Bork tn. 313.
Borosjenő f. Pilis vm. 527.
Borostyánkő f. Pozsony vm. 505.
Bors tn. 447. 611.
Borsa f. és o. sz. cs. Pozsony vm. 573.
Borsodi főesp. 29. 36. 52. 185. 253. 279. 282. 294. 296. 382. 395. 566. 402.
Borsvai főesp. 29. 52. 253. 279. 566.
Bosafalva Szepes vm. 349.
Bossán f. Nyitra vm. 251.
Bosznia 577.
Boszniai káptalan 143. 352. 358. 544. 571.
Boszniai püsp. 134. 344. 593.
Bothan tn. 310.
Bothani cs. 238.
Bothon tn. 33. 83.
Botyan b. Bereg vm. 294.
Box tn. 490.
Boxa nemz. 513.
Bozovech fly. 531.
Bozsoki prépost 161. 551.
Bozzai f. és o. sz. cs. Vas vm. 591.
Bozzásér és telek 100.
Bő f. Heves vm. 304.
Bőd f. és o. sz. cs. Abauj vm. 310.
Bracha b. Somogy vm. 240.
Brassó vs. és o. sz. cs. 403. 550.
Bratizlou tn. 390.
Breznichei cs. 268.
Brezrovicha f. 284.
Breztovchi cs. 392.
Bribeli cs. 431.
Brogyan (Baragian) f. és o. sz. cs. Bars vm. 568.
Buda vr. és vs. 152. 206. 387. 407. 408. 410. 416. 459. 477. 560. 563. 613.
Buda vs. mint kelet-hely 3. 4. 5. 19. 20. 24. 32. 34. 35. 37. 62. 63. 87. 92. 97. 98. 104. 105. 123. 130. 132. 137. 142. 143. 147. 148. 154. 156. 160. 163. 167. 171. 173. 195. 204. 206. 218. 221. 223. 235. 236. 239. 240—242. 248—250. 262. 270. 271. 275. 283. 287. 289. 299. 313. 325. 328. 332. 338. 341. 343. 358. 367—369. 375. 383. 385. 386. 388. 395. 404. 415. 417. 420. 423. 430. 432. 453. 457. 458. 465. 466. 480. 481. 493. 495. 497. 500. 504. 506. 508. 512. 516. 524. 534. 535. 537. 538. 543. 546. 548. 550. 551. 554. 565. 567. 572. 575. 578. 583. 586. 589. 596. 598. 600. 617. 621. 626. 633.
Budafelhévízi cnt. 124. 169.
Budai kápt. és tagjai 37. 98. 99. 104. 125. 151. 188. 221. 245. 291. 292. 305. 309. 332. 351. 393. 405. 408. 410. 425. 455. 460. 462. 527. 534. 536. 546. 557. 613. 617. 632.
Budim tn. 288.
Budmonostor 266.
Budur tn. 157. 290.
Budurfölde Vas vm. 415.
Buhtehege hn. Szepes vm. 322.
Buyi cs. 304.
Bukbasi cs. 523.
Buken, Bukun tn. 180. 181. 394. 418.
Bulchi cs. 191. 417. 541. 542. 579. 603.
Bulchowi cs. 113.
Bura b. Heves 151.
Burga tn. 562.
Burgarthi cs. 562.
Bursi kolostor 523.
Buthus, Butus tn. 183. 436.
Butkai cs. 523.
Buza f. Erdély 562.
Buziás bércz 179.

Calmer tn. 526.
Cancellárok 133. 593.
Cantor tn. 256. 332.
Capaliai cs. 455.
Cardinálok 307.
Carthausi szerzet 528.
Celen tn. 26.
Cermok tn. 254.
Chakan tn. 346.
Chala tn. 431.
Chalka b. 327.
Chamahegy Vas vm. 157.
Chamaz tn. 320.
Chank tn. 585.
Chanouchi cs. 356.
Chanuk b. Pozsony vm. 39.
Chapa b. 544.
Charzeley hn. 390.
Chatus tn. 184.
Chaty cs. 337.
Chazar tn. 509.
Chazlou hn. 531. 570.
Chegze b. Szatmár vm. 17.
Cheh tn. 562.
Chehi b. Kraszna vm. 533.
Cheke tn. 460.
Chel tn. 332. 338. 522.
Chele, Cheley tn. 57. 131.

Chelen tn. 271. 442. 467. 504.
Chelnuki cs. 191.
Chenek, Chenyg tn. 102. 155. 632.
Chepan tn. 208. 297. 408. 409.
Chepani cs. 376.
Chepleni cs. 209.
Chetelek b. Bihar vm. 425.
Chethei cs. 228.
Chyde tn. 408.
Chyki cs. 146.
Chynige, Cynege tn. 79. 304. 440. 453.
Chyre tn. 388.
Chyrke tn. 599.
Cholch b. Bihar vm. 424.
Cholloui cs. 301.
Chongwa b. Erdély Fehér vm. 428.
Chonk tn. 460.
Chorba tn. 354.
Choufalvai cs. 301.
Chubi cs. 122.
Chugul, Chugur tn. 390.
Chukmai cs. Baranya vm. 355.
Chuma, Chuna tn. 152. 376. 557.
Churde tn. 528.
Chure tn. 503.
Cybes tn. 547.
Cifer f. Pozsony vm. 626.
Cihai cs. 546.
Cyke b. 139.
Cykus hn. 413.
Cysar tn. 586.
Cont tn. 354.
Conya tn. 369.
Corard tn. 22. 167. 180. 324. 437. 619.
Corpaz tn. 83.
Coza tn. 359.
Csáb f. Hont vm. 431.
Csaba f. Pilis vm. 194.
Csaba f. Somogy vm. 26.
Csaba tn. 88.
Csabai cs. 44.
Csaholy p. és o. sz. cs. Szatmár vm. 195. 580.
Csák Máté 340.
Csák tn. 583. 605.
Csákán f. Vas vm. 415.
Csákányi cs. 551.
Csallóköz, 6. 125. 301. 416. 418.
Csanád tn. 29. 96. 133. 149. 243. 253. 271. 279. 325. 394. 474.
Csanádi kápt. 275. 593.
Csanádi püsp. 134. 344. 593.
Csanálos f. Zemplén vm. 602.
Csandal p. Pozsony vm. 9.
sány f. Baranya vm. 43. 77.
Csapi cs. 512.
Csaroda f. és o. sz. cs. Bereg vm. 113.
Császári f. és o. sz. cs. Szatmár vm. 500.
Császártelki cs. 137.
Csatár b. Bihar vm. 290.
Csavaj f. Abauj vm. 268.
Csázmai káptalan 346. 492. 499. 597. 616.
Csehi b. Szabolcs vm. 619.
Csehország 590.
Csejte vr. 44.
Cseklész f. és o. sz. cs. Pozsony vm. 105. 418.
Csclej f. és o. sz. cs. Zempl. vm. 278.
Cserenközi cs 131.
Csetnek mv. és o. sz. cs. Gömör vm. 35. 221. 223. 272. 283. 384. 468. 519. 524. 587.
Csév f. és o. sz. cs. Esztergom vm. 465. 551.
Csicser f. és o. sz. cs. Ungh vm. 298. 299. 320.
Csicsva p. Zemplén vm. 30.
Csiz f. Gömör vm. 27.
Csői cs. 254.
Csókakői vr. 356.
Csolnok f. Esztergom vm. 465.
Csoltó f. és o. sz. cs. Gömör vm. 85.
Csongrád vm. főisp. 504. 507.
Csökmö f. Bihar vm. 151.
Csősztelek b. Bihar vm. 423.
Csukárfalva Pozsony vm. 40.
Csuklász f. és. o. sz. cs. Trencsén vm. 572.
Csúza f. és o. sz. cs. Baranya vm. 87.
Cupez b. Gömör vm. 84.

Dada b. és o. sz. cs. Somogy vm. 73.
Dada f. Szabolcs vm. 24.
Dáka f. Veszprém vm. 508.
Dalmad f. Hont vm. 286.
Dalyai cs. 426.
Damasa tn. 471.
Damian tn. 371.
Danch tn. 450.
Danus tn. 323. 398.
Danuskuth hn. 323.
Darabos tn. 277.
Darahi cs. 583.
Darnoupatak Zemplén vm. 161.
Darnyó b. Zemplén vm. 161.
Debey hn. 389.
Debrecheni cs. 96. 351.
Debreczen vs. 40.
Debrete b. Nyitra vm. 274.

Decul tn. 616.
Deelleni cs. 298.
Delnei cs. 630.
Delnemelléke 56.
Deme tn. 31.
Demjén b. Hont vm. 211.
Denk tn. 31. 54. 307. 352. 358. 546.
Deresk f. Gömör vm. 555.
Dereske f. Veszprém vm. 101.
Ders f. Szatmár vm. 256.
Ders tn. 220. 252. 509.
Derzsenye f. Hont vm. 567.
Deseu, Desew tn. 80. 98. 144. 171. 201. 219. 220. 226. 240. 246. 252. 272. 275. 285. 374. 381. 404. 425. 430. 441. 454. 455. 466. 468. 489. 565. 579. 580. 590. 626.
Detre tn. 322. 387. 458. 460. 464. 465. 548.
Déva vr. 178. 181. 182. 338.
Devecser b. Doboka vm. 134.
Devecser zurduka hn. 89.
Dévén vr. 505.
Dezsér f. és o. sz. cs. Trencsén vm. 571.
Dyak tn. 628.
Dyankfalva 147.
Diche b. Szaboles vm. 52.
Dienesd f. Pozsony vm. 303.
Diósgyőr vr. 418.
Diószeg mv. Bihar vm. 619.
Divanfalva, Valkó vm. 144.
Divény f. Borsod vm. 304.
Divék nemz. és b. Nyitra vm. 250.
Dywch b. Nyitra vm. 340.
Dob f. és o. sz. cs. Szaboles vm. 22. 24. 619.
Dobaz tn. 525.
Dobey cs. 404.
Dobokai cs. 67. 178. 404.
Dobos f. Szatmár vm. 46.
Dobou tn. 55. 585.
Dobozi cs. 556.
Dobra f. és. o. sz. cs. Zemplén vm. 314.
Dobzegh tn. 251.
Dok tn. 119.
Dolina f. és o. sz. cs. Szepes vm. 259.
Domahida f. és o. sz. cs. Szatmár vm. 264. 500.
Dombó f. Pozsony vm. 38.
Donaizi kerület 529.
Donch tn. 105. 148. 173. 282. 296. 338. 396. 439. 510. 553. 629.
Donisinazechi cs. 126.
Dorno fly. Zemplén vm. 162.
Dorog, Durug b. 554. 555.
Dorogh tn. 22.
Dorugma f. Borsod vm. 21. 208.
Dorudh tn. 92.
Dózsa tn. 3. 22. 49. 619.
Dömölki cnt. 96. 113. 172. 612.
Draassa tn. 390.
Draganwelgh hn. 530.
Dragislov tn. 375.
Drauchi keresztesek 283.
Dráva fly. 220. 263. 280. 557. 599. 618.
Drenova hegy Bars vm. 570.
Drugeth tn. 67. 228. 241.
Dubynna b. Sáros vm. 542.
Dublafew, Dubnafew b. 218.
Dubra b. Sáros vm. 320.
Dudvág fly. 148.
Duna fly. 302. 633.
Duruzlo tn. 415.

Ebeczk f. és o. sz. cs. Hont. vm. 497.
Eberhard tn. 504.
Ebes fly. Baranya vm. 281.
Ebrys b. 599.
Ech, Egh b. 633.
Echard, Ekard tn. 170. 350.
Ecsed f. Szatmár vm. 273.
Ector, Ictor, tn. 98. 102. 131. 154. 494. 508. 515.
Edelini cs. 463.
Eech b. Szolnok vm. 127.
Egegh f. Hont vm. 286.
Eger fly. 202. 303. 306.
Eger patak Szatmár vm. 584.
Eger vs. 37. 283. 296. 297. 434. 456. 513. 631.
Egerszeg f. Vas vm. 612.
Egervár és o. sz. cs. Vas vm. 435.
Egri cs. 200.
Egri kápt. 20. 22. 26. 46. 80. 92. 119. 153. 159. 166. 207. 225. 242. 252. 263. 272. 278. 294. 304. 307. 334. 381. 384. 394. 399. 419. 432. 440. 455. 481. 483. 485. 493. 505. 512. 513. 565. 573. 578. 579. 587. 602. 610. 614. 620. 627.
Egri püsp. 29. 36. 52. 118. 134. 185. 253. 279. 282. 294. 296. 344. 395. 402. 432. 455. 474. 512. 532. 566. 573. 593. 627.
Eykes, Ekus tn. 408. 511.
Eynard tn. 104.
Elefánti cs. 376. 626.
Elek, Elekus tn. 131. 561. 565.
Elena, Ilona tn. 222. 259. 294. 405. 512. 525. 556. 573. 607.

Elley, Elleus tn. 135. 202. 422. 486. 530.
Előmál hn. 461.
Emuch tn. 137.
Encsencs f. Szatmár vm. 17.
Endre kly. 81. 83. 604.
Endre klyi herczeg 33. 339. 414. 453.
Endréd f. és o. sz. cs. Bars vm. 423.
Endréd b. Vas vm. 157.
Enidi cs. 626.
Enok tn. 173. 628.
Enyiczke f. Abauj vm. 185. 186. 433.
Eör b. Szatmár vm. 151.
Eperjes vs. 396.
Erdélyország 474. 477.
Erdélyi kápt. 136. 178. 297. 326. 329. 411. 426—428. 439. 521. 603.
Erdélyi püspök 134. 180. 337. 344.
Erdélyi vajda 31. 96. 97. 134. 136. 155. 178. 181. 186. 195. 241. 340. 344. 374. 411. 426—428. 450. 466. 474. 493. 521. 532. 549. 561. 593. 603. 605. 621.
Erdélyi alvajda 141. 297. 326. 521. 561.
Erdőd b. Szabolcs vm. 607.
Erdőteleki cs. 64. 98. 154.
Erky cs. 265.
Eruswr nemz. 20.
Erzsébet klyné 81. 133. 142. 161. 172. 207. 283. 286. 307. 309. 316. 344. 367. 463. 527.
Eszeni cs. 294. 512.
Esztergom vs. 149. 150. 244. 326. 542. 602.
Esztergomi apáczák 149.
Esztergomi cnt. 169. 605.
Esztergomi érsek 29. 52. 96. 133. 149. 243. 253. 271. 279. 307. 325. 344. 474. 525. 532. 555. 593. 604.
Esztergomi kápt. és prépostok 6. 166. 168. 252. 256. 257. 350. 352. 365. 366. 385. 422. 447. 485. 525. 550. 555. 587.
Étekfogók klyiak 134. 593.
Ethe f. és o. sz. cs. Komárom vm. 237.
Ethy nemesek Pozsony vm. 162.
Euche tn. 385.
Eulse b. Gömör vm. 79.
Eurholm b. Erdélyorsz. 562.
Ewren b. 633.
Eusy cs. 481.
Euze b. Szabolcs vm. 48.
Ezdencz b. 533.
Ezek b. 544.
Fabus tn. 410.
Fáj f. és o. sz. cs. Abauj vm. 628.
Fayzreu hn. 421.
Fakasuy tn. 389.
Fanch tn. 219.
Fanchaltelki b. Heves vm. 454.
Fancsal f. Abauj vm. 92.
Fancsika f. Bihar vm. 49. 552.
Fás p. Békés vm. 362.
Fejer, Feyer tn. 326. 573.
Feyerem b. 363.
Feyerthou hn 600.
Fejérvári kápt. és tagjai 41. 67. 133. 214. 343. 541. 542. 559. 563. 613.
Feketeerdő Abauj vm. 515. Nyitra vm. 250.
Fekete telek 102.
Feketheu tn. 224.
Felbarcha b. 627.
Felfalu Bars vm. 569.
Felician (Zach) 33.
Felhévvizi cs. 246.
Felkendi b. Sáros vm. 466.
Felsynk b. Zemplén vm. 400. 482. 483. 485.
Fenew erdő 38.
Feudruch. Feuldrich. Feuldrik. Fuldruch tn. 132. 159. 416. 586.
Feuldura tn. 146. 165.
Felzeuleusi cs. 594.
Fyach. Fyas tn. 529. 531.
Fiad b. Szabolcs vm. 48.
Figei cs. 476.
File b. Szolnok vm. 466.
Finke f. és o. sz. cs. Borsod vm. 122.
Fys b. 362.
Fytus tn. 106.
Fyuri cs. Gömör vm. 442.
Fyzeri tn. 615.
Fizkuthi cs. 318.
Fogach b. és o. sz. cs. Heves vm. 98. 154. 221.
Fogach tn. 98. 154.
Fogyas tn. 177.
Fony f. és o. sz. cs. Abauj vm. 542.
Forgach tn. 587.
Forró mv. és o. sz. cs. Abauj vm. 112. 113. 310.
Födémes f. és o. sz. cs. Hont vm. 300. 312. 364.
Földfalu Pozsony vm. 626.
Frachai cs. 180.
Franchyk tn. 512.
Frank tn. 30.
Frychko tn. 198.

Fudur tn. 521.
Fuenes b. Baranya vm. 355.
Fuenes patak Vas vm. 592.
Fülöp p. Szaboles vm. 266.
Futaki cs. 359.
Füzér vr. 420.

Gaab tn. 478.
Gabrian tn. 420.
Gachalk b. Gömör vm. 272.
Galambócz vr. 97.
Galdi cs. 180. 603.
Galgócz mv. 340.
Galpuna b. Erdélyorsz. 403.
Garai cs 599.
Garam fly. 257.
Garam-szent-benedeki cnt. és apát 1. 150. 169. 206. 312. 350. 396. 571. 595. 611.
Garatus hn. 29.
Garbolch b. Sáros vm. 542.
Garduan tn. 454.
Gargow b. Szepes vm. 586.
Gazuk hn. Heves vm. 454.
Gechei cs. 172.
Gechi cs. 2.
Gecseny (Kechen) f. Vas vm. 155.
Gedey, Gedeui, Geduí cs. 252. 272. 381.
Gege, Gegus tn. 146. 329.
Geguzthon tn. 330.
Gelényes b. 113. 195.
Gelesi cs. 333.
Gely b. Vas vm. 158.
Gelet, Gyelet, Gylet tn. 144. 153. 204. 205. 305. 367. 474. 532. 568.
Gemched b. 172.
Gench b. és o. sz. cs. 137. 138.
Genes f. Gömör vm. 272.
Genda b. Heves vm. 382.
Genge tn. 132.
Génye f. Bars vm. 300.
Geralthfalva 234.
Gerard tn. 126.
Gerech b. Baranya vm. 167.
Gerek tn. 529.
Gereliei cs. 35.
Gerend (Gyres) hn. 51. 52.
Gerenen tn. 382.
Gereu tn. 404.
Gergeltelek b. Abauj vm. 558.
Gerges tn. 267.
Gerinchi cs. 403.
Gerky b. Abauj vm. 510.
Gerla p. és o. sz. cs. Békés vm. 361.
Gernez b. Szatmár vm. 151. 364.
Gerse f. Vas vm. 564.
Geschei cs. 173.
Gesztely f. és o. sz. cs. Zemplén vm. 602.
Geur nemz. 457.
Gezth b. és o. sz. cs. Pozsony vm. 538.
Geztui cs. 379.
Gibárti cs. 228.
Gigei, Gwgei cs. 200. 201.
Gnoynich b. Pozsega vm. 616.
Goblin tn. 259.
Goluh tn. 258.
Gomba f. Pozsony vm. 416.
Goor tn. 382.
Gorbolch b. Szatmár vm. 202.
Gorbonoki cs. 618.
Gorichai cs. 62.
Gothard tn. 254. 484.
Gothardfölde Vas vm. 415.
Góti cs. 119.
Gödör p. és o. sz. cs. Bars vm. 423.
Gömör mv. 45. 92. 441. 445. 526. 557. 587.
Gömör vm. fő- és alisp. 26. 45. 442. 504.
Gömöri esperes 526. 555.
Görgei (Gargoi) cs. 324.
Görgeteg f. és o. sz. cs. Pozsony vm. 216.
Graduchi cs. 375.
Gughzeley hn. 357.
Guidó tn. 307. 325.
Guillermus tn. 170.
Gulach b. Vas vm 95.
Gulach tn. 96.
Gumulch b. Pozsony vm. 100.
Gunchil b. Baranya vm. 437.
Gurdanch hn. Baranya vm. 437.
Guthundorf tn. 187.
Gutkeled nemz. 16.
Gwke tn. 25.
Gwrbey b. 515.
Gyaktelek b. 521.
Gyanch tn. 536.
Gyanda p. és o. sz. cs. Szolnok vm. 234. 312.
Gyanfalva b. Valkó vm. 146.
Gyapul, Gyopul tn. 399. 481. 483. 485.
Gyarmanus tn. 592.
Gyarmath (Balassa) vs. 210.
Gyeke tn. 601.
Gyelekewch b. Körös vm. 205.
yeptelek hn. 99.
Gyldaz b Veszprém. vm. 508.
Gyog b. és o. sz. cs. Somogy vm. 24. 71. 343.

503.
. 266.
vs. 365. 384.
melléki főesp. 406.
4. 237. 536.
főisp. 532.
és o. sz. cs. Bars vm.
.
n 517.
53. 168.
. 6. 44. 238. 330. 369.
. 418.
). 134. 344. 406. 593.
Ieves vm. 90.
80.
) o. sz. cs. Abauj vm. 510.
a tn. 20. 261. 355. 403.
vár 330.
b. Abauj vm. 559.
k b. 178.
403.
Gyurgfalva Erdélyorsz.

Szabolcs vm. 151.
: b. Kraszna vm. 533.
331.

. 375.
l hn. 28.
ihar vm. 50.
lyek 148. 280. 600.
Abauj vm. 559.
zverők és oklevél-készi-
98. 605.
. 64. 259. 321. 387. 456.
.
a Sáros vm. 55. 342.
: o. sz. cs. Gömör vm. 85.
.
és o. sz. cs. Békés vm.
boles vm. 552.
Baranya vm. 41. 67.
és o. sz. cs. Gömör vm.
453.
Gömör vm. 246. 252.
. 553.
Doboka vm. 539.
Erdélyorsz. 181.
. 221. 223.
át. és prépost 131. 233.

l 439.
291.
571.
22. 632.
112.

Helmecz mv. és o. sz. cs. Zemplén vm. 359. 614.
Helsenneer tn. 577.
Henche b. Baranya vm. 281.
Henchel tn. 503.
Henczmann tn. 586.
Hennygpataka, Szepes vm. 322.
Henning tn. 330.
Heranth tn. 406.
Herbord tn. 131. 210. 313. 426. 439. 529. 603.
Hercheg tn. 85.
Herd b. Fehér vm. 374.
Herke tn. 396. 433.
Hermani cs. 546.
Hernad fly. 558. 579.
Hernad Németi f. és o. sz. cs. Zemplén vm. 602.
Herpenye fly Vas vm. 415.
Herreh tn. 633.
Hertel tn. 80.
Hetyei cs. 601.
Heves vm. fő- és alisp. 4. 63. 305. 454.
Héviz f. és o. sz. cs. Pilis vm. 246. 557.
Hidegvizi cs. 427.
Hidvég f. Abauj vm. 537. Baranya vm. 42. 77. Borsod vm. 118. Hont vm. 211. 369. 464. 501. 567. Kraszna vm. 533. Vas vm. 488.
Hymdi cs. 206.
Hyntus patak Erdélyorsz. 562.
Hird f. és o. sz. cs. Baranya vm. 72. 560.
Hiries f. Baranya vm. 67.
Honor tn. 73.
Hont vm. fő és alisp. 210. 368. 464. 566.
Honth, Hunth tn. 273. 513.
Hoporty f. és o. sz. cs. Zemplén vm. 602.
Horai cs. 391.
Hornyán f. és o. sz. cs. Trencsén vm. 572.
Horth f. és o. sz. cs. Pest és Szolnok vm. 127. Szabolcs vm. 109.
Horváth tn. 182. 258.
Horváthországi bánok 134. 217. 450. 463. 474. 593. 618.
Horváti cs. Valkó vm. 517.
Hosechmo hegy Bars vm. 570.
Hosszuaszó f. Bihar vm. 290.
Hosszumező f. és o. sz. cs. Zemplén vm. 400. 481. 483. 512.
Hotesovi cs. 493.
Hotházi cs. 547.

Hrusso vr. 19. 568. 595.
Hudus patak 202.
Huech b. Pozsony vm. 302.

Ibrony f. Szabolcs vm. 47.
Ictor l. Ector.
Ida mv. és o. sz. cs. Abauj vm. 204. 396.
Igal f. és o. sz. cs. Somogy vm. 224.
Igar b. és o. sz. cs. 214.
Igriczi f. Borsod vm. 455.
Iklod b. és o. sz. cs. Erdélyorsz. 178. 181. 404. 439.
Ildebrand tn. 325.
Ilerk (Ylerk) tn. 112.
Ilkai cs. 405.
Illa b. Szatmár vm. 17.
Ilsva b. Abauj vm. 268.
Ipoch tn. 214.
Ipolyság mv. Hont vm. 501.
Irugdi cs. 359.
Isaak tn. 441. 478. 623.
Isyp tn. 115. 292. 609.
Iskolth fly. Baranya vm. 281.
István bán 578. 633.
V. István kly. 65.
István kir. herczeg 332. 368. 386. 387. 394. 399. 403. 466. 548. 553. 575. 577.
Istvánházi nemesek Pozsony vm. 99.
Itélő-mesterek 372. 450. 459. 493.
Ivachyn tn. 80. 489.
Ivahunfelde, Ivánfelde b. Vas vm. 490.
Iván b. Sáros vm. 510.
Ivanch tn. 98.
Ivánka tn. 7. 103. 136. 186. 251. 307. 331. 512. 520. 552. 561.
Iványus tn. 330.
Ivanusavasa hn. 82.
Iwegych b. és o. sz. cs. Erd.orsz. 297.
Izath tn. 350.
Izdege b. Nyitra vm. 175.
Izdenczi cs. 346.
Izsép f. és o. sz. cs. 228. 278. 400. 482. 483. 485.

Jaco, Jakou tn. 300. 312. 364.
Jadra vs. 133.
Jadrai érs. 134. 344.
Jagnedowch f. 530.
Jagodna b. Baranya vm. 352. 358.
Ják f. Vas vm. 592.
Jakch tn. 137. 552.
Jákmonostor 612.
Jánok b. és o. sz. cs. Pozsony vm. 5.
Jánosi f. Gömör vm. 84.
Jarai cs. 141. 457.
Jarovelg hn. 40.
Jászai cnt. és prépost 53. 79. 122. 284. 445. 456. 516. 520. 523. 558. 579.
Jászóvár 55. 515.
Jávorhegy Sáros vm. 56.
Javornik forrás Bars vm. 571.
Jazor, Jazormegy b. Szepes vm. 322. 323. 457.
Jegerdorf 64.
Jegyzők klyiak 97. 218. 223. 234. 241. 305. 312. 343. 350. 352. 358. 415. 499. 507. 597. 616.
Jeklin tn. 540. 557.
Jenői cs. 191.
Jenőtelek b. 98.
Jenslin tn. 504.
Jepi cs. 349.
Jernnyei cs. 507.
Jerusalemi kly. 33.
Jezeri cs. 210.
Joan tn. 420.
Job tn. 166. 298. 299. 320.
Jobagy tn. 538.
Jobbágyi p. Heves vm. 549.
Jolsva mv. Gömör vm. 468.
Jordan tn. 586.
Jouka tn. 250.
Juuan tn. 611.

Kaali cs. 240.
Kabalak hn. 421.
Kács f. Borsod vm. 21. 208.
Kaianthó b. Kolos vm. 31.
Kayol tn. 520.
Kairand b. Bodrog vm. 30.
Kakas, Kokas, Kokos tn. 169. 170. 234. 528. 554.
Kakonya p. Somogy vm. 283. 292. 328.
Kalanda b. Temes vm. 319.
Kalandai cs. 474. 554.
Kalandosok 243.
Káld f. és o. sz. cs. Vas vm. 95. 110. 158.
Kálló b. és o. sz. cs. Szabolcs vm. 3. 51. 266. 552.
Kálmán kly. 530.
Kalmer tn. 435. 526.
Kalocsai érs. 29. 52. 53. 133. 165. 253. 279. 344. 532. 566. 593.
Kalocsai kápt. 35.
Kalothaszeg Erdélyorsz. 289.
Kamakuta Veszprém vm. 158.
Kamara haszna 516.
Kamarai grófok 198.

Kamarchai nemesek 529.
Kámon f. és o. sz. cs. Vas vm. 406.
Kande, Kandy b. Pilis vm. 249. 309. 316.
Kanizsai cs. 205. 536.
Kapi b. 586.
Kapivár Sáros vm. 132.
Kápolnai cs. 377. 626.
Kapoly f. Somogy vm. 25.
Kaproncza b. Bihar vm. 363. Sáros vm. 522.
Kaproncza vs. 530.
Kapulyai cs. 381. 425. 455.
Kapurna b. 544.
Kapus b. Erd. orsz 329. hn. 179. 413.
Kapushalm hn. 51.
Karachinus tn. 407. 560.
Karakó vr. 155.
Karasou, Krassou fly. Baranya vm. 88. 388.
Karcsai cs. 379. 626.
Károly b. Szatmár vm. 1[illegible].
Karul tn. 74.
Karusuch tn. 390.
Karva f. és o. sz. cs. Esztergom vm. 605. 606.
Kassa vs. 93. 95. 173. 340. 433. 510. 627. 630.
Kassad b. Bihar vm. 384.
Kassan tn. 324. 623.
Kátai cs. 79. 445.
Katho, Katou tn. 81. 253. 279.
Kátoly f. Baranya vm. 167.
Kaza mv. Borsod vm. 246. 425.
Kazimer tn. 375.
Kazincz f. Borsod vm. 542.
Kazmér f. Zemplén vm. 421.
Kazmerfalva 321.
Kazsok f. és o. sz. cs. Somogy vm. 68. 224.
Kecskés vr. Erdélyorsz. 603.
Kecskés viz, Abauj vm. 559.
Kékmező b. Zemplén vm. 315.
Keled tn. 22.
Kelemen tn. 117. 222. 260. 267. 360. 540. 560.
Kelemenülése b. Borsod vm. 21.
Kellemesi cs. 463.
Kemecse f. Szabolcs vm. 561.
Kemey cs. Abauj vm. 537.
Kemen tn. 292. 328. 612. 627.
Kemyh tn. 404.
Kemluk vr. 284. 392. 526.
Kemudi cs. 167. 437.
Kendermező b. Erdélyorsz. 403.
Kendi p. és o. sz. cs. Abauj vm. 182. 433. 537.
Kendi cs. 465.
Kenesech b. 596.
Kenez f. Szabolcs vm. 559.
Kenez tn. 379. 495. 538.
Kepey tn. 33.
Kér b. 608.
Kér b. Heves vm. 547. Somogy vm. 368. Szatmár vm. 265.
Kercs f. Abauj vm. 558. 559.
Kerecheni cs. 113.
Kerek b. Temes vm. 276.
Kerek tn. 149.
Kerekudvar b. Heves vm. 151.
Kerepecz p. Gömör vm. 79.
Keresztesi nemesek 182.
Keresztszeg f. Bihar vm. 424.
Keresztur f. Borsod vm. 542. Somogy vm. 263. 357.
Kesselőkő vr. 568.
Keszi f. Fehér vm. 633. Gömör vm. 440. 453. Komárom vm. 597.
Kesznyéten f. Zemplén vm. 542.
Kéthely mv. Somogy vm. 277.
Kettősmező Erdélyorsz. 403.
Keukapu hn. 570.
Keve vm. főisp. 204. 241. 327.
Kezy cs. 191. 587.
Kezewi cs. 188. 191.
Kezw b. és fly. Gömör vm. 79. 81.
Kilian tn. 447.
Kinis f. Abauj vm. 558.
Király uta 89.
Királyfai cs. 301.
Kisfalu Pozsony vm. 38.
Kisfalud Baranya vm. 388.
Kissarló f. Bars vm. 1. 150.
Kiswyne fly. Szepes vm. 625.
Kistapolcsán mv. Bars vm. 19. 33. 350. 571.
Kiszele b. Szolnok vm. 127.
Kyzdy főesp. 429.
Koachy b. Bihar vm. 290.
Kochi cs. 121. 385. 544.
Koksó p. Abauj vm. 599.
Kolbása f. és fly. Zemplén vm. 421. 422.
Kolcha tn. 259. 461.
Kolosi apát 568. 570.
Kolosi főesp. 141.
Kolosmonostori cnt. és apát 31. 52. 318. 403. 412. 457. 468. 539. 561.
Kolozsvár 413.
Komádi l. Bihar vm. 424.
Komáromi főesp. 256.
Komjáti f. Nyitra vm. 175.
Komlós b. Sáros vm. 305. 332. 339. 522. 565.

Kompold tn. 90. 306. 510.
Konch, Kont tn. 174. 234.
Konizka b. 116.
Konya tn. 29. 430.
Konopenyche hn. Bars vm. 570.
Kont Miklós 112. 218. 274. 339. 354. 415. 532. 621.
Koplan tn. 113.
Korhy, Korthy b. Borsod vm. 574.
Koryma b. Sáros vm. 542.
Korogi cs. 352. 358. 499. 544.
Korpas nemz. 445.
Kovácsi f. Bars vm. 611.
Kozma f. és o. sz. cs. Zemplén vm. 420.
Kozmerfalvi cs. 324.
Köbölkut b. Bars vm. 103.
Köbölkuti cs. 579.
Köcsk f. és o. sz. cs. Vas vm. 601.
Kői kápt. 359. 517.
Kömlő b. Heves vm. 63.
Körmösd b. Pozsony vm. 6.
Körös vs. Slavonia 356. 392. 526.
Körös fly. 362. 496.
Körösi főisp. 284. 356. 372. 392. 526.
Körösköz 366.
Körtvélyes f. Zemplén vm. 401. 481. 483. 485.
Kőszeg vr. 255. 590.
Köteles p. Szabolcs vm. 109.
Kővágó hegy Zemplén vm. 336.
Köveces f. Gömör vm. 444.
Középnempthi mv. Abauj vm. 173. 310. 433. 449.
Közepsőmonyra b. 36.
Krassó vm. főisp. 97. 204. 241.
Krasznahorka vr. 587.
Krsztenye (Kereschenen) f. Bars vm. 569.
Kubly cs. 575.
Kuchlyn b. Abauj vm. 420.
Kuer tn. 37. 245. 252. 282. 296. 402.
Kueszeg hn. 38.
Kuherits, Kuhirech b. Baranya vm. 41. 67.
Kulche tn. 288.
Kulpi cs. 98.
Kun tn. 34. 305. 314. 448. 468. 519. 587.
Kunclin, Kunczlin tn. 153. 407. 563.
Kundreh patak Szabolcs vm. 52.
Kunge b. Gömör vm. 620.
Kunok 608.
Kup f. Veszprém vm. 102.
Kupse tn. 389.
Kurespatak Szabolcs vm. 48.
Kurpe b. Bács vm. 165.
Kurtha tn. 460.
Kuze b. Pozsony vm. 9.
Kuzun b. Bereg vm. 293.
Kuzund hn. 363.
Kükemező f. Sáros vm. 585.
Kürth f. Nyitra vm. 538. 554.
Kürthi cs. 1. 379. 405.
Kürthös (Kyrthus) viz Hont vm. 498.

Lábatlan f. Komárom vm. 605.
Lach, Lachk, Lack, Lochk tn. 30. 92. 96. 185. 268. 286. 294. 295. 330. 349. 439. 493.
Laczfalva 308.
Ladafája hn. 47.
Ladastó hn. 47.
Ladán b. 515. Fehér vm. 633.
Ládi cs. 282. 296.
Lak b. Vas vm. 487.
Laki cs. 494.
Lamnochai cs. 575.
Lanch tn. 170.
Lancheret tn. 313.
Landeki szerzet 342.
Lapafő (Wapafeu) f. Tolna vm. 224.
Lapispatak f. Sáros vm. 627.
Lapis refugii 528.
Lapus b. Erdély 329.
Lask f. Zemplén vm. 278.
László kly IV 65. 271. 446. 447.
Lauduni kanonokok 325.
Láz b. és o. sz. cs. 105. 359.
Lázári cs. 202.
Lazony f. Zemplén vm. 278.
Lazsnowpatak b. 398.
Leani cs. 207.
Lebeter tn. 557.
Lechnicz f. Szepes vm. 528.
Ledenik b. Baranya vm. 352.
Lek b. 266. 267.
Lél f. és o. sz. cs. Komárom vm. 617.
Leleszi cnt és prépost 105. 161. 397. 434. 484. 559.
Lenchehel hn. 247.
Lendva (Felső-) vr. 110. 212.
Lengeni nemesek 92.
Lestheu b. Nyitra vm. 250.
Leszna f. Zemplén vm. 401.
Léta p. Somogy vm. 277. f. Szabolcs vm. 17.
Leuccei cs. 385.
Leucus, Leukes, Leukus tn. 15. 172. 174. 240. 273. 340. 353. 396. 404. 465. 527. 552. 568. 621.
Leuk tn. 323.
Leukafölde b. Veszprém vm. 102. 508.

Léva vs. 205.
Levelek f. Szabolcs vm. 47.
Lychaan b. Baranya vm. 352.
Ligeth hn. 202.
Ligeth erdő Zemplén vm. 400.
Lipcse kelet-hely 217.
Lipócz f. Sáros vm. 53.
Lipold tn. 567. 620.
Lyprechty tn. 426.
Liptó vm. főisp. 356. 372. 474. 493.
Liptó vm. lelkészek 243.
Lithván hadjárat 525. 576.
Lócz f. Gömör vm. 28. 83.
Loki cs. 381.
Lokud (Kis-) b. Somogy vm. 277.
Lóna, Lónya b. és o. sz. cs. Zemplén vm. 30. 315. 434.
Lóránd tn. 30. 80. 252. 272. 299. 315. 414. 497. 509. 519. 528.
Losnych tn. 153.
Losonczi cs. 514.
Lothardi cs. Baranya vm. 167.
Lotharth tn. 125.
Lovász mesterek klyiak 134. 344.
Lowchi cs. 379.
Lőcse vs. 259.
Luka b. Baranya vm. 352. 358.
Lukai cs. 225. 333. 586.
Luszok f. Baranya vm. 41. 67.

Macha fly. Túrócz vm. 370.
Machka tn. 337.
Macsó vr. 143.
Macsói bán 131. 134. 344. 509. 593. 594.
Madach tn. 251.
Magyar f. Pozsony vm. 5. 416.
Magyar helynevek 25. 26. 28. 29. 38. 39. 47. 49. 51. 52. 82. 83. 88. 89. 99. 100. 102. 108. 110. 111. 119. 138—140. 147. 148. 156. 161. 176. 179. 193. 194. 202. 213. 214. 219. 232. 253. 276. 280. 281. 336. 362. 363. 388. 389. 415. 416. 421. 424. 461. 462. 527. 529. 562. 570. 590. 592. 599. 600. 613.
Magyar tn. 564.
Magyarad b. Hont vm. 210. Pozsony vm. 376.
Magyarmező b. 116.
Magych tn. 613.
Majai cs. 384.
Majki prépost 290.
Majtény (Mothen) b. Szatmár [illegible]. 256.
[illegible]ny f. Pozsony vm. 377.
Mákfa f. és o. sz. cs. Vas vm. 235. 564.
Makó tn. 616.
Makovicza vr. 4.
Makranczi cs. 63.
Malabelohouschina hn. 531.
Malé (Malah) f. és o. sz. cs. Gömör vm. 29. 35. 81. 304. 439. 445. 525.
Malaka, Mlaka viz 42. 77.
Malasi cs. 1.
Marcel, Marchyl tn. 110. 247. 304.
Marcha-Magyar b. Pozsony vm. 416.
Marchyai főesp. 280.
Marchus tn. 267.
Margitszigeti apáczák 41. 66. 99. 104. 148. 172. 219. 224. 275. 383. 410.
Margyth tn. 622.
Marhald, Marhard, Menhard, Merhard tn. 5. 113. 228. 396. 433. 602.
Marias, Marius tn. 331. 587.
Mark tn. 442.
Markalf, Morkolf tn. 400. 481. 483. 512.
Markháza b. Erdélyorsz. 178. 501.
Marmaros vm. főisp. 583.
Maros fly. 363. 533.
Marosontuli főesp. 276.
Maróth f. Esztergom vm. 551.
Maróthi cs. 116. 143.
Marouch tn. 74.
Martonos, Mortonos tn. 614. 616.
Mátyásfalva Szepes vm. 268. 586.
Mathyus tn. 465.
Mathoupatak Zemplén vm. 161.
Mazaondya b. Zemplén vm. 225. 333.
Medges b. Sáros vm. 342.
Medyes b. Szatmár vm. 256. 308.
Meel patak Szepes vm. 323.
Megyaszó mv. Zempl. vm. 278. 541.
Megyepatak Abauj vm. 421.
Megyer f. Zemplén vm. 520.
Megyeri cs. 554.
Megyes b. és o. sz. cs. 532. 533.
Megyesszéki alisp. 329.
Megyevölgy hn. 89.
Meléthe f. és o. sz. cs. Gömör vm. 35. 85.
Mentha tn. 83.
Méra f. és o. sz. cs. Abauj vm. 345.
Merc, Merch b. Pozsony vm. 302.
Merse tn. 295. 345. 507.
Mese, Mesee tn. 436. 490.
Mesinch, Mysinch, Misniche b. Vas vm. 110. 212.
Mester tn. 216.
Mezalya b. Borsod vm. 208.

Michkbán utódai 30. 315.
Mihálfalva Vas vm. 488.
Mikatelke, Mikótelek b. Erdélyorsz. 186. 561.
Myke, Mykes, Myko, Mykocha, Mikoh, Mykou, Mykouch, Mykow, Mykus tn. 113. 122. 169. 174. 228. 251. 265. 296. 331. 349. 368. 390. 391. 394. 396. 454. 622. 629.
Myklen tn. 370.
Miklóslaka, Fehér vm. Erdélyorsz. 533.
Mikocsán f. Gömör vm. 468.
Mykói cs. 404.
Mikola f. és o. sz. cs. Bars vm. 422. Szatmár vm. 202. 204. 583.
Mikolai cs. 196. 327.
Minaj (Ninai) f. és o. sz. cs. Ungh vm. 359.
Mindszent f. Szepes vm. 386. 458. 624.
Myrk b. és o. sz. cs. Zemplén vm. 228. 278.
Myrushobna b. Szolnok vm. 127.
Mysei cs. 98. 131. 154. 234.
Miserd f. Pozson vm. 301.
Myske tn. 44.
Myslakutha hn. Bars vm. 570.
Mislei prépost 520. 628.
Mislen f. Baranya vm. 71.
Missalyni cs. 85.
Mivelődés történeti adatok 11. 16. 115. 198. 205. 216. 236. 249. 266. 267. 417. 432. 517. 519. 554. 603.
Myzka b. 374.
Moch, Mochk, Mothk tn. 210. 258. 432.
Mochk hegy Bars vm. 568.
Mocsola f. és o. sz. cs. Sáros vm. 609. 623.
Modor vs. 37.
Mog, Mogh tn. 293. 623.
Mogloch, Mogluch hegy Sáros vm. 55. 132.
Mogorszenthefölde hn. 529.
Mohal patak 134.
Moholnicza patak Bars vm. 569.
Moys, Moius tn. 26. 173. 466. 620. 627.
Moytihi cs. 572.
Mokyan tn. 173.
Molonya f. Bars vm. 33.
Monkus tn. 172.
Monok f. és o. sz. cs. Zemplén vm. 232. 279. 333. 512.
Monyoros f. 606. Sáros vm. 542.
Moric tn. 431.
Morochafeu fly. 530.
Morochuk tn. 293.
Morotva tó. 51.
Mortonos, Mortunus tn. 116. 361. 565.
Mortunus ülése b. 363.
Moruchi cs. 539.
Morus sziget Pozsony vm. 393.
Morva f. Zemplén vm. 400. 483.
Mossul tn. 291.
Muhi puszta 283.
Munyro erdő Bihar vm. 108.
Mura fly. 110. 212.
Muraszombat mv. Vas vm. 110. 212.
Muricha fly. 218.
Muthine vs. 412.
Mutus erdő 193.

Nádasd b. 222. 544.
Nádasd f. Abauj vm. 185.
Nádasdi cs. 10. 109. 212. 268. 294. 597.
Nádaspatak Vas vm. 592.
Nádorok 7. 14. 41. 44. 46. 66. 67. 79. 90. 92—94. 101. 103. 112. 116. 134. 144. 166. 185. 195. 207. 221. 228. 236. 241. 252. 257. 276. 295. 300. 303. 310. 314. 315. 319. 328. 344. 368. 372. 374. 376. 394. 441. 458. 460. 474. 493. 494. 501. 510. 511. 516. 524. 532. 536. 543. 580. 587. 593. 599. 604.
Nádorok (al-) 101. 285.
Nagyfalu Baranya vm. 62. 513. Szabolcs vm. 52. Vas vm. 436.
Nagyiván b. Szabolcs vm. 151.
Nagy János földe Pozsony vm. 416.
Nagymarton mv. és o. sz. cs. Sopron vm. 164. 369. 536. 576. 597. 617.
Nagyszegh b. Nyitra vm. 174.
Nagyszombat vs. 39. 307. 626.
Nagyszombati apáczák 307.
Nagyvárad vs. 108. 117. 177. 290. 351. 391. 399. 481. 496. 632.
Nana tn. 70.
Napkor f. Szabolcs vm. 552.
Naprágy f. Gömör vm. 83.
Navalias tn. 461.
Negol nemz. 437.
Nekcsei cs. 54. 307. 352. 358.
Nemcsény f. és o. sz. cs. Bars vm. 611.
Nemeth, Nemuth tn. 110. 413.
Némethfalu Pozsony vm. 418.
Némethizegh b. Somogy vm. 313.
Németi f. és o. sz. cs. Zemplén vm. 602.

Németország 111. 213. 528.
Németsok b. Pozsony vm. 418.
Nempthy b. Veszprém vm. 494.
Nempti b. 199.
Nemzetségek 16. 20. 33. 44. 55. 97. 172. 250. 292. 295. 340. 437. 441. 445. 499. 510. 513. 548. 605.
Nénye f. Hont vm. 498.
Neuburg vs. 307.
Nogh tn. 196. 267.
Nógrád vm. alisp. 223.
Nogzele b. Szolnok vm. 127.
Nomsazege hn. Abauj vm. 421.
Nonas tn. 390.
Nostre b. 468.
Nyárád f. Veszprém vm. 102.
Nyék p. Bihar vm. 366.
Nyéki cs. 191.
Nyiregyház vs. Szabolcs vm. 19.
Nyiri cs. 204.
Nyitra fly. 174. 251. 269.
Nyitra vm. főisp. 111. 204. 339. 354.
Nyitrai kápt. 43. 106. 174. 250. 257. 327. 354. 376. 493. 568. 573. 596.
Nyitrai püsp. 134. 344. 593.
Nyilas tn. 113.
Nyomár f. és o. sz. cs. Borsod vm. 282. 296.
Nyveghi cs. 571.
Nyvigh f. Baranya vm. 268. 540.

Óbény b. Esztergom vm. 300.
Óbuda vs. 15. 291. 316. 393. 408. 460. 527.
Óbudai clarissák 317. 527.
Obusk tn. 323.
Ochel tn. 137.
Ochuz, Ochyuz tn. 174. 240.
Odun tn. 552.
Odunmonostor 16.
Odvarus tn. 355.
Ogh tn. 10.
Oklevél hamisitás 11.
Okur b. Baranya vm. 70.
Oláhok 603.
Olaszi (Várad-) vs. 177. 289. 496.
Olaszi f. Zemplén vm. 133. 159. 416. 586.
Olaszország 142. 143.
Olay b. Abauj vm. 558.
Olbathya b. Zemplén vm. 279.
Oldal erdő 140.
Olgerla l. Gerla.
Olgya f. és o. sz. cs. Pozsony vm. 12. 152. 377. 416. 418.
Oliver tn. 454. 474. 532. 554. 573. 578. 593.
Olkuthlon tn. 460.
Olmera b. Abauj vm. 345.
Olsovycha b. 398.
Oltha tn. 437.
Olughi nemesek Fehér vm. 374.
Ómariai cs. 502.
Omode tn. 110. 212. 292. 295. 328. 379.
Ompud tn. 116.
Ondroh b. Nyitra vm. 176.
Onod f. és o. sz. cs. Borsod vm. 118.
Onch tn. 3.
Ond b. és o. sz. cs. Zemplén vm. 225. 333.
Onori cs. 73.
Opor tn. 146.
Orbász vm. 44.
Orbouch b. Somogy vm. 25.
Orew hn. 147.
Orman hn. Baranya vm. 220.
Oroszfai cs. 329.
Orros, Orrus tn. 258. 462.
Országbirák 3. 5. 25. 34. 53. 95. 104. 118. 134. 143. 148. 164. 172. 187. 212. 225. 240. 241. 249. 256. 263. 268. 275. 288. 298. 299. 312. 319. 321. 327. 332. 344. 365. 370. 376. 381. 383. 384. 387. 394. 399. 415. 434. 439. 456. 459. 465. 467. 480. 486. 509. 519. 520. 523. 532. 564. 586. 589. 590. 593. 601. 605. 609. 611. 622.
Orus b. 266.
Óséd viz Baranya vm. 540.
Osl nemz. 172.
Oslen (Hoslen) b. Bars vm. 569.
Oszlán f. és o. sz. cs. Bars vm. 568.
Osztopán f. Somogy vm. 174.
Osztrák herczeg 414.
Osztrák ország 590.
Othó tn. 504.
Ozdyani, Ozyani cs. 252.
Ozewlews cs. Csanád vm. 594.
Ozlar b. Szabolcs vm. 52. 266.

Pagan tn. 31. 137. 178. 403.
Paharus, Poharos tn. 132. 310. 609. 622.
Páka (Póka) f. Pozsony vm. 418.
Pala tn. 389.
Palachka f. Kolos vm. 186. 562.
Palaz hn. Bars vm. 570.
Paldy b. Pozsony vm. 538.
Palustelek b. Doboka vm. 247.
Paly b. Baranya vm. 388.

Palyazó (köz) Pozsony vm. 6.
Panith, Ponith tn. 262. 369.
Panki cs. 298.
Pankotai főesp. 29 52. 253. 279.
Pannonhalmi cnt. 12.
Pap, Pop tn. 186. 626.
Pápa vs. 102.
Pápák 307.
Papkereki hn. 592.
Parasa f. és o. sz. cs. 312. 364.
Pargari cs. 595.
Parlacha b. Baranya vm. 353.
Passau vs. 576.
Pásztói cs. 221. 524. 534.
Patacs f. Baranya vm. 499.
Patak (Sáros) mv. 314. 315.
Patavia 307.
Patha fly. Heves vm. 454.
Pathai főesp. 29. 253. 279.
Pathai zárda 527.
Pathon f. Pozsony vm. 247.
Paty (Kis) b. Vas vm. 254.
Pátyod f. Szatmár vm. 151.
Paulban tn. 291.
Pauldy cs. 405.
Paulinusok 168. 499. 527.
Pázsit f. Bars vm. 568.
Pécs vs. 340. 540.
Pécsi kápt. 41. 62. 67. 68. 167. 280. 355. 356. 360. 389. 437. 509.
Pécsi püsp. 134. 344. 593.
Pécsöl f. és o. sz. cs. Zala vm. 3.
Pécsvárad 117. 222. 260. 267. 360. 560.
Pécsváradi cnt. 41. 67. 87. 117. 167. 222. 260. 267. 540. 560.
Pécz nemz. 44.
Peczöl f. Vas vm. 590.
Peéli cs. 568.
Peethi cs. 56.
Pelejthe f. és o. sz. cs. Zemplén vm. 614.
Peleske f. Szatmár vm. 202.
Pelsőczi cs. 468.
Pénznemek 142. 150. 198. 208. 215. 239. 252. 259. 267. 270. 272. 299. 309. 313. 320. 349. 375. 382. 413. 455. 462. 524. 527. 537. 557. 600. 605.
Péres f. és o. sz. cs. Bihar vm. 107.
Perechun b. Kraszna vm. 533.
Pereked f. és o. sz. cs. Baranya vm. 360.
Perény f. és o. sz. cs. Abauj vm. 433. 568. 585. 595.
Pereszteg f. Vas vm. 157.
Perezlen b. Pozsony vm. 626.
Perkudtelke b. 266.
Pernold tn. 504.
Perynch, Pyrynch tn. 107.
Pese nemz. 97.
Pest vs. 407.
Pesulnuk, Pusulnuk b. Erd.orsz. 326.
Petáncz f. Vas vm. 110. 212.
Petend b. és o. sz. cs. Veszprém vm. 101.
Petenye tn. 46.
Peterd f. és o. sz. cs. Baranya vm. 88. 280.
Péterfalva f. és o. sz. cs. Erdélyorsz. 426. 427. 439.
Peterka tn. 409.
Peteuch tn. 450. 474. 493. 512. 520. 548.
Pethe, Pety, Petyth tn. 49. 214. 490.
Pethenye tn. 513.
Petheu, Pethew tn. 25. 54. 131. 162. 180. 197. 235. 238. 252. 258. 296. 297. 310. 331. 342. 422. 466. 505. 564. 594.
Pethlendi cs. 457.
Pethlentelke b. 266.
Petlend p. Bihar vm. 424.
Petri cs. 204.
Petrik, Petrych tn. 200. 251.
Petrizlaus tn. 531.
Petrud b. Zemplén vm. 334.
Petrus telek b. Vas vm. 111. 214.
Peturi b. és o. sz. cs. 573.
Peturmann tn. 613.
Pezereni cs. 166.
Phile tn. 90. 620.
Philpe, Philpus tn. 62. 280. 352. 358. 544. 545.
Phyacz tn. 65.
Pilis f. és o. sz. cs. Szabolcs vm. 500.
Pilis vm. főisp. 35.
Pilisi egyház és apát 302. 461. 551. 527.
Pinczemesterek klyiak 134. 339. 344. 593.
Pyrus tn. 49.
Pobor tn. 397.
Poch b. Bihar vm. 552.
Pochei cs. 502.
Pócs mv. Szabolcs vm. 19.
Pócsaj f. Bihar vm. 108.
Pod hn. 562.
Podprocs f. Szepes vm. 398.
Pogorach b. Baranya vm. 353.
Poka tn. 370.
Poklus nadasd hn. 222.
Polda tn. 162.
Polevna fly 531.

Polky cs. 268.
Polyank b. 624.
Pouchfeulde Szepes vm. 322.
Ponya tn. 357. 597.
Ponith b. Gömör vm. 271.
Popdi nemesek Temes vm. 319.
Popi b. Abauj vm. 433.
Pordány (Vulka) f. Sopron vm 17.
Porpácz f. Vas vm. 590.
Posa, Pous, Povs. Powsa tn. 41. 67. 74. 219. 238. 331. 396. 433. 447. 465. 537. 585.
Posfalva Sáros vm. 585.
Poth nemz. 499.
Poth tn. 467.
Potkan Jakab. 351.
Potroh tn. 352. 556.
Poty b. Bars vm. 169.
Pouch tn. 298. 470.
Pozman tn. 266.
Pozsegai cs. 205.
Pozsegai kápt. 56. 375. 409.
Pozsony vs. 5. 106. 115. 216. 274. 301. 302. 307.
Pozsony vm. főisp. és alisp. 134. 354. 372. 432. 474. 532. 590. 593. 626.
Pozsonyi apáczák 307.
Pozsonyi kápt. 6. 105. 115. 152. 162. 215. 247. 301. 377. 405.
Precana tn. 284.
Predikátor szerzetesrend 76.
Prebeli, Pribili cs. 210. 497.
Prebord b. Pilis vm. 188.
Prilich tn. 493.
Privigye mv. 570.
Progdnagoucha hegy 530.
Próna f. és o. sz. cs. 496.
Puchg b. Vas vm. 158.
Puki cs. 144.
Pukuri cs. 535.
Pulkrezta 613.
Purumsapia b. Heves vm. 127.
Puszta-Szentmihály b. 165.
Puthuk tn. 525.
Putnoki cs. 294.
Püspöki f. Bihar vm. 496. Heves vm. 549.

Rába erdő 235.
Rába fly. 415.
Rád f. Nógrád vm. 127.
Radama b. Sáros vm. 542.
doniche b. Bars vm. 570.
uslo tn. 592.
vanfalva 308.
ini cs. 546.
Ragály f. Gömör vm. 589.
Ragyolz, Redyolcz, Rogouch b. Szepes vm. 65. 323. 460.
Rakamaz f. Szabolcs vm. 14.
Rakazow b. 127.
Rákócz f. és o. sz. cs. Zemplén vm. 400. 481. 483. 485. 496.
Rakus b. Erdély 404.
Ramachazeg hn. Csallóköz 416.
Ranya fly. Somogy vm. 240.
Ráska f. Zemplén vm. 523.
Ratholt, Ratold tn. 394. 406.
Ravaz, Rovaz tn. 204. 431.
Razdel hn. Bars vm. 570.
Razna b. 626.
Rechei, Rethei cs. 183. 404.
Recsk f. és o. sz. cs. Heves vm. 610.
Recske f. és fly. Gömör vm. 79. 80. 440.
Réde f. és o. sz. cs. Heves vm. 98. 454. 579.
Rednold tn. 29.
Rednuk patak 342.
Reem tn. 35.
Regede vs. 111. 214.
Regeni cs. 514.
Rekas b. Szolnok vm. 127.
Remetekuth hn. 570.
Rendek b. Veszprém vm. 101. 508.
Rennuk fly. Sáros vm. 55. 56.
Rennukkezy b. Sáros vm. 54.
Répafalva Erdélyorsz. 427.
Répcze fly. 592.
Répczemelléki főesp. 406.
Reuche f. és vr. 530.
Reynis tn. 150.
Rikolf tn. 55. 63. 528.
Rima fly. 542.
Rof f. Heves vm. 306.
Romyva f. és fly. Zemplén vm. 422.
Rophaim. Rophoin tn. 108. 182. 379. 584.
Roskoványi cs. 585. 623.
Rosumbergh hegy 625.
Rovische f. 530.
Rozgony f. és o. sz. cs. Abauj vm. 55. 95. 143. 284. 285 315. 537. 564.
Rozvágy f. Zemplén vm. 397.
Rozlozsna f. és patak Gömör vm. 468. 469.
Rudai tn. 574.
Rudal b. Erdélyorsz. 329.
Rudna f. Nyitra vm. 250.
Rudnuk fly. 30.
Rum mv. Vas vm. 415.
Runya f. Gömör vm. 566.
Ruszkai cs. 609. 623.

Saali cs. 207.
Saar b. Vas vm. 255.
Saári cs. 131.
Saba, Sebe, Seba tn. 153. 259. 291.
Sadani cs. 155.
Ságh b. Nyitra vm. 340.
Ságh (Ipoly) vs. Hont vm. 464.
Sághi cnt. és prépost 161. 431. 497. 501.
Sághi monostor 286.
Sahman tn. 155.
Sajó fly. 84. 119. 296. 574.
Sajó-Némethi f. Borsod vm. 29.
Salamon b. Bereg vm. 294.
Salamonnetech hn. 599.
Salgó vr. b. és o. sz. cs. Nógrád vm. 245.
Salgó f. és o. sz. cs. Sáros vm. 184.
Salgócska f. Nyitra vm. 354.
Sámson f. Bihar vm. 22. 24. 46.
Samud b. Baranya vm. 220.
Sándorházi cs. 249.
Sandur tn. 326. 331. 416. 460.
Sáp p. Borsod vm. 463. Heves vm. 127.
Sár b. és fly. Vas vm. 487. 489.
Saralyani cs. 200.
Sarang b. Bihar vm. 109.
Sári cs. 611.
Sárkány f. Esztergom vm. 605.
Sarkw b. Pozsony vm. 505.
Sarlya b. Pozsony vm. 505.
Sarmasd b. Vas vm. 591.
Sáró f. és o. sz. cs. Bars vm. 1. 103. 150. 216. 423. 464.
Sáros vm. fő- és alisp. 184. 209. 338. 418. 512. 522. 542.
Sáros vr. 185. 210. 523. 553.
Sárospatak vs. 159. 314. 315. 461.
Sarovicha b. Turócz vm. 370.
Saruk hn. 454.
Sárvár vs. Vas vm. 592.
Sárvármonostor Szatmár vm. 18.
Sasad f. Pilis vm. 407.
Sasow b. Sáros vm. 542.
Scachan b. Zemplén vm. 523.
Scallou hn. Bars vm. 570.
Scepud tn. 514.
Scybes tn. 608.
Sebe tn. 460. 514.
Sebes f. Sáros vm. 30. 31.
Sechk tn. 232.
Sedfeu b. Baranya vm. 388.
Seelki alispán 329.
Seffred, Siffrid tn. 95. 206.
Segesvár 330.
Sekkul tn. 435.
Seliz f. és o. sz. cs. Bars vm. 204.
Selmus tn. 507.
Selyemsziget Somogy vm. 262.
Semjén f. Szabolcs vm. 266.
Semyen tn. 186.
Sente tn. 207.
Seny cs. 579.
Sényő f. Szabolcs vm. 48.
Seryen b. 594.
Seulen b. Bars vm. 207.
Seureghfeuhegy 193.
Shure tn. 502.
Sicilia 33. 339. 411. 414. 420.
Sydou, Sydow tn. 25. 597.
Sygra b. l. Zsegra.
Sykar b. 127.
Siklos mv. és o. sz. cs. Baranya vm. 355. 509.
Sykua b. 596.
Sykusd tn. 131. 234.
Silleudi cs. 280.
Sima f. és o. sz. cs. Szatmár vm. 198. 580.
Simaegyház b. 266.
Simon bán 427. 521.
Simony f. és o. sz. cs. Bars vm. 568.
Sinka tn. 30. 54. 502.
Sypkhegy hn. Bars vm. 570.
Slavoniai bán 134. 204. 217. 292. 450. 463. 474. 529. 532. 593. 618.
Solmos f. és o. sz. cs. Heves vm. 366. 384.
Solok, Suluk tn. 461. 462.
Soltha b. Bihar vm. 496.
Somkuth f. Gömör vm. 468.
Somló (Kis) f. Vas vm. 114.
Somló (Szilágy) vr. 533.
Somlóvár Veszprém vm. 632.
Somlóvásárhely f. Veszprém vm. 101. 285. 494. 508.
Somodi f. Abauj vm. 505. 516.
Somodor b. Esztergom vm. 104. 193. 275. 383.
Somogy vm. fő- és alisp. 174.
Somogyvár 277.
Somogyvári cnt. 25. 103. 174. 219. 220. 224. 262. 313.
Somogyvári cs. 262.
Somos b. Abauj vm. 395. Valkó vm. 144.
Somosi cs. 268. 307. 462. 520.
Sósai bérez 179.
Soos, Sous tn. 30. 54. 184. 339. 342. 465. 507. 565.
Sopron vm. főisp. 96. 111. 204. 274. 339.
Sornowi cs. 409.

Sóskuth b. Zemplén vm. 278.
Sóskut forrás Vas vm. 214.
Sóvár és o. sz. cs. Sáros vm. 30. 53. 143. 342. 466. 565. 627. 628.
Sőreg p. Pest vm. 127.
Spalatoi érsek 134. 344. 593.
Sreiber tn. 268. 540.
Strecheei, Strecei cs. 327.
Stefkfalva Szepes vm. 321. 460.
Strenz tn. 6.
Stilfrid vr. 521.
Subtai cs. 122.
Sudak b. 533.
Sukorod b. Somogy vm. 292. 328.
Sumrakus tn. 188.
Sumulmál hn. 527.
Surani cs. 221.
Surd f. Somogy vm. 328.
Syrkyboza hn. 147.
Suuki- Swky cs. 247. 562.
Szabolcs vm. főisp. 3.
Szabolcsi főesp. 29. 52. 253. 279. 566.
Szakállas f. Komárom vm. 148.
Szakcs f. és o. sz. cs. Tolna vm. 224.
Szalók f. Szepes vm. 622. Veszprém vm. 101.
Szalonai cs. 519.
Szalonta f. és o. sz. cs. Borsod vm. 122.
Szamos fly. 539.
Szaniszló f. Szatmár vm. 17.
Szántó f. Bihar vm. 399. Hont vm. 211.
Szárazberek b. és o. sz. cs. Szatmár vm. 195. 580.
Szász b. Szolnok vm. 127.
Szatmár vm. alisp. 255.
Szatmári cs. 198.
Száva fly. 618.
Szeben p. Bihar vm. 399. 481.
Szechei cs. 435.
Szederkény f. Borsod vm. 542.
Szegedi főesp. 166.
Szegszárdi cnt. 67.
Székely tn. 448.
Székelyek ispánjai 439. 585. 594.
Székesfehérvár 193. 605.
Szeleste f. és o. sz. cs. Vas vm. 330. 331. 591.
[illegible]melyne b. Heves vm. 4.
[illegible]nerédi cs. 286.
[illegible]eth (Samoth) f. Pozsony vm.
[illegible]erti cs. 614.
[illegible]ér b. Gömör vm. 444.
[illegible]i cs. 187.
Szentegyedi klastrom 258.
Szentgál f. Veszprém vm. 285.
Szentgyörgy b. Bács vm. 359.
Szentgyörgy b. Szepes vm. 460.
Szent-Imre b. Erdélyorsz. 298. 327. 522. 562. 604.
Szentistváni cs. 494.
Szentiván b. Slavonia 618.
Szentiváni cs. 599. 612.
Szentjánosi apát 32.
Szentkirály f. és o. sz. cs. Gömör vm. 26. 29. 45. 620.
Szentkirályi cs. 404.
Szentlászlófalva Baranya vm. 352. 358.
Szentlászló f. Bodrogh vm. 35.
Szentlőrincz b. Szepes vm. 460.
Szentlőrincz f. Vas vm. 435.
Szentlőrinczi nemesek Győr vm. 418.
Szentmargit b. 398.
Szentmárton b. Erdélyorsz. 139.
Szentmárton. (Szepes) mv. 66. 234.
Szentmárton (Turócz) mv. 370.
Szentmihály f. 172.
Szentmihályi cs. 587.
Szentmihály remete b. Erd. orsz. 457.
Szentmiklós b. Erdély. 139.
Szentpáli nemesek 297.
Szentpéter b. 395.
Szentpéteri cs. 404.
Szentsalvatori cs. 91.
Szenttrinitas b. Somogy vm. 263. 292. 328.
Szepes vm. isp. 234. 441. 458. 460.
Szepes vr. 283. 459.
Szepesi cs. 288. 458.
Szepesi kápt. 30. 34. 56. 64. 65. 210. 222. 234. 259. 320. 321. 342. 345. 348. 384. 387. 398. 441. 457. 458. 507. 537. 585. 586. 609. 613. 623.
Széplak b. 44.
Széplaki cs. 431.
Szepsi mv. Abauj vm. 95. 515.
Szerdahelyi cs. 314. 512.
Szerém vm. al- és főisp. 517. 594.
Szerémi főesp. 166.
Szerémi püsp. 134. 344. 495. 593.
Szerencsi apát 333.
Szerep f. Bihar vm. 366.
Szihalom mv. Borsod vm. 90. 305.
Szikszó mv. és o. sz. cs. Abauj vm. 433. 514.
Szilva f. Sáros vm. 345.
Szilvaegyház b. Heves vm. 131.
Szinna f. Abauj vm. 185. 433.
Szinye f. és o. sz. cs. 345. 512.
Szinyér f. Zemplén vm. 579. 602.

Szkaros f. és o. sz. cs. Gömör vm. 85. 86. 525. 555. 565. 610.
Szklabonya f. Nógrád vm. 499.
Szodó f. Bars vm. 423.
Szolnok vm. alisp. 466.
Szolnok vm. főisp. 31. 134. 178. 181. 186. 198. 344. 374. 411. 426. 427. 428. 466. 532. 549. 605. 622.
Szomód f. Komárom vm. 290.
Szombathely vs. 406.
Szőczei (Zeulche) cs. 212.
Szőllős b. Csanád vm. 594. Nógrád vm. 245. Nyitra vm. 106.
Szörényi bán 240. 593.
Sztára f. és o. sz. cs. Somogy vm. 356.

Tababércz hn. 179.
Tabur tn. 7.
Tadeukai cs. 499.
Takta-Kenéz f. Szabolcs vm. 559.
Tályai cs. 204.
Tamásfalva Vas vm. 110.
Tamásfalvi cs. 200.
Tamási p. Szabolcs vm. 24.
Taplan tn. 356.
Taplocza f. Gömör v. 469.
Tapolcsányi (Kis) cs. 261.
Tapolczafő f. Veszprém vm. 494.
Tapolnycha fly. 19.
Tapoly fly. 30. 55.
Tarcha hegy 624.
Tarchai főesp. 253. 279. 566.
Tardoskedd f. Nyitra vm. 176.
Tarján f. Nógrád vm. 245.
Tárkány f. Zemplén vm. 397. 535.
Tarkői cs. 63.
Tarnok Tarnuk tn. 177. 302.
Tárnok mesterek 53. 134. 144. 164. 308. 344. 474. 532. 593.
Taro tn. 302.
Tatamér tn. 133. 215. 344. 559. 563.
Tatárok 248.
Tatusi cs. 113.
Techrechi cs. 318.
Téglás f. Szabolcs vm. 22.
Tehány f. Abauj vm. 520.
Tejédi cs. 162.
Teke, Tekus tn. 80. 404.
Tekele nemz. 55.
Tekerew hn. Csallóköz 416.
Telekes f. Borsod vm. 445.
Telekes f. Vas vm. 96. 488.
Telekszőllő hn. 500.
Telyesprunni cs. 504.
Temes fly. 276.
Temesvár 319.
Tenke f. Bihar vm. 290.
Tenky cs. 385.
Tényői (Teneu) prépost 86.
Terebes mv. Zemplén vm. 30. 513.
Terechei cs. 46.
Terenne f. és o. sz. cs. Nógrád vm. 554.
Terestien tn. 131.
Terestyénfalva Vas vm. 612.
Terling (Terene) f. Pozsony vm. 40.
Ternei cs. 507.
Terpeni cs. 382.
Terus tn. 503.
Teszér f. és o. sz. cs. Hont vm. 369.
Tétény f. Pilis vm. 633.
Tetétlen p. Pest vm. 127.
Téth f. Szabolcs vm. 46.
Tethen tn. 187.
Teuteus, Tuteus, Teutos, Thetteus tn. 35. 204. 217. 341. 408. 409. 509. 563.
Tyba tn. 360.
Tibold tn. 20.
Tyburchtelek b. Kolos vm. 31.
Tyburhegyi kerület Erd.-orsz. 603.
Tihany vr. 309.
Tihanyi cnt. 2. 159.
Timár f. Szatmár vm. 19.
Tinnini püsp. 593.
Tinnye f. Pilis vm. 188.
Tyry cs. 412.
Tyssaberch hn Bars vm. 570.
Tystina b. Vas vm. 110. 213.
Tisza fly. 51. 240. 306. 382. 559.
Tyvadari cs. 113.
Tyvisi cs. Szatmár vm. 256.
Togh tn. 616.
Toldy cs. 626.
Tolmach b. Nyitra vm. 174.
Tolvajfölde b. Pozsony vm. 6.
Torchani cs. 210.
Torcs f. Pozsony vm. 302.
Tord f. 595.
Torda vs. 32. 135. 181. 184. 186. 187. 428.
Tordalaka 318.
Tordas tn. 497.
Tormástó 139.
Torna vm. 139.
Tornali cs. 476.
Tornolchi cs. 105.
Thorozi cs. 251.
Thopla b. 218. 493.
Tóthfalu Abauj vm. 537.
Tóthy cs. 156.
Touth tn. 55. 96. 112. 164. 258. 274.
Tönnye f. Pozsony vm. 99.

a vm. főisp. 542.
ai cs. 340.
a. 277.
ai cs. 535.
tn. 372. 474. 544. 590.
tn. 370.
n. 461.
a. 290.
169.
s o. sz. cs. 134. 218.
202.
oka, Bars vm. 570.
vm. főisp. 144. 204. 268.
72. 381. 383. 394. 399. 415.
56. 465. 467. 474. 486. 532.
11. 622.
cnt. 161. 372. 495.
cs. 371.
ielléki cs. 496.
son b. Bihar vm. 22. 24. 50.
tn. 342.
nemesek 186.
. 277.
Zemplén vm. 335.
mz. 292.
292. 328. 611.

. Bihar vm. 366.
k f. Nyitra vm. 354.
kok 24. 83.
144. 450. 463.
ás o. sz. cs. Veszprém vm.
94.
. 131.
grin tn. 165. 249. 408. 461.
47. 557.
. Bars vm. 568.
ars vm. 169. Erd. orsz. 329.
gom vm. 605. Nyitra vm.
zaboles vm. 46. 50. Vas vm.

iv. Zemplén vm. 258. 461.
Bihar vm. 50. Kraszna vm.
Nyitra vm. 340. Szerém
55.
Abauj vm. 433. 598. 599.
én vm. 278.
irnagy 44.
b. Csallóköz 416.
egy 289.
n. 152.
rdő, Doboka vm. 247. 248.
a. fő- és alisp. 105. 358.
esp. 566. 573. 627.
Vrding tn. 476. 554.
Pozsony vm. 418.
irtomány 608.

Wachi cs. 393.
Váczi kápt. 84. 118. 159. 244. 364. 374. 455. 468. 554.
Vadak tn. 375.
Vadas hegy Veszprém vm. 159.
Waguc, Vaguch, Wakuch tn. 439. 557. 572.
Vaiszló f. Baranya vm. 67.
Vaythagordya hn. 421.
Váli lelkész 525. 555.
Valkó vm. főisp. 594.
Valkói cs. 116.
Valkóvize 91.
Valkóvár 91.
Wamai cs. 189.
Wamus tn. 267. 521.
Vancsod f. és o. sz. cs. Bihar vm. 391.
Wani cs. 71. 99.
Wanyarch tn. 454.
Várad b. Bars vm. 256.
Váradi apáczák 399. 480. 496.
Váradi cnt. 3. 288. 327. 424. 514.
Váradi kápt. és tagjai 107. 161. 177. 180. 198. 273. 351. 361. 391. 398. 500. 502. 515. 532. 552. 580. 607. 619.
Váradi püsp. 134. 288. 289. 344. 391. 399. 532. 593.
Varasd vm. főisp. 111. 339.
Varbeki cs. 44.
Varbó f. és o. sz. cs. Borsod vm. 610.
Warda tn. 591.
Várfölde b. Gömör vm. 79.
Várhegy Szepes vm. 625.
Varisa, Vratisa tn. 347. 409.
Várkony f. Baranya vm. 540.
Várkoni cs. 379.
Varsány (Wossyan) b. 218.
Varsány b. Nógrád vm. 151. Zaránd vm. 127.
Vas vm. fő- és alisp. 96. 109. 111. 131. 204. 274. 329. 414. 415. 435. 487.
Vásárd f. és o. sz. cs. Nyitra vm. 106. 380.
Vásárhely b. 140.
Vásárhely (Somló) f. 508.
Vaskapui cs. 355.
Vassad, Vassan, Vassaner b. Bihar vm. 384. 424. 425.
Vasvár 112. 131. 158. 436. 592.
Vasvári kápt. 96. 109. 114. 212. 254. 331. 486. 564. 591. 601. 612.
Váth f. Vas vm. 590.
Werachk, Vrach, Vrack tn. 390. 407. 409. 571.

Veche tn. 294.
Vechekut hn. 52.
Wechkelen tn. 20.
Weeh b. és o. sz. cs. Verőcze vm. 616.
Weel tn. 504.
Veyk b. és o. sz. cs. Baranya vm. 87. 388.
Weyn b. Szolnok vm. 127.
Veytih tn. 633.
Wekes tn. 382.
Velchyne, Wlchyne b. Szepes vm. 321. 322. 387. 459. 460. 547.
Velencze vs. 133.
Welezi, Verezi cs. 37. 245. 252. 282. 296. 402.
Velika fly. 530. 531.
Velikapole hn. Bars vm. 570.
Verebéli cs. 383.
Verebi cs. 430.
Veres f. Nógrád vm. 223.
Veres tn. 192.
Vereskő vr. 38.
Veresmarth f. Baranya vm. 88.
Weresmorthi cs. 426.
Verestó Veszprém vm. 285.
Vermes b. Baranya vm. 41. 75.
Vermeságh hn. 202.
Vernely tn. 613.
Verpeléth mv. Heves vm. 64. 454.
Veszprém vm. fő- és alisp. 508. 594.
Veszprém vs. 158. 508.
Veszprémi kápt. 101. 155. 158. 508.
Veszprémi püsp. 134. 317. 344. 593. 604.
Vésztő mv. Békés vm. 363.
Vezekény f. Bars vm. 1.
Wezzeus tn. 204. 274.
Wgh tn. 394.
Vyda tn. 361.
Vydus tn. 407. 408.
Wyllyam tn. 617.
Vinguzlow b. Gömör vm. 84.
Wynoz tn. 259.
Wysai cs. 178.
Visegrád vr. 6. 145. 175. 198. 591.
Visztuk (Vysta) f. Pozsony vm. 39.
Vytan, Vythan vr. 218. 608.
Vitéz, Vitézmező b. Sáros vm. 294. 295.
Wythurnuk hegy Gömör vm. 469.
Witko tn. 330.
Vyz b. Somogy vm. 219.
Vyzlou tn. 560.
Wlfúl tn. 369.
Wlseu b. Nyitra vm. 621.
Vndi cs. 416.
Vnga b. Abauj vm. 542.
Wny cs. 188.
Vocai cs. 333.
Woyai cs. 98.
Woyatha b. Fehér vm. 374.
Voykfalui cs. 342.
Woythai cs. 122.
Voythe, Woythek tn. 323. 371.
Wolfard tn. 487.
Wolterutha hn. 323.
Worbooki cs. 551.
Worcu tn. 418.
Vorsan b. 375.
Vos tn. 137.
Vosk tn. 137.
Vossan b. Zaránd vm. 127.
Vothey tn. 230.
Vrachyna tn. 409.
Wrbeli cs. 174.
Wrsi cs. 165.
Vs tn. 412.
Vsi, Wsi cs. 136. 186. 561.
Wtthevin hn. 590.
Wztuerfalu Bars vm. 103.

Zaar tn. 188.
Zaaz b. Szolnok vm. 127.
Zabou b. és o. sz. cs. Baranya vm. 62. 280.
Zaccio, Zachyou tn. 402. 403.
Zacha tn. 365.
Zachud tn. 614.
Zador hn. 211.
Zagrab nemz. 441.
Zagrab tn. 83.
Zágrábi kápt. 529.
Zágrábi püspök 134. 344. 358. 593. 604.
Zah nemz. 33.
Záhony f. Ung vm. 14.
Zaka b. és o. sz. Abauj vm. 304. 603.
Zakalus tn. 291.
Zakan f. és o. sz. cs. Somogy vm. 262. 292.
Zala b. Baranya vm. 87.
Zala vm. főisp. 529.
Zalaba b. Hont vm. 300.
Zalai cs. 376.
Zalatha b. Baranya vm. 357.
Zalathnok kerület Baranya vm. 357.
Zalouch tn. 46.
Zamotha b. Turócz vm. 367.
Zanchal b. Küküllő vm. 411. 426.
Zanthói cs. 480.
Zanyo tn. 107.
Zaramaz b. Temes vm. 276.
Zarka tn. 590.

Zathmari cs. 5[illegible]4.
Zatou hn. 52.
Zauusut hn. 479.
Zawa b. Erdely 562.
Zebenye b. Sáros vm. 95.
Zebesi cs. 599.
Zech, Zechy b. és o. sz. cs. 126. 434. 435. 533.
Zechnicze fly. Gömör vm. 84.
Zedehai cs. 256.
Zeeki cs. 223.
Zegekerthy b. 396.
Zegen tn. 305.
Zeghi cs. Nyitra vm. 174.
Zegrechepatak Gömör vm. 29.
Zegy cs. 519.
Zekch tn. 324.
Zekul tn. 467.
Zela b. 409.
Zelchan fly. 498.
Zelemeri cs. 515.
Zelenzad b. Valkó vm. 144.
Zeleus b. 266
Zelin tn. 371.
Zemeke, Zemekey tn. 27. 442.
Zemplén vm. fő- és alisp. 30. 511.
Zempléni főesp. 29. 52. 253.
Zemplénvár 336.
Zendi cs. 420.
Zepud tn. 381.
Zerechmer tn. 92.
Zerench fly. Zemplén vm. 231.
Zerepmonostor 288.
Zerloui cs. 365.
Zeuke tn. 264. 280. 493. 603.
Zeuledi cs. 623.
Zeuleusulcha b. Zemplén vm. 232.
Zeurus, Zewres tn. 64. 323. 388. 548.
Zewee tn. 594.
Zics f. Somogy vm. 25.
Zylasi cs. 428.
Zylbachi cs. 165.
Zylerpatak Bihar vm. 424.
Zilvakuzi cs. 423.
Zimani cs. 3[illegible]0
Zkorna b. Hont vm. 364.
Zninichaa Iraxin, Zninichaa [illegible] tn. 144.
Zoárd nemz. 605.
Zoárd, Zorard, Zouard tn. 288. 366.
Zoberi cnt. 206. 376. 596. 611
Zodai cs. 171.
Zólyom vm. főisp. 274. 371. 372. 542.
Zólyomi cs. 337.
Zombathely b. 353. 544.
Zombor f. és o. sz. cs. Zemplen vm. 512.
Zonchuk tn. 204.
Zonk, Zunk tn. 64. 321. 387. 456. 459. 548.
Zoppya b. 357.
Zöldvár b. Nyitra vm. 621.
Zredna fly. 346.
Zsámbék f. és o. sz. cs. Pilis vm. 104. 188. 275. 383.
Zsegra f. és. o. sz. cs. Szepes vm. 320. 398.
Zsidány f. Sopron vm. 255.
Zsidók 291. 410.
Zsitva fly. 596.
Ztupan l. Osztopán.
Zuach hn. 413.
Zudar, Zudor tn. 187. 417. 541. 542. 579. 602. 632.
Zugloki, Zuklaki cs. 62. 280.
Zugo fly. Abauj vm. 558.
Zuha b. és o. sz. cs. Gömör vm. 448. 453. Hont vm. 37. 252. 364.
Zuhaki cs. 178.
Zulyum b. 6. 495.
Zuncur tn. 508.
Zuthka tn. 370.
Zwayk b. és fly. Vas vm. 155.
Zwchi cs. 93.
Zwphur b. 109.







STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES
LELAND STANFORD JUNIOR UNIVERSITY
ORGANIZED 1891


Stanford University Libraries
3 6105 005 505 602
DB
932
M63
suppl.
5
1887
STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES
CECIL H. GREEN LIBRARY
STANFORD, CALIFORNIA 94305-6004
(415) 723-1493
All books may be recalled after 7 days
DATE DUE